A \ 10

Commentariorum facultatis medicinæ Parisiensis tomus vigesimus quartus

ab anno 1777
ad annum 1778.

magistro joanne
carolo Des-Essartz
Decano

commentariorum Saluberrimæ facultatis Parisiensis Pars historica

incipiens die octavâ mensis novembris anni 1777 ad diem usque septimam ejusdem mensis anni 1778

magistro Joanne Carolo Des-Essartz Decano.

Die Sabbati octavâ mensis novembris anni 1777 juxta schedul=am ab apparitoribus, pro more, ad singulorum Doctorum ædes delatam, Saluberrima facultas congregata fuit ut Decanum, Prof=essores et bibliothecæ præfectum eligeret.
Pro more et officio debito, de iis quæ intra priorem sui Decanatûs annum gesta sunt breviter retulit et gratiarum actiones persolvit toti ordini Decanus (ut videre est in commentariorum tomo vigesimo tertio paginâ 809.) eidem officio satisfecere singuli Professores e munere discedentes.
his peractis, juxta statuta sorte ducti sunt Electores qui e majori ordine M.M. DeLauvembergt, Le clerc et Bertrand, e minori M.M. Coutavoz et Delaporte, solitum dixere sacramentum.
Priusquam autem in sacellum secederent, tabulam, in quâ depinge=bantur nomina Doctorum jure rotuli gaudentium, perlegit Decanus. ex eâ patuit paucissimum adesse Doctorum e majori ordine, qui jure illo gauderent, numerum, eumque Electionis legibus minime sufficere: itaque, postulavit an vellet ordo Salub=errimus, his in rerum circumstantiis, jus rotuli concedere iis inter majores, qui tunc aderant, omnibus et Electorum appellationis sortem subierant; an vero numerus astantium, ita in duas partes dividendus esset ut pars prior majorem ordinem constitueret, altera minorem. Re in deliberationem missa, nullo reclamante,
Ex majori suffragiorum numero statutum est 1º majoribus tunc astantibus omnibus, jus rotuli concedendum esse, 2º omnium prosecutum

numerum in duas partes dividendum esse, quarum prior Majores, altera minores comprehenderet, eâ lege, ut soli Majores jure votandi non legitime obtento, sed mox concesso frui possent, absque ullâ viola=tione Statuti LIV, quod integrum manebit posteà, nisi, cogente necessit=ate, aliter judicatura sit saluberrima facultas, et sic conclusit.

S. C. Desessartz, decanus

Dum Electores in sacello agitabant inter se de Doctoribus ad munia nominandis Decanus facultati sententiam de propositâ a Mo Le Preux suas gratiarum actiones, pro provinciâ docendi in scholis physiologiam et dein Pathologiam concessâ, referente, congratulatione Mo Dela=Planche Baccalaureo faciendâ; et de quatuor calculis argenteis eidem Mo De la Planche, ab eodem Mo Le Preux offerendis, nomine totius ordinis, ob apprime demonstratam corporis humani fabricam in amphitheatro scholarum, postulavit. Collectis sententiis, unanimi consensu, statutum est a Decano Mum De la planche qui summâ cum diligentiâ, summâ dexteritate, et summâ doctrinae copiâ, praeside Mo Le Preux in amphitheatro demonstrationes anatomicas perfecit, paucis sed honorificis verbis esse laudandum, et sic conclusit.

S. C. Desessartz, Decanus.

Quod decretum, illicò, quantum per se fuit, adimplevit Decanus.
Regressi in comitia Electores et verba faciente Mo Le Clerc, loco Mi Delaurembergt antiquioris, in Decanum prorogaverunt Mum Joannem Carolum Desessartz, in Censorem academicae appellaverunt Mum Del'epine, antiquiorem scholae magistrum, nullo reclamante

in Physiologiae professorem
e majori ordine Mum ~~Nougaret~~
e minori M.M. Guillotin et Vicq d'azyr.
huic ultimo, nempe Mo Vicq d'azyr sors favit.

in chirurgiae latinae Professorem
e majori ordine Mum Descemet
e minori M.M. Colombier et Langlois
Mr Langlois sorte nominatus est

in materiei medicae professorem
e majori ordine M. Macmahon
e minori M.M. Dumangin et Desfrasne
Mi Desfrasne nomen est urnâ eductum est

in Pharmaciae utriusque professorem
e majori ordine M.M. Cosnier et Lezurier
e minori M. Le Preux
hic sortem expertus est prosperam.

in chirurgiae gallico idiomate professorem
e majori ordine M. Sallin.
e minori M.M. Maigret et Bourru.
Mr Bourru designatus fuit Professor.

in Bibliothecae praefectum unanimi suffragio proclamaverunt Mum Deodatum Jeanroi, sui patris maximè colendi successorem futurum, plaudente ordine saluberrimo et sic conclusit

S. C. Desessartz Decanus

huic vero professorum nominationi intercedere se declaravit Mr Millin de la Courvault, ob insolitam Catalogi divisionem, quae statutis adversaretur, at hanc intercessionem oblivioni dandam esse necessitendam posteà voluit idem M. Millin.
solitum jusjurandum intra manus decani dixere professores Electi scilicet M.M. Le Preux, Bourru, Langlois et Vicq d'azyr. comitiis

jam egressus aberat M. Defresne, qui postea iisdem verbis ista adstrinxit.

Theses Pathologicæ

Die decima tertia mensis novembris anni 1777, in supra ordinem disputavit M. munier de quæstione pathologica, respondente Baccalaureo M. marluier. Sequens propugnata fuit thesis affirmative conclusa.

an variolarum inflammatio ab omnibus aliis diversa quod sit inflammatio crisis, ac proinde semper fovenda, et ad suppurationem perducenda?

Thesi propugnata, priusquam ad quodlibeta vocarentur disputantes magistri, statutorum articulos alta voce legit major Bidellus in hac occasione recitari solitos, deinde nomina et cognomina Doctorum in saluberrima facultate actu regentium publice pronunciavit, hæc que describenda jubet in hac pagina vetus, et laudabilis consuetudo.

- Mr. guillelmus josephus De l'Epine, academicæ Censor, antiquus scholæ magister, antiquus facultatis Decanus, Parisinus
- mr. Raymundus Delariviere, Parisinus.
- mr. antonius Casamajor, Benearnensis, censor Regius.
- mr. Ludovicus maria Poisse, Parisinus, eques et censor Regius.
- mr hyacinthus Theodorus Baron, Parisinus, antiquus facultatis Decanus, necnon castrorum Regis et exercituum in germania et in italia proto medicus.
- mr josephus des jussieu, Lugdunensis, Regiæ scientiarum academiæ socius.
- mr. franciscus felicitas Cochu, sangermanico-Parisiensis
- mr. Claudius Carolus Dejean, Parisinus.
- mr. jacobus albertus hazon, Parisinus.
- mr. Gaspardus Cochon Dupuy, Rupifortensis, Regii ordinis eques, Regis consiliarius et in arce maritima Rupifortensi anatomes et chirurgicæ professor Regius,
- mr. Michael josephus Majault Duracemi, antiquus Regis exercituum in germania medicus.
- mr. Michael Philippus Bouvart, Carnutensis, Regii ordinis eques, Regiæ scientiarum academiæ socius
- mr joannes jacobus Bellelcite Parisinus, antiquus facultatis Decanus
- mr Ludovicus ferret Parisinus, Ecclesiæ Cameracensis Canonicus.
- mr Exuppertius josephus Bertin Rhedonensis, supremi valachiæ et moldaviæ principis medicus, antiquus Regis exercituum et castrorum medicus primarius, necnon e Regia scientiarum academia,
- mr. Ludovicus Guillelmus Lemonnier Parisinus, consiliarius medicus Regis ordinarius primarius, Regiarum Parisiensis Londinensis ac Berolinensis academiarum socius et in horto Regio botanices professor ac demonstrator.
- mr. Benjaminus Ludovicus Lucas de Laurembergi, landinensis.
- mr Petrus Bercher Parisinus, antiquus facultatis Decanus Regiæ hispaniarum infantis, dum viveret, necnon regii exercitus ad infimum rhenum in ultimo bello medicus primarius.

6

Mr. julianus Busson, Dinannaeus, nosocomiorum Regiorum in britanniâ inspector, ac serenissimae comitissae atrebatum medicus primarius.
Mr. josephus maria franciscus lassone, Regis ab omnibus consiliis archiatrorum comes designatus, serenissimae Reginae medicus primarius, e regiâ scientiarum academiâ universitatis medicinae monspeliensis Doctor aggregatus ac honorarius, Regius librorum censor &c.
Mr. Petrus josephus macquer, Parisinus, a regiâ scientiarum academiâ socius, in horto regio chemiae professor ac censor Regius.
Mr. Petrus Lalouette Parisinus Regii ordinis eques.
Mr. natalis maria de Gevigland Regiorum in germaniâ ducum ac militum nosocomiorum nuper medicus.
Mr. joannes stephanus Guettard, senonensis, Regiorum academiarum Parisiensis, Augustensis, florentinae ac stockolmiensis socius, censor regius ac historiae naturalis musaei serenissimi ducis aurelianensium custos
Mr. Carolus Ludovicus liger, altissiodorensis, consiliarius medicus Regis ordinarius, in urbe ac comitatu altissiodorensi.
Mr. franciscus Bernard abrincensis
Mr. Petrus chevalier de la hamonaise Redonensis, Regis a consiliis et secretis
Mr. Petrus Poissonier, divionensis, Regis in sacro consistorio consiliarius Regis a consiliis medicis, in regiis urbibus maritimis ac coloniis totius medicinae praefectus, e Regiâ scientiarum academiâ parisiensi nec non Berolinensis, divionensis, lugdunensis, metensis, stockolmiensis, ac petropolitanae socius, professor ac censor Regius.
Mr. joannes Carolus munier, laudunensis, antiquus consiliarius medicus Regis ordinarius ac domus Regiae invalidorum
Mr. franciscus Bidault Parisinus.
Mr. Doscharius Borie Palensis
Mr. stephanus Doufour du petit Parisinus, scholarum professor
Mr. antonius Petit aurelianus, in horto Regio anatomes ac chirurgiae professor, e Regiâ scientiarum academiâ ac militarium Regni nosocomiorum inspector.
Mr. Ludovicus Gabriel dupré, Remensis, serenissimi principis Condaei consiliarius medicus.
Mr. Bartholomaeus Tossanus Le Clerc Rothomagensis, consiliarius medicus Regis ordinarius in ejus castelleto.
Mr. Dyonisius claudius Doulcet parisinus.
Mr. natalis andreas joannes Baptista chesneau Cenomanus.
Mr. Dionysius Pautier de la Breuille, serenissimi comitis gallo-provinciae medicus primarius.
Mr. stephanus Ludovicus Geoffroi, Parisinus, Regis a consiliis et secretis, societatis botanicae florentinae necnon patrioticae stockolmiensis socius
Mr. Bernardus nicolaus Bertrand, Parisinus
Mr. anna carolus lorry, Parisiensis
Mr. joannes jacobus mesnier, andegavensis
Mr. jacobus Barbeu du Bourg, cenomanensis, Regiae scientiarum academiae stockolmiensis, societatis Regiae monspeliensis, societatis medicae Londinensis, ac societatis philosophicae americanae socius.
Mr. Petrus augustinus Adet Parisiensis
Mr. Ludovicus joannes Baptista Cosnier Parisinus.

mr. anna claudius Dorigny parisinus
mr. franciscus Thiery, tullensis, eques, Regis e salubri consilio, Regii medicorum collegii nanceiani socius honorarius, Regiaeque ejusdem civitatis scientiarum et humaniorum litterarum academiae nec non litteriensis
mr. joannes macmahon, laonensis, hybernus, antiquus exercituum Regis et nosocomiorum militarium medicus, Regiae scholae militaris medicus ordinarius.
mr. Ludovicus alexander Gervaise, ambianus
mr. martinus Nougues, aduvensis.
mr. Joannes franciscus clemens morand, parisinus, Eques, Decan—
mr. claudius franciscus Grandclas, pontimussanus, Eques, Stanislai Poloniarum Regis olim consiliarius medicus, et Regiorum exercituum a consiliis medicis.
mr. jacobus Ludovicus Alleaume, Parisinus, antiquus facultatis Decanus, et militarium nosocomiorum ad Regis exercitum, necnon in insulis americanis nuper medicus Regis.
mr. Carolus geille de St leger, claromontensis, Eques, consiliarius medicus Regis ordinarius, primi ordinis et totius Equestris agminis in exercitu medicus primarius.
mr. Petrus maria maloet Galliarum principum medicus ordi=narius.
mr. Ludovicus Petrus felix renatus le Thieullier, parisinus antiquus facultatis decanus, Regis consiliarius et in majori consilio, nec non in magnâ Regiae Domus, et praefecturae medicus ordinarius.
mr. Edmundus Thomas moreau senonensis
mr. claudius josephus Genil, bisuntinensis, militarium nosocomior=um ad Regis exercitum medicus.
mr. joannes baptista Bajolle salmuriensis nouveau
mr. Simon antonius Bringaud, Pontarianus
mr. jacobus goulier de la motte, Parisinus.
mr Petrus abraham Pajon de moncets Blesensis, Eques in urbis praefecturâ medicus ordinarius, academiae Regiae catalaunensis, nec non societatis rei agrariae aurelianensis socius.
mr. Josephus Lieutaud, archiatrorum Comes.
mr joannes nicolaus millin de la Courveault nivernensis
mr. henricus michael missa, Remensis, Regii medicorum nanceian=orum collegii socius honorarius, antiquus Regis exercituum in germaniâ medicus ordinarius, Censor Regius, academiae catalaunensis socius
mr. Petrus josephus morizot deslandes, catalaunensis
mr desiderius vachier, divionensis
mr. guido David Despatureaux bituricus.
mr. joannes descemet Parisinus, Censor Regius
mr. maximilianus josephus Leys audomarinus
mr martinus josephus clarus Robert Cadomensis, S. Ducis bipontini dum viveret archiater nec non a consiliis et secretis.
mr. guillelmus josephus fumée, Bajocensis
mr. franciscus ludovicus Thomas d'onglee cenomanus
mr. natalis nicolaus mallet, carnutensis
mr. joannes armandus Roussin de montabourg Parisiensis
mr stephanus grossin duhaume, chirurgiae gallico idiomate professor designatus
mr. Petrus joannes claudius, mauduyt de la varenne parisinus.
mr Caesar Coste arelatensis, censor Regius
mr achilles Guillelmus le Begue de Presle, aurelianensis, Eques et censor Regius, bibliothecae facultatis praefectus.
mr nicolaus jeanroy, tullensis Regii medicorum nanceianorum collegii socius honorarius.

mr. Cosma augustinus Lesurier Rothomagensis
mr simon vacher Bisuntinus Regis exercituum in insulá Corsicâ
medicus primarius
mr. Carolus sallin grayacus Bisuntinensis, consiliarius medicus
Regis ordinarius ut ejus castelleto.
mr. Ludovicus Gilbertus Bayner de Jouchere Bituricensis
mr hugo Gauthier Riciacus lingonensis, consiliarius Regis medicus.
mr. franciscus Thiery de Bussy Tullensis consiliarius Regis medicus
ordinarius in supremo senatu Parisiensi.
mr. Joannes D'arcet Severopolitanus aduvensis Professor Regius
academiæ medicinæ matritensis socius
mr. Josephus Philip[p]us nitonvallous Glandocensis, utriusque pharmaciæ
professor.
mr. Joannes Baptista alexander maigret, Parisinus
mr. Carolus Ludovicus franciscus Andry parisinus anatomes et artis
obstetriciæ in gratiam matronarum professor designatus
mr. joannes stanislaus mittié Parisinus, Regiæ scientiarum et
litterarum nancei academiæ socius, nec non stanislai I Poloniarum
Regis medicus ordinarius
mr. Josephus jacobus Gardanne massiliensis, censor Regius et Regiæ
scientiarum societatis monspeliensis, nec non regiarum academiarum
nancei et massiliæ socius.
mr Joannes antonius Elie delapoterie Constantiensis, antiquus
Regis in portu Brestensi medicus nec non militarium Regii
nosocomiorum inspector.
mr Edmundus claudius Bourru Parisinus, chirurgiæ gallico idiomate
professor designatus
mr. Ludovicus Claudius Guilbert Parisiensis, e societate medicâ
Edinburgensi, antiquus Regis exercituum medicus ordinarius.
mr. Paulus Gabriel Le preux Parisinus, utriusque pharmaciæ
professor designatus
mr. antonius joannes baptista madovius Guenet Rothomagensis,
chirurgiæ gallico idiomate professor.
mr. Carolus nicolaus Deslon Tullensis serenissimi comitis atrebatum
medicus ordinarius
mr. henricus Raymond, augustodinensis Regis exercituum in insulâ
Corsicâ medicus.
mr. joannes baptista Langlois, abrincensis, chirurgiæ latino idiomate
professor designatus
Mr. Joannes carolus Desessartz Lingonensis saluberrimæ facultatis
Decanus.
mr Joannes Colombier Tullensis
mr Bertrandus Duppuy arcensis in valle aurea scholarum professor
mr Thomas Le vacher de la feutrie Choicensis
mr Joannes baptista Eugenius Dumangin, castro-theodoricus.
mr. Joannes augustinus Coutavoz, parisinus, rei herbariæ professor.
mr franciscus maria le moine Parisinus
mr Joannes baptista michael Bucquet, Parisinus, censor Regius
chemiæ professor
mr. Carolus jacobus ludovicus Coquereau Parisinus, scholarum
professor, serenissimi Condæi principis medicus ordinarius
mr. Josephus ignatius Guillotin
mr. Claudius Lafisse Parisinus
mr. Benjaminus michael Solier de la Romillais Rhedonensis apud
armoricos, anatomes et artis obstetriciæ in gratiam matronarum professor.

mr. joannes jacobus Nollau, Parisinus
mr. antonius Laurentius Dejussieu, Lugdunensis, Eques, Regis a consiliis et secretis, Regiæ scientiarum academiæ socius
mr. claudius andreas Goubelly, parisinus, chirurgiæ latino idiomate professor
mr. Philippus alexander Bacher Tamensis alsata
mr. claudius antonius Caille, mortuacensis apud sequanos, e societate medicâ Edimburgensi
mr. Joachus Ludovicus Guindant exvirzione apud Bituricenses, e Regiâ scientiarum monspeliensi
mr. joannes jacobus paulet, anduziensis apud occitanos, non regens
mr. joannes franciscus jacobus Rouille de Chamseru, Carcarensis
mr. Ludovicus Carolus henricus Macquart Remus
mr. Eduardus franciscus maria Bosquillon ambianensis, e societate medicâ Edimburgensi, professor et censor Regius
mr. jacobus franciscus Devilliers Saumurensis picto, antiquus Regis exercituum medicus ordinarius in germaniâ, Regiæ scholæ veterin=ariæ medicus
mr. Carolus Ludovicus varnier, parisinus
mr. Theobaldus Mizon, sacrocæsarensis apud Bituricenses
mr. Carolus jacobus Saillant Parisinus
mr. henricus jacobus Bagè, parisinus
mr. josephus Colton, gratiopolitanus
mr. joannes franciscus achilles Delalouette, Parisinus, Eques
mr. Ludovicus Desbois de rochefort parisinus Eques, Censor Regius
mr. antonius chaumont sabatier Parisinus, Regis exercituum in insulâ Corsicâ medicus
mr. felix vicq d'azyr, valonensis apud Constantienses, scholarum professor designatus, e Regiâ scientiarum academiâ serenissimi Comitis atrebatum consiliarius medicus, Regii medicorum nanceianorum collegii socius honorarius &c.
mr. Thomas le tonnelier gavarden constantiensis
mr. joannes jacobus le preste, Parisinus
mr. joannes Carolus Desbrtonne, Laudunensis
mr. joannes matheus Delvaine, [illegible], rei herbariæ, professor
mr. joannes Baptista jumelin constantiensis
mr. alphonsius vincentius ludovicus antonius le Roi, Rothomagensis.
mr. joannes baptista Baignères Parisinus
mr. claudius franciscus duchanoy, sequanus
mr. Deodatus jeanroy, Tullensis, Bibliothecæ facultatis præfectus desig=natus.
mr. maria Zorobabel mennier, Regis in coloniis orientalibus nuper medicus, domus Regiæ invalidorum, ducum et militum medicus a Rege designatus.
mr. augustinus Thouret, Lexoviensis
mr. henricus alexander Tessier, carnutensis
mr. joannes Thauraux, claromontensis, non regens
mr. joannes Renatus sigault, Divionensis.

absolutâ hac nominum et cognominum prædominatione, ad quodlibeta vocati sunt Doctores acta disputantes. unâ deinde opertâ judicatorum responsa meritissimi Baccalaurei accurata, docta, quapropter illa probavit saluberrimus ordo - - -

Die vigesimâ novembris in ordine suo disputavit de quæstione pathologicâ mr. Deodatus jeanroy, responsa dedit Baccalaureus mr. hallé. haec erat quæstio; affirmative concludens

Quæstio medica quodlibetariis disputationibus

an Remediorum etiam Empyricorum
adhibitio dogmatica?

Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit saluberrimus ordo
Die vigesimâ sextâ mensis novembris in ordine suo disputavit
de quæstione pathologicâ Mr. Duchanoi, responsa dedit Bacca-
-laureus Mr. Thery. hæc erat quæstio affirmative concludens.

an arthritidi Sapo?

Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit saluberrimus
ordo.
Die quartâ mensis decembris anni 1777 in ordine suo disputavit
de quæstione pathologicâ M. Baignere, responsa dedit baccalau-
=reus Mr. Doublet, hæc erat quæstio affirmativè concludens,

an post mortem physica veneni
certitudo difficilè comparanda?

Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus
Die undecimâ mensis decembris in ordine suo disputavit de
quæstione pathologicâ M. alphonsius le Roi; responsa dedit baccal
=aureus Mr. michel, hæc erat quæstio affirmativè concludens.

an Colico dolori narcotica?

Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus
Die decimâ octavâ mensis decembris in ordine suo disputavit de quæsti-
=one pathologicâ Mr. de ffrasne. responsa dedit baccalaureus
Mr. Simonnet, hæc erat quæstio affirmativè concludens.

an colicis figulis venæ sectio?

Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus
Die octavâ januarii anni 1778 in ordine suo disputavit de quæst-
=ione pathologicâ Mr. Jumelin, responsa dedit Baccalaureus M.
hallot, hæc erat quæstio affirmative concludens.

an in arthritidis insultibus venæ sectio
repetita?

Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die decimâ quintâ januarii 1778 in ordine suo disputavit de
quæstione pathologicâ Mr De Brotonne, responsa dedit Bacc-
-alaureus Mr. le Roux des tillets, hæc erat quæstio affirmativè concl-
=udens.

an Specificum viperæ morsus antidot-
=um, alkali volatile?

Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die vigesimâ secundâ januarii in ordine suo disputavit de
quæstione pathologicâ M. Delaporte, responsa dedit baccalaureus
Mr. Bourdois de la motte. hæc erat quæstio affirmative concludens

an variolis Balnea tepida?

Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus
Die vigesimâ nonâ januarii in ordine suo disputavit de —
quæstione pathologicâ Mr. le tenneur; responsa dedit baccalaureus

Dejussieu, hæc erat quæstio affirmativè concludens
an concocta movere ac purgare
oportet, non verò cruda?
Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die quintâ februarii 1778 in ordine suo disputavit de quæstione
pathologicâ Mr. vicq d'azyr, responsa dedit baccalaureus Mr.
houssel de vauzèmes. hæc erat quæstio affirmativè concludens
an æther hemicraniæ nervosæ?
Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die decimâ nonâ mensis februarii in ordine suo disputavit de
quæstione pathologicâ Mr. missa vices gerens Mi. sabbathier.
responsa dedit Baccalaureus Mr. navier. hæc erat quæstio, affir-
mative concludens
an variis chronicis variæ hepatis
sulphuris species?
Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die vigesimâ sextâ februarii in ordine suo disputavit de quæstione
pathologicâ Mr. Dejussieu, responsa dedit Baccalaureus Mr.
Delaplanche, hæc erat quæstio affirmativè concludens.
an suppressis prioribus lochiis hirudines?
Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus
Die tertiâ martii anni 1778 in ordine suo disputavit de quæstione
pathologicâ Mr. Delalouette, responsa dedit Baccalaureus Mr.
jeannet des longrois, hæc erat quæstio affirmativè, concludens.
an pertinaci et inveteratæ uteri
hæmorragiæ vinum antiscorbuticum?
Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus

Theses medico-chirurgicæ
per annum 1778 propugnatæ

Die quintâ martii anni 1778 in ordine suo disputavit de chirurgicâ
quæstione Mr. colton, responsa dedit Baccalaureus Mr. marinier
hæc erat quæstio affirmativa concludens
an mammarum cancri, ferro tutior
quàm causticis ablatio?
Thesi propugnatâ, Baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die decimâ mensis martii, in ordine suo disputavit de chirurgicâ
quæstione Mr. Baget, responsa dedit baccalaureus Mr. jeannet-
-des longrois, hæc erat quæstio affirmativè concludens
an recenti vulnere, nudatis ossibus
exfoliatio?
Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die duodecimâ mensis martii, in ordine suo disputavit de
quæstione chirurgicâ Mr. saillant, responsa dedit baccalaureus Mr.
hallé, hæc erat quæstio affirmativè concludens.
an antequam instituantur magnæ operationes
chirurgicæ, corpus medicè præparandum?
Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die decimâ septimâ mensis martii in ordine suo disputavit de quaestione chirurgicâ Mr. Pizon, responsa dedit Baccalaureus Mr. hallon; haec erat quaestio affirmative concludens

An satius sit catheterem in mediâ suae curvaturae parte, foraminulo utrinque pertundi quam versus apicem.

Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die decimâ nonâ mensis martii in ordine suo disputavit de quaestione chirurgicâ Mr. Varnier, responsa dedit Baccalaureus Mr. Thery. haec erat quaestio affirmativè concludens.

An praegnanti, superveniente uteri haemorragiâ, partus manu promovendus?

Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus

Die vigesimâ quartâ mensis martii, in ordine suo disputavit de quaestione chirurgicâ Mr. Devilliers, responsa dedit Baccalaureus Mr. Navier; haec erat quaestio affirmativâ concludens.

An qui tumores deleri debent ferro potius quam cauterio potentiali, delendi?

Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die vigesimâ sextâ mensis martii, in ordine suo disputavit de quaestione chirurgicâ Mr. Bosquillon, responsa dedit Baccalaureus Mr. Simonnet haec erat quaestio affirmative concludens.

An post gravem, ab ictu vel casu violento, capitis contusionem, etiam mediocriter suspectâ cranii fracturâ vel fissurâ, cutis unâ cum pericranio ad os usque incidenda?

Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus

Die secundâ mensis aprilis in ordine suo disputavit de quaestione chirurgicâ Mr. Macquart, responsa dedit Baccalaureus Mr. Boudois de la motte. haec erat quaestio affirmativè concludens

An in omni tumore ut plurimum tentanda sit resolutio?

Thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die nonâ mensis aprilis, in ordine suo disputavit de quaestione chirurgicâ Mr. Roussille de chamseru, responsa dedit baccalaureus Mr. Delaplanche, haec erat quaestio affirmativè concludens

An in usu vesicantium cautela tum medica tum chirurgica?

propugnatâ thesi baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus

Die septimâ mensis maii in ordine suo disputavit de quaestione chirurgicâ Mr. Guindant, responsa dedit baccalaureus Mr Roussel de vauzemes, haec erat quaestio affirmativè concludens

An sectio symphiseos ossium pubis admittenda?

Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die undecimâ mensis maii in ordine suo disputavit de quaestione chirurgicâ Mr. Caille, responsa dedit baccalaureus Mr. Michel haec erat quaestio affirmativè concludens.

An depressioni calvariae sua laus?

thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus,

Die decimâ quartâ mensis maii in ordine suo disputavit de quaestione chirurgicâ Mr Bacher, responsa dedit baccalaureus Mr. Doublet, haec erat quaestio affirmative concludens.

An a primariâ vulnerum conditione, ipsorummet lethalitas apud judices repetenda?

thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die decimâ nonâ mensis maii in ordine suo disputavit de questione
chirurgicâ mr goubelly. responsa dedit baccalaureus mr. lethoux
des tillets. haec erat questio affirmative concludens

an capite fœtus incuneato, vectis forcipibus
antreponendus?

Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die vigesimâ primâ mensis maii in ordine suo disputavit de questi-
=one chirurgicâ mr. Dejussieu, haec erat questio affirmativa concl-
=udens cui responsa dedit baccalaureus mr. Dejussieu

an in abscessu mediastini, celebranda sterni
terebratio?

thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Questiones in actibus vesperiarum et Doctoratuum agitatæ in utramque partem anno 1777.

Die vigesimâ septimâ mensis augusti, Præside mo. Lorry, Mr. millin
Dela courveault vices gerente, pro vesperiis Mr. hallé

an morbis procreandis tempestas { verna? / autumnalis?

Die decimâ septimâ septembris pro ejusdem Doctoratu

an in morbis sanandis æquè competunt { juvenibus venæ sectio? / senibus catharsis?

Die decimâ quintâ septembris, Præside Mo. mauduyt delavarenne
Mr. Leys vices gerente pro vesperiis Mr. Dajussieu

an Paralysis ab Electricitate { levamen tantum? / curatio radicalis?

Die decimâ septimâ septembris pro ejusdem doctoratu

an incipiente angina { venæ sectio? / emeticum?

Die decimâ sextâ mensis septembris, præside mo lucas delaurembergue
Mr. Lieutaud vices gerente, pro vesperiis Mr. Bourdois delamotte.

an in asphyxia { sal alkalinum volatile? / sal acidum?

Die vigesimâ primâ mensis septembris pro ejusdem doctoratu

an medico præstantius { ingenium? / judicium?

Die vigesimâ tertiâ mensis septembris Præside mo. mallet, pro
vesperiis Mr. Doublet

an paralyticis { Electricitas? / aqua thermales?

Die vigesimâ quinta septembris pro ejusdem doctoratu

an hydrophobiæ { alkali volatile? / hydrargyrum?

Die vigesimâ ~~sextâ~~ mensis septembris præside mo. lucas de
Laurembergue Mr. millin vices gerente, pro vesperiis Mr. navier

an variolis { discretis curatio una? / confluentibus altera?

Die vigesimâ octavâ pro ejusdem doctoratu

an variolis { cardiaca? / balnea.

Die vigesimâ quartâ mensis septembris, Præside mo. Pajon de
monceats Mr. Descemet vices gerente, pro vesperiis Mr. Delaplanche

an partus naturalis absolvatur { solo uteri ex matris? / unitis matris et fœtus viribus?

Die vigesimâ nonâ septembris pro ejusdem doctoratu

an parisiis venæ sectio prægnantibus { aliquando necessaria? / sæpe sæpius omittenda?

Die vigesimâ mensis septembris præside mo. millin de la
courveault Mr. Thomas d'onglée vices gerente pro vesperiis Mr. marinier.

an in partu ob angustiam pelvis impossibili sectio { symphisis pubis? / cæsarea?

Die trigesimâ septembris pro ejusdem doctoratu
an sectio symphyseos ossium pubis { celebrari tuto ? / iterari pluries ? }
possit

Die tertiâ mensis octobris Præside Mo Lucas de Lauwenbergh Mr Robert vices gerente, pro vesperiis Mi Simonnet
an medicinæ incrementum { a praxi ? / a Theoriâ ? }

Die decimâ septimâ octobris pro ejusdem doctoratu
an gonorrhœa in viris et feminis { diversa ? / eadem ? }

Die quintâ octobris Præside Mo Bourru Mr Wachier vices gerente pro vesperiis Mi Hallot
an accuratissimorum observationes, circa morbos quos vocant epidemicos multum conferant { ad artis incrementum ? / ad certiorem populorum salutem ? }

Die duodecimâ octobris pro ejusdem doctoratu
an observatis sexcentis morbis quos vocant epidemicos, altera epidemia potest { facilius præcaveri / felicius curari }

Die sextâ mensis octobris Præside Mo Lucas de Lauwenbergh Mr Danié Desplatureaux vices gerente, pro vesperiis Mi Thery
an hydropes sanando remedia { evacuantia ? / alterantia ? }

Die decimâ quintâ octobris pro ejusdem doctoratu
an incipienti peripneumoniæ nothæ { venæ sectio ? / emeticum ? }

Die octavâ mensis octobris, Præside Mr Roussin de Montabourg pro vesperiis Mi Roussel de Vauzêmes
an fato functorum corpora extra pomæria urbis debeant { inhumari ? / cremari ? }

Die decimâ quartâ ejusdem mensis pro ejusdem doctoratu
an feminæ peripneumoniâ correptæ, menstruis fluentibus, sanguinis missio { e brachio ? / e pede ? }

Die decimâ mensis octobris Præside Mo Morizot Deslandes pro vesperiis Mi Jeannet des Longrois
an tutior mulieri ἀστύρροις { prægnanti venæ sectio ? / puerperæ catharsis . ? }

Die decimâ tertiâ ejusdem mensis pro ejusdem doctoratu
an eadem aperientia obstructo { pulmoni ? / hepati ? }

Die decimâ septimâ octobris præside Mo Langlois Mr Furnée vices gerente pro vesperiis Mi Michel
an motus convulsivi { a materiâ pungente ? / a materiâ obstruente ? }

Die vigesimâ primâ ejusdem mensis pro ejusdem doctoratu
an in febribus malignis { cardiaca ? / antiphlogistica et laxantia ? }

Die vigesimâ octobris Præside Mo Pajon de Moncets pro vesperiis Mi Le Roux des Tillets
an in vertiginibus { saphenæ / cephalicæ } sectio ?

Die vigesimâ secundâ ejusdem mensis pro ejusdem doctoratu
an quibusdam morbis obnoxii sint pistores { a defectu decubationis in lecto ? / ab alternâ et rapidâ aeris calidi et frigidi impressione ? }

Theses cardinalitiæ

anno 1778, juxta decretum die mensis ejusdem anni, propugnatæ

Die vigesimâ sextâ maii anni 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. De l'epine, responsa dedit, sex doctoribus interrogantibus, baccalaureus Mr Cochet, hæc erat quæstio affirmative concludens.

an adeò miseré vivat, qui medicé vivit?

Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die vigesimâ nonâ mensis maii 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. Nollau, responsa dedit sex doctoribus interrogantibus Baccalaureus Mr. Berthollet. hæc erat dissertatio

De variorum liquorum vinosorum diæteticis proprietatibus.

disputatione absoluta baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die secundâ mensis junii anni 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitia Mr. Solier de la romillais, responsa dedit sex doctoribus interrogantibus baccalaureus M. champagne du fresnoi. hæc erat quæstio affirmativa concludens.

an tùm exoticis tùm indigenis vinis præcellat campanum?

thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die quartâ junii 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. Lafisse, responsa dedit baccalaureus sex doctoribus interrogantibus Mr. de Heuzel. hæc erat quæstio affirmative concludens.

an ad visûs conservationem cautela?

thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die decimâ junii 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. guillotin. responsa dedit Baccalaureus sex doctoribus interrogantibus Mr. Corion des collines, hæc erat quæstio affirmative concludens,

an Eurus sit ventorum saluberrimus?

thesi propugnatâ, baccalaurei responsa probavit saluberrimus ordo.

Die duodecimâ junii 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. Coquereau, responsa dedit sex doctoribus interrogantibus baccalaureus Mr. chambon. hæc erat quæstio affirmative concludens.

an aer corruptus expurgari possit?

Thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die decimâ septimâ mensis junii 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. le moine, responsa dedit sex doctoribus interrogantibus baccalaureus Mr. gorieux de la guerenne, hæc erat dissertatio.

De aere et ipsius in carceribus, nosocomiis et cœmeteriis insalubritate.

disputatione absolutâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die vigesimâ tertiâ junii 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. Coutavoz responsa dedit sex doctoribus interrogantibus baccalaureus Mr. mahon de houssay, hæc erat quæstio affirmative concludens.

an natura mirè ad conservandam sanitatem ordinata?

thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die vigesimâ sextâ junii 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. Dumangin, responsa dedit sex doctoribus interrogantibus baccalaureus Mr. mathey. hæc erat dissertatio.

De unctionibus veterum in hodiernum Europæorum ad regiones fervidas, æstuantesque migrantium aut transfretantium usum revocandis.

disputatione absolutâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die secundâ julii anni 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr Le vacher de la feutrye, responsa dedit sex doctoribus interrogantibus baccalaureus M. Lakwolle, hæc erat quæstio affirmative concludens

an aer versaliarum sit salubris, atque major illi conciliari possit salubritati gradus?

thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die decimâ quintâ mensis julii 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. Bucquet responsa dedit sex doctoribus interrogantibus baccalaureus Mr. De fourcroy, hæc erat dissertatio

De utilitate effluviorum elasticorum GAS dictorum ad tuendam sanitatem

disputatione absolutâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die vigesimâ septimâ mensis octobris anni 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr Dupuy, responsa dedit sex doctoribus interrogantibus baccalaureus Mr. Fouquet hæc erat quæstio affirmative concludens

utrum a longiori somno morbus?

thesi propugnatâ baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Die trigesimâ mensis octobris 1778 in ordine suo disputavit de quæstione cardinalitiâ Mr. Colombier responsa dedit sex doctoribus interrogantibus baccalaureus Mr. Dupré, hæc erat dissertatio.

Quemadmodum orbis universi, sic et microscomi sana constantia, e sinu motus enascitur.

disputatione absolutâ, baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

Thesis pro cooptatione

Die vigesimâ primâ mensis augusti anni 1778, Præside Mr. Joanne Carolo. DesEssartz Decano Mr. Carolus le Roy parisinus in ludovicæo Monspeliensi medicinæ professor, e regiâ scientiarum societate Monspeliensi, Londinensi &c &c pro solemni cooptationis laureâ sequentem propugnavit thesim Pathologicam

an febris naturæ medicatricis opus sit et instrumentum?

Thesi propugnatâ Mr. Caroli le Roy responsa probavit ordo saluberrimus.

Orationes Publicæ
in Scholis medicorum Parisiensium habitæ

Die dominicâ decimâ ~~septimâ~~ mensis novembris anni 1777. Mr. Carolus jacobus Ludovicus Coquereau Scholarum professor horâ quintâ pomeridianâ, pro Scholarum inaugurationis solemnitate, publicam habuit orationem, De necessitate præclaris artibus et humanioribus litteris medicos informandi

Die dominica trigesimâ ejusdem mensis novembris Mr. antonius joannes baptista maclovius Guenet, chirurgiæ gallico idiomate professor horâ quintâ pomeridianâ, gallicam orationem habuit in quâ demonstravit. - qu'il n'est pas de pays ou la chirurgie s'aprenne et s'exerce mieux qu'en france

Demonstrationes

anatomicæ, opera chirurgica, Galenica et chimica in amphiteatro celebrata anno 1778.

Die vigesimâ septimâ mensis januarii anni 1778 et sequentibus Mr. claudius andreas Goubelly, chirurgiæ latino idiomate — professor, operationes chirurgicas publicè exposuit et in virili cadavere perfecit ipsemet.

Die vigesimâ tertiâ mensis martii anni 1778 et sequentibus Mr. antonius joannes baptista maclovius Guenet, chirurgiæ gallico idiomate professor, operationes chirurgicas publicè — exposuit, et in virili cadavere perfici curavit, manuum industri=am præstante Mo. claudio andreâ goubelly, saluberrimæ facultatis doctore regente.

Die trigesimâ ejusdem mensis martii anni 1778 Mr. joannes — baptista michael Bucquet, chemiæ professor renunciatus, sumptibus saluberrimæ facultatis, chemiam universalem per analysim, in tribus naturæ regnis institutam, edocere cœpit et operationes propriâ manu executus est, quas peregit diebus lunæ, martis, jovis et veneris uniuscujusque hebdomadis coram frequentissimo auditorum et philiatrorum cœtu.

Die decimâ quintâ mensis aprilis anni 1778 et sequentibus Mr. Bertrandus Dupuy, scholarum professor, corporis — humani structuram et usus, super humano cadavere plurimos edocuit, partes oculis subjiciente Mo. claudio andreâ Goubelly doctore medico regente.

Die vigesimâ septimâ ejusdem mensis aprilis et sequentibus mo claudio andreas Goubelly, doctore medico regente manuum industriam præbente, Mr. Benjaminus, michael, solier de la Romillais, in gratiam matronarum professor, demonstrationes anatomicas de arte obstetricia instituere cœpit.

Die decimâ mensis junii anni 1778 Mr. Benjaminus Michael solier de la Romillais, anatomes et artis obstetriciæ in gratiam matronarum professor, lectiones instituit de arte obstetricandi quas comprobavit operationibus, Mr claudius andreas Goubelly Doctor in saluberrimâ facultate regens.

Die vigesimâ primâ mensis septembris anni 1778 et sequentibus. Mr. Josephus Philip utriusque pharmaciæ professor, prælectionibus publicè habitis, pharmaciæ specimen exposuit, operationibus quæ pharmaceuticis principia applicavit manum et industriam — præstante antonio ludovico Brongniart, pharmacopæo parisiensi peritissimo.

---

acta et comitia
Saluberrimæ facultatis, annis 1777 — 1778.

Die Sabbati decimâ quintâ mensis novembris anni 1777, per juramentum convocati Doctores in Scholas superiores convenere horâ decimâ matutinâ, 1º. Supremæ curiæ placiti, quod toti ordini per accessum adversus Censoris Academiæ electionem fuit denunciatum, lectionem; 2º. de rebus ad pauperum ægrotantium curam pertinentibus, nec non de aliis Decanum dicentem audituri et posteà deliberaturi; 3º. artis obstetriciæ in gratiam matronarum professorem electuri. (hic erat tenor schedulæ invitatoriæ ad singulorum Doctorum ædes ab apparitoribus delatæ.

1º. Lecta fuit in commentariis appellatio Mi. De L'Epine in censorem academiæ, a meritissimis Electoribus facta nullo reclamante die sabbati octavâ mensis novembris hujusce; dein supremæ curiæ placitum auditum est, quo Mr. allearme ex decanus provisoriè servatur in exercendo censoris munere, et ab eo munere quilibet alius arcetur, dies quo simul toti ordini coram supremâ curiâ dicitur. audito tunc Mo. allearme, audito et articulo octavo vitium et laudabilium consuetudinem, qui totus est de censore academico et iis quæ passus est Mr. andry, in censorem non appellatus, licet è decanatu decedens annis 1726 et 1728.. rogatis quæ post hæc et collectis sententiis ...

Ex longe majori suffragiorum numero decrevit ordo saluberrimus standum esse electioni factæ die sabbati octavâ mensis novembris anni 1777, attamen ad litem usque compositam, supremæ curiæ placito obtemperandum et sic conclusi. J.C. Des Essartz Decanus

Quod quidem decretum subsignaverunt ultrinque ordinis duo antiquiores præsentes, M.M. De L'Epine, le clerc, mallet et Lezurier.

Curam litis defendendæ Decano et quinque Electoribus, quos delegatos ad hanc rem voluit commissit ordo saluberrimus et sic conclusi J.C. Des Essartz Decanus.

2º. iisdem in comitiis, in memoriam Doctorum revocavit Decanus se conquestum fuisse, postridie Divi Lucæ, de Doctorum incuriâ in pauperibus consilio adjuvandis unâ quâque die sabbati, et tunc latum retulit decretum quod sic se habebat - - - - -

Ex majori suffragiorum numero decrevit ordo saluberrimus mulctam quâ plectuntur Doctores suo erga pauperes officio infidi, ad duodecim libras evehendam esse, nec nisi in impedimentis legitimis Doctori suo in ordine vocato, veniam alterius sufficiendi concedendam.

Hic iterum est res secundâ vice in deliberationem missa.

Ex majori suffragiorum numero statutum est antiquis et solitis legibus tum circa mulctam tum circa veniam sufficiendi tum circa numerum Doctorum vocandorum esse adhærendum et sic conclusi. J.C. Des Essartz Decanus

iisdem in comitiis Clarissimi viri quos saluberrima facultas praefecerat examinando machinarum a D. Rabiqueau collectarum suppellectili, et saluberrimae facultati oblato, suam a se subsignatam legerunt relationem, suumque propositum judicium — habita a D° Rabiqueau nec utilia nec licita esse. Relationem probavit ordo saluberrimus, et judicio assentatus, unanimi suffragiorum numero statuit nullatenus accipienda esse a D° Rabiqueau proposita et sic concludi. J.C. DesEssartz Decanus.

iisdem in comitiis lecta fuit viri clarissimi D. Boucher in collegio medicorum insulanorum epistola, totius collegii nomine scripta, quâ rogabat quid censeret facultas medica Parisiensis de doctore medico, remedium quoddam occultum, suumque jactitante, cuivis offerente et venditante. hoc ad medicum insulis, non sine gloria, praxim clinicam multis abhinc annis exercentem cognomine Dehenne, unum e collegio pertinere monuit Decanus, cui viro jam litterae missae fuerant deterrendi hoc commercio, ad aegrotos nullâ vi coercendos, relegando. ast his litteris lectis Decano facultati subsignatis fidem venuit vir ille Dehenne, suae serviens cupiditati, eas que, fictas et falsas clamitavit. Rogatis sententiis, ex majori suffragiorum numero sancitum est, responsum a Decano mittendum esse nomine facultatis, et asserendum ab ipso ordine saluberrimo semper improbatos et contemptui damnatos fuisse medicos, tali nomine et honore indignos, qui sua et arcana praesertim vendunt remedia. et sic concludi.

J.C. DesEssartz Decanus.

hocce decreto ad meliorem cogitandi et agendi rationem revocatus D. Dehenne, coram magistratibus insulanis declaravit sese tum a remediis venditando, tum a chartis monitoriis et laudantibus hocce purgans specificum obstinere, quod legitur in litteris a D° Copto, nomine totius collegii scriptis.

iisdem in comitiis lecta fuit epistola ad Decanum missa, quâ D. Seguy nunciabat se medicum Regis, absque tamen munere trimestri nominatum, jusjurandum dixisse coram Regis beneficentissimi archiatrorum comite M° Lieutaud hac de renuntiatione, ac de privilegiis quae huic muneri adjuncta dicunt, deliberantibus visum fuit opportunum, ac utile supersedere, deliberationi cuilibet hisce praesertim temporum circumstantiis

3°. cum ultimis in comitiis professoris artis obstetriciae in gratiam matronarum neglexissent nominationem, Electores clarissimi, tunc appellarunt e majori ordine M^{rem} millin, e minori MM. andry et alphonsium le Roi, nominibus his tribus in urnam missis M^{r.} andry professor renunciatus est.

Die sabbati sextâ mensis decembris anni 1777, convenerunt Doctores medici, schedulâ sequenti congregati

Conveniant Doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati sextâ mensis decembris anni 1777, horâ undecimâ matutinâ. I° clarissimum collegam M. Sigault de sectione symphiseos ossium pubis, quam duobus abhinc mensibus, super mulierem dictam Souchot, celebravit: 2°. clarissimos collegas MM grandclas et Descemet, ad id deputatos, de sectione, illiusque effectibus et sanatione referentes: 3°. clarissimum collegam M. Mauier —

filium de rebus ad se pertinentibus dicentem. 4º Decanum dominæ viduæ collegæ M. Darliot gratiarum actiones et preces ordini saluberrimo offerentem, et de rebus aliis dicentem auditum et posteà deliberatum.

Jam verò antequam hic referantur quæ acta sunt die sextâ mensis Decembris, circa sectionem symphiseos ossium pubis, operæ pretium est narrare quæ sunt peracta die tertia mensis ejusdem in comitiis prima mensis dictis

Die tertiâ mensis decembris anni 1777 habita sunt comitia prima mensis dicta. his in comitiis, coram Doctorum cœtu frequenti, stetit se uxor militis dicti Souchot, sectionem symphiseos ossium pubis, operante clarissimo collegâ Mº. Sigault, perpessa nocte primâ mensis octobris anni 1777. hæc gradus scholarum superiorum ascenderat, accesserat que in aulam, mariti sui dexteræ leviter innixa, adminiculo orbata, firma stetit per unum aut alterum minutum. ab eâ sedente sciscitatus est Decanus, an bonâ nunc gauderet valetudine, cibos appeteret et coqueret, facilè et placido indulgeret somno, dolores sentiret in eâ corporis parte. quæ secta fuit, urinarum quantitatem, apud cæteras mulieres solitam, in vesicâ contineret pro nutu ejiciendam, an verò indesinenter, ipsâ inscia nec volente, fluerent illæ. his et aliis interrogationibus seorsim propositis, sigillatim respondit mulier altâ voce et ingenuâ quæ nudæ veritatis est interpres, se cibos et potus appetere, exquisitè coquere, omnes exercere functiones liberè, constanter et jucundo, placido recreari somno, viribus sensim sine sensu crescentibus, faciliùs in dies ambulare, ascendere, descendere, nullum dolorem, nullam pati molestiam in parte sectâ, urinas in vesicâ tamdiu remanere, quamdiu sedens manebat illa, aut nimiâ non urgerent copiâ, nec stillatim absque nutu voluntatis elabi nisi quando stabat erecto corpore aut ambulabat; hoc tamen stillicidium singulis diebus decrescere et rarius apparere; se gradientem dolore vexari, juxta femoris sinistri longitudinem externam, at hoc jam a primo partu vexatam imo excruciatam fuisse, ob, ut aiebat, retentum tunc temporis lacteum humorem huic parti incidentem, ultro confessa est. ab enutriendo suo nato, quem per primum mensem solidum lactaverat ipsa, nunc vero in aliis gestabat nutrix omnibus quæ, ostendit rectè valentem, se, jubentibus D.D. Sigault le Roy et medicis a facultate deputatis, amotam fuisse addidit.

his dictis exiit. Eâ egressâ clarissimus collega Mº. Sigault libellum memorialem recitavit quo suæ, in incidendâ ossium pubis symphysi, agendi rationis momenta, modum incidendi usurpatum, sectionis effectus prosperos descripserat, alia de hac eventurâ feriora promittens.

Clarissimi autem deputati, partes incisas notaverunt, sectionis effectus, partium vicinarum conditionem, quæcumque singulis diebus acta fuere, candidè retulerunt, certam quæ renunciarunt uxoris dicti Souchot, sanationem.

quæ cum et aspectâ et auditâ muliere prædictâ constarent apud omnes, vera et aperta, in com unanimi voce convenerunt sententiam

ut libellus memorialis Dni Sigault, deputatorum diarium, relatio
et judicium typis mandarentur, et in commune bonum juris publici
fierent nomine et sumptibus facultatis: attamen hac de re totum ordinem
saluberrimum consulendum esse: ne vero civium salus a mora
diuturniori caperet aliquod detrimentum, cito citius Doctores omnes
ad comitia more solito vocandos esse, ut quam prosperos successus
attento fuerint clarissimi collegae M. Sigault sagacitas ac solertia,
citò edocti, solemnibus suffragiis, quid esset agendum deliberarent.
et sic conclusit. J. C. Desessartz Decanus.

Subsignaverunt quatuor examinatores deputati in comitiis prima
mensis dictis; MM G. J. Del'Epine, Dubourg, Le Preux, Devilliers.
itaque per schedulam ab apparitoribus ad singulorum Doctorum
aedes delatam, pro more majorum, dies omnibus et singulis dicta est
sexta ejusdem mensis decembris: hanc schedulam supra scriptam legisti.
his autem in comitiis, quid die primâ mensis octobris, quid die tertiâ
decembris acta fuissent et decreta, narravit Decanus supra scripta
legendo. Dein M. Sigault suum iterum recitavit libellum memorialem,
sua, singulis diebus observata, retulerunt clarissimi Deputati, judices
integerrimi, MM. Grandclas et Descemet. quibus omnibus auditis
in deliberationem misit Decanus 1º an censeret ordo saluberrimus
suo nomine, suis que impensis quam primum typis mandanda
esse, clarissimi collegae M. Sigault libellum memorialem et
meritissimorum Deputatorum relationem ac judicium, non singulis
tantum Doctoribus, medicis galliae extraneis que distribuenda, sed et
Regi, principibus, magistratibus et Regni administris offerenda; 2º.
an quid, in gratiam uxoris dicti Souchot, agendum videretur. 3º. an
et quodnam, laudis atque existimationis pignus ac testimonium
decerneretur Mº Sigault

Postquam Doctor unusquisque. priorem suam aperte declaravit et
rationum momentis fulcivit sententiam, et collectis suffragiis
saluberrimus ordo, cui nihil unquam magis cordi fuit et curae quàm
artem salutiferam promovere atque adaugere, et qui sincero amore
semper excepit, laudibus extulit et peritis omnibus tradidit, excogitata
tentatave civibus utilia, decrevit unanimi consensu 1º verum gestarum
et statutorum die primâ mensis octobris, et tertiâ mensis hujusce, decem-
-bris, historiam latino idiomate scriptam, modo recognitam, simul que
in gallicum sermonem conversam: 2º. libellum memorialem a
Mº Sigault iterum lectum de sectione symphiseos ossium pubis in
2°. legit Decanus epistolas ad se missas tum a clarissimis professoribus Philip, Coutavoz et Laqueroure qui matutinis horis docent, tum a clarissimo Mo. vicq d'Azyr in responsum datas. conquerebantur illi ut jam dictum est quod Mo. vicq d'Azyr intra privatos parietes suos doceret horâ nonâ matutinâ juxta statutum quinquagesimum primum illicitâ. re in deliberationem missâ, se statuto obligari confessus est Mr. vicq d'Azyr; at postulavit ut favor sibi concederetur eadem nonâ horâ matutinâ suas privatas lectiones et demonstrationes distribuendi, alibi quodcumque sui obsequii testimonium pollicens demonstrationes nempe gratuitò faciendas, nomine facultatis, in scholarum amphiteatro

his auditis, ex majori suffragiorum numero decrevit ordo saluberrimus, standum esse statuto quinquagesimo primo quo edicitur: "his horis scholæ professoribus designatis, nemo publicè vel privatim interpretetur sive modo scholæ lectores doceant" et sic conclusi J. C. Desessartz Decanus.

3°. epistolam ab illustrissimo D.D. Amelot missam audierunt omnes, in eâ agebatur de postulatione viri cujusdam dicti Aguibene qui remedii cujusdam egregii possessorem se proferebat et deputatos facultatis optare se dicebat qui vires illius remedii examinarent et usu probarent .. appellati sunt deputati M.M. Leclerc, Bertrand, Descemet, Philip, Lepreux et vicq d'Azyr. et sic conclusi J. C. Desessartz Decanus

Paucos post dies Decano misit epistolam vir ille, pseudo medicus et circulator deputatos facultati remandat. ast hunc quem Lutetiâ Parisiorum et e Regno leges exulabant, defendit et tutatus est deceptorum magnatum favor

Die sabbati septimâ anni 1778 horâ nonâ matutinâ saluberrima facultas congregata fuit in scholis superioribus per duas schedulas ad singulos Doctores ab apparitoribus ritè delatas quarum una sic se habebat

Convocantur Doctores medici omnes in scholarum sacellum die sabbati septimâ mensis februarii anni 1778 horâ ipsâ nonâ matutinâ interfuturi sacro solemni quo clarissimo collegæ nostro Mo. Paulo Jacobo —

Malouin saluberrimus ordo parentabit
alterius hic est tenor
Convocentur Doctores medici omnes in Scholas Superiores post sacrum horâ
decimâ matutina 1º candidatorum, 2º eorum litterarum testimonialium,
examinatores Electuri.
Sacris ferialibus rité peractis pro requie animæ clarissimi Collegæ M. Petri
Jacobi Malouin, itum est ad comitia: ibi congregatis Doctoribus quamplurimis
M. Delépine antiquior Scholæ magister exposuit se accepisse hâc ipsâ
die, vigilantissimum Decanum lecto detineri gravi ægritudine laborantem
quâ jam ante paucos dies languebat; hâc de causâ invitatum fuisse
a meritissimo Decano (quem statim ob acceptum nuntio inviserat) vellem
suas vices indictis comitiis adimplere. quo audito, non sine magno
astantium omnium mœrore, ad Eligendos candidatorum, nec non alios
litterarum testimonialium examinatores opera data fuit. ideò sorte
ducti sunt inter magistros præsentes Examinatorum candidatorum
electores quinque, tres e majori ordine M.M. Nouguez, Morizot Desla-
-ndes et Descemet, de minori verò tantummodò duo M.M. Desbois
-de-rochefort et Duchanoi.
hi præstito de more, super Evangelium jurejurando, secessere in sacellum,
ex quo reduces appellavere in examinatores candidatorum sex magistros,
tres de majori M.M. Hazon, moreau et Millin de la Courvault, de
minori etiam tres M.M. Grossin Duhaume, Sallin et Dumangin. verùm
cum requirantur examinatores tantummodò quatuor, duo sorte ducuntur
inter prædictos sex, ex unoquoque ordine; nominibus itaque in pileum
injectis et commotis, sors adduxit de majori ordine M.M. Hazon et
Millin de la Courvault, et de minori M.M. Grossin Duhaume et Dumangin,
qui solito se se sacramento adstrixere, inter manus antiquioris prædicti
M. Del'Epine, excepto solo M. Duhaume, qui jam abierat, et die
sabbati sequenti suum dixit sacramentum.
his opera pretium est, occasione datâ memorare et posteris notam facere,
Religiosam quæ semper saluberrimo ordini cordi fuit, statutorum suorum
et laudabilium consuetudinum suarum reverentiam.
Electores Examinatorum elegerant prius de majori ordine M.M. Bertrand
Cosnier et Moreau. quorum ambo priores jam paucis abhinc annis hoc
munere functi fuerant. dixit at clarissimus Collega M. Millin de la Courvault
non assentiri se huic Electioni quæ legibus repugnaret. Etiamsi intercederet
solus, surrexit illico M. Bertrand et altâ voce, declaravit 1º Electoribus et
facultati, quod de se sentirent tam honorificè, de munere tam benevolè sibi
collato gratias se reddere quam amplissimas. 2º tam libenter de magistratu
oblato abdicare se se, quam grato et alacri animo legitimè suscepisset
reclamante nemine; summum habere se nefas probuisse unquam exemplum
quod saluberrimæ facultatis legibus, ritibus ac disciplinæ aut collegarum
libertati ac juribus nocere vel leviusculè potuisse videretur. itaque
reverterentur ad concilium clarissimi Electores
Tam liberalis exempli consors et imitator non impiger fuit M. Cosnier.
conticuere omnes. reversi autem in sacellum Electores, et ex eo in comitium
regressi appellarunt ut supra dictum est, loco M.M. abdicantium M.M.
Hazon et Millin de la Courvault quibus ambobus favit sors. sic saluberrima
facultas, fideles suæ disciplinæ ulciscitur assertores.
Posteá vivâ voce ex majori suffragiorum numero de majori ordine
appellati sunt in examinatores litterarum candidatorum clarissimi M.M.
De Gevigland, Bernard et Chevalier, e minori verò M.M. Mallet, Maigret
et Andry. et ità super omnibus conclusit antiquior scholæ magister

G. J. De L'Epine

Juxta statutorum articulum XXVI exercitationum chirurgicarum operat-
-iones confecere Baccalaurei per septem dies, scilicet a die sabbati septimâ
mensis februarii ad diem veneris usque decimam tertiam ejusdem mensis.
Eorum responsa et exercitia chirurgica probata fuere per scrutinium
die sabbati decimâ quartâ mensis februarii a facultate saluberrimâ
ritè convocatâ.

iisdem in

Iisdem in comitiis, scilicet die sabbati decimâ quartâ mensis februarii anni 1778 post legitimam convocationem a venerando antiquiore scholæ magistro G. J. De l'Epine, Decani adhucdum ægrotantis vices gerente, celebratam et missam. Exposuit venerandus antiquior comitiorum præses, 1º se in manibus habere litteras ab integerrimo urbanæ politiæ propraetore scriptas, quas hâc ipsâ die, vix elapsâ horâ, ipsi tradiderat dictus Decanus; hisce litteris postulabat urbanæ politiæ proprætor, ut facultas saluberrima vellet ex suis Doctoribus aliquos deputare, qui cognoscerent de utilitate aut inutilitate methodi peculiaris quâ ferebatur vir quidam nomine Dufour, tres insanos ad mentis et corporis sanitatem restituisse coram testibus honestis et doctis. optante dicto D. Dufour delectos ab ipsâ facultate deputatos habere suæ in hoc negotio peritiæ necnon agendi rationis testes, in ptochotrophio Regio Gallicè Bicêtre

Prælectis hisce litteris, placuit facultati appellare in deputatos M.M. Le clerc, Bertrand, Cosnier et Dumangin, qui postulatis ab integerrimo urbanæ politiæ proprætore satisfacerent dummodo impensa itidemque et aliæ, si quæ futuræ essent non ex ære facultatis ut multoties accidisse jam ferunt, sed ex fisco publico fierent, et sic conclusit ex maximi suffragiorum numero antiquior scholæ magister G. J. De l'Epine.

Posteà dixit præfatus M. De l'Epine pervenisse ad aures verè vigilantissimi Decani rumorem quemdam quo ferebatur, placuisse venerando parochialis Ecclesiæ sub invocatione sancti Sulpitii Rectori, unam e quatuor nostris collegis, qui sanandis dictæ parochiæ pauperibus operam cum laude et feliciter a pluribus annis dederunt, dimittere, et curationem illorum pauperum ægrotantium indiscriminatim omnibus, medicinam profitentibus, qui plurimi sunt in istâ parochiâ (inter vastissimas urbis non minimâ) unicuique in suâ viciniâ commisisse, assignavisse vicos complures, singulis adscripsisse domos et limites, quin et ex illis nonnullos operam jam promisisse. sed quoniam clarissimi collegæ nostri M.M. Bidault, Leys et Mollard, tres e quatuor medicis, benignam hanc medicinam factitantibus in comitiis actu præsentes testati sunt verè quidem sparsum fuisse hunc rumorem, non sine fundamento excitatum fuisse vigilantiam Decani nostri ottii ægrotantis, verùm a proposito destitisse supra laudatum Rectorem, rem planè compositam esse, nihil immutatum nec immutandum, cunctaque remansura fore pro more antiquo,.. itaque super hanc nulla fuit facta deliberatio.

Deinde veniam a facultate petiit clarissimus M. Bertrand loquendi de re gravi, saluberrimæ facultati injuriosâ ac damnosâ. veniâ concessâ dixit se non sine, summo indignationis affectu legisse in chartis publicis non placito tantùm sed auctoritate ministerii Regii munitis et in typographiâ Regiâ typo mandatis, vulgo dictis La gazette de france, sequentia verba.

Le sieur Mercureur, membre du college de pharmacie de Paris rue neuve Ste catherine au marais, ayant toujours eu la confiance du defunt sieur Weiss, medecin du Roi en son chateau de la muette pour la preparation des medicaments que ce medecin emploioit avec succés, tels qu'un remede anti-laiteux, un pour la resolution des glandes au sein, ainsi qu'un autre tres efficace pour les humeurs froides, l'hydropisie &c.. croit devoir avertir les medecins, qu'il leur donnera tres volontiers connoissance de ces medicamens, et qu'il continuera de les preparer et de les distribuer tant pour les personnes de l'art que pour celles qui seront dans le cas d'y recourir.

Gazette de france, No. 13, vendredi 13 fevrier 1778 page 54.

indignabatur audaciam hominis, quem non pudebat agyrtam publicè laudibus extollere, et medicos sine verecundiâ irridere, invitando illos ad cognoscenda quæ magnificè jactitabat et possidere se gloriabatur agyrta nuper defuncti arcana pretiosa, et populum ad emenda; rem injuriosam sanè medicis et perniciosam civibus, quibus illa arcana

distribuere, facta nulla consilii medici mentione, paratum se esse profi=
=tebatur.
Re perpensa et in deliberationem missa, placuit facultati adjungere vigi=
lantissimo Decano ambos pharmaciæ professores, qui de hac inverecundiâ
cum integerrimo urbanæ politiæ propretore communicarent, et cum illo
conferrent quid rei esset agendum, antequam adiretur regni in hac parte
administer clarissimus D. Amelot et sic conclusit G. J. De l'Epine Decani
ægrotantis vices gerens.
hac eâdem die suâ causâ cecidit M. alleaume ex-decanus, qui volente
facultate contendebat censoris academiæ munus exercere. en habes
supremæ curiæ placitum.

Louis par la grace de Dieu Roi de france et de navarre, au
premier huissier de notre cour de parlement, ou autre notre huissier ou
sergent a ce requis : sçavoir faisons, qu'entre maitre jacques Louis
alleaume ancien Doyen de la faculté de medecine de Paris, demandeur
en requete inserée en l'arret de notre dite cour du douze novembre
dernier, et par exploit du même jour, tendante a ce qu'il plut a notre
dite cour ordonner que l'article huit des ritus, usus de la faculté de
medecine de Paris, sera executé selon sa forme et teneur, en consequence
avoir dire que le dit maitre alleaume seroit maintenu dans l'exercice
de censeur, tant que le Doyen qui lui a precedé seroit en place, faire
defense a maitre de L'Epine et a tous autres de faire les dites fonctions,
et pour par la dite faculté avoir nommé un censeur a la place de maitre
alleaume, la condamner en tels dommages et interets qu'il plairoit a
notre dite cour fixer et aux depens : et les Doyen et Docteurs regens
de la dite faculté de medecine d'autre part ; entre les dits Doyen et
Docteurs regens de la dite faculté de medecine, demandeurs en requete
du cinq decembre dernier, a ce qu'il plût a la cour de declarer le dit
maitre alleaume non recevable dans sa demande, en consequence
lui faire defenses de prendre la qualité de censeur de la faculté, de
faire aucunes fonctions de la dite place soit aux ecoles ou partout ailleurs
sauf a prendre d'autres conclusions en cas d'appel du decret portant
nomination de maitre de L'Epine pour censeur, le dit decret du huit
novembre mil sept cent soixante et dix sept et condamner le dit maitre
alleaume aux depens, d'une part, et le dit maitre alleaume deffendeur
d'autre part. Entre le dit maitre alleaume demandeur en deux requetes,
la première du vingt trois decembre mil sept cent soixante et dix sept
a ce qu'il plut a notre dite cour le recevoir opposant a l'arret
contre lui obtenu par deffaut le dix du dit mois, faisant droit
sur l'opposition, declarer le dit arrêt et la procedure nulles : au
principal ordonner que les parties viendroient a l'audience au premier
jour, et condamner les Doyen et docteurs Regens aux depens, l'autre
du vingt neuf du dit mois a ce qu'il plut a notre dite cour, le recevoir
appellant du decret de la faculté qui a nommé maitre de l'Epine
censeur a la place du dit me alleaume, le dit decret du huit novem=
=bre mil sept cent soixante et dix sept, tenir l'appel pour bien relevé
et y faisant droit ensemble sur la demande du dit me alleaume sans
s'arreter a celle des Doyen et Docteurs regens portée par leur requete
du cinq decembre precedent, dans la quelle ils seroient declarés non
recevables, ou dont en tout cas ils seroient deboutés, mettre l'appellation
et ce dont est appel au neant, emendant adjuger au dit me alleaume
les conclusions par lui prises dans la requete sus datée, et condamner
les Doyen et Docteurs regens a tous les depens, d'une part et les doyen
et Docteurs regens de la dite faculté defendeurs d'autre part ; entre les dits
Doyen et Docteurs Regens de la faculté de medecine, demandeurs en
requete du sept janvier mil sept cent soixante et dix huit a ce qu'il
plut a notre dite cour, sans s'arreter aux fins et conclusions portées
en la requete du dit me alleaume du vingt neuf decembre precedent
dans lesquelles il seroit declaré non recevable, faisant droit sur l'appel

mettre l'appellation au neant, ordonner que ce dont est appel sortira son
plein et entier effet, et condamner l'appellant en l'amende et aux depens
d'une part, et le dit Maitre alleaume Defendeur d'autre part sans que les
qualités puissent nuire ni prejudicier.
apres que Manduison avocat de alleaume, Debonnieres avocat des Doyen
et Docteurs regens de la faculté de medecine ont eté ouis, ensemble Joly
de fleury pour notre procureur general
notre dite Cour reçoit la partie de Manduison opposante a l'execution
de l'arret par defaut et appellante du decret de la faculté de medecine du
huit novembre dernier, tient l'appel pour bien relevé, faisant droit sur
icelui met l'appellation au neant, ordonne que ce dont est appel sortira
son plein et entier effet, condamne la partie de Manduison a l'amende
de douze livres, fait defenses a la dite partie de Manduison de prendre
la qualité de censeur, et de faire aucune fonction de cette place, soit
aux ecoles, soit partout ailleurs, condamne la dite partie de Manduison
aux depens des causes d'appel et demandes.
si mandons mettre le present arret a execution, de ce faire, donnons pouvoir
fait et donné en notre dite cour de parlement, le quatorze fevrier l'an
de grace mil sept cent soixante dix huit de notre regne le quatrième
collationé Durand.
Par la chambre le Frons.
signifié le cinq mars mil sept cent soixante et dix huit
Die vigesimâ mensis februarii anni 1778 ad urbanae politiae propraetorem
integerrimum de re ad pharmacopoeam dictam vertentem pertinente, et
ad mentem decreti lati ultimis in comitiis misit epistolam Decanus
Die vigesimâ primâ mensis februarii anni 1778 congregata fuit saluberrima
facultas in scholis superioribus juxta schedulam ab apparitoribus pro
more delatam ut candidatorum concurrentium supplicationem audiret.
in comitiis ergo post sacrum habitis accessere supplices sex numero.
nempe M.M. agapytus faure marcmondensis, antonius franciscus
desfourneri Parisinus, mathaeus Lucas Gerand claromontanus, Joannes
josiaux de la guerenne edicensis biturigensis apud Boios, antonius josephus
mathey parisinus, antonius mathey oduus in Burgundia
auditis supplicibus indulsit saluberrimus ordo, quod iis a Decano fuit
renunciatum, iis quae dicta dies decima tertia mensis martii, judicium
facultatis de literis eorum testimonialibus auditum.
hos tunc supra mensam literas posuerunt singuli testimoniales,
clarissimis examinatoribus tradendas.
supplicibus egressis, facultati oblatus est liber memorialis a patrono
regii in consiliis dicto audat subsignatus, quo judicium ordinis saluberrimi
=rissimi exposcebatur de damno vero aut fictitio, quod vicinis inferre
valent domus in quibus cerevisia paratur. hunc auditum libellum
commisit saluberrima facultas ambobus suis pharmaciae professoribus
M.M. Philip et Le preux et ambobus materiam medicam docentibus
M.M. Coutavoz et Defrasne, qui post examen maturum suam
sibi ordini referent sententiam e proximo comitiis. J. C. DesEssartz decanus.
Libellum memorialem D. audat exarabimus unà cum relatione clarissimorum
deputatorum.
Die veneris sextâ mensis martii anni 1778 congregata fuit saluberrima facultas
horâ decimâ matutinâ, ut pro schedulâ monitoria 1º. epistolarum ab illustris-
=simo regni administro D. amelot ad ordinem saluberrimum scriptarum
lectionem, 2º. clarissimos examinatores de candidatorum concurrentium litteris
testimonialibus referentes audiret et postea deliberaret
Quod ad primi comitiorum objectum pertinet illud praedici necesse est. cum
Decano responsum dederat integerrimus urbanae politiae propraetor, res
de quibus ipsi scriptum fuerat sui non esse juris, sed totas esse D. amelot
regni administri: quapropter huic missa fuerat sequens epistola a Decano
et pharmaciae professoribus subsignata.

Monsieur

La faculté de medecine de Paris a vu avec surprise, que l'on ait permis au sieur Vercureur, exerçant la profession d'apothicaire en cette ville en vertu d'un brevet, de s'annoncer comme possesseur des remedes du sieur Weiss, et en etat de les distribuer a toutes les personnes qui seront dans le cas d'y recourir, parcequ'il a executé les ordonnances de ce soi disant medecin. si une pareille temerité pouvoit estre tolerée, il s'en suivroit un abus tres dangereux pour les citoyens, c'est qu'un apothicaire se regarderoit comme en droit d'exercer la médecine, parcequ'il auroit chez lui quelques ordon-nances de medecins ou de charlatans

L'offre que fait le sieur Vercureur de communiquer ces remedes a tous les gens de l'art qui voudroient les connoitre, n'est qu'un leurre pour seduire le public. la santé des sujets du Roi, exige qu'il ne soit permis ni au sieur Vercureur ni a aucun autre de vendre des remedes secrets qu'ils n'aient eté prealab-lement examinés et approuvés par la faculté de medecine, qui se fera un devoir de les rendre publiques, toutes les fois qu'ils auront merité son approbation. La faculté ne demande en cela que l'execution des loix du Royaume: elle vous supplie aussi, Monsieur, de donner vos ordres afin que de semblables annonces ni autres de pretendus secrets ne soient point inserées dans la gazette de france que l'on sçait n'estre imprimée que par vos ordres et avec l'approbation du gouvernement.

nous avons l'honneur d'estre, avec respect, Monsieur, vos tres humbles et tres obeissans serviteurs Des Essartz Doyen, Philip et le Preux professeurs de pharmacie et deputés de la faculté, ce 16 fevrier 1778

en responsum missum ab illustrissimo regni administro.

Versailles le 27 fevrier 1778

C'est, Monsieur dans les tribunaux ordinaires que la faculté doit se pourvoir au sujet du sieur Vercureur, apotiquaire a Paris, qui se pretend possesseur des remedes du sieur Weiss. il seroit peu regulier que l'autorité intervint dans une affaire de cette nature. il le sera du moins beaucoup davantage qu'apres une instruction legale et contradictoire, les tribunaux defendent au sieur Vercureur, s'il y a lieu, la distribution des remedes dont il s'agit.

je veillerai d'ailleurs a l'avenir a ce qu'il ne soit inseré dans la gazette de france aucun avis concernant des remedes qui ne paroitront pas avoir eté approuvés:

je suis tres parfaitement, Monsieur, votre tres humble et tres obeissant serviteur

Amelot

a Mr. Des Essartz Doyen de la faculté de medecine

Quibus auditis Decanus ab ordine saluberrimo postulavit an sibi gratum foret atque opportunum coram judicibus pharmacopaeum dictum Vercureur compellare? re in deliberationem missa et collectis sententiis

unanimi suffragiorum consensu decrevit saluberrima facultas coram judicibus vocandum esse pharmacopaeum dictum Vercureur, et sic conclusi

J.C. Des Essartz Decanus

jisdem in comitiis alteram ejusdem Regni administri epistolam legit Decanus, sic continentem.

Versailles 21 fevrier 1778

vous avés connoissance, Monsieur, de l'ordonnance du Roi du 12 avril 1776 relative a l'acquisition que sa Majesté jugeroit a propos de faire de la comp-osition et preparation de certains remedes particuliers. conformement a cette ordonnance et d'apres le rapport de Mr. Lieutaud et de plusieurs autres commissaires nommés a cet effet, sa majesté vient de faire l'acquisition du secret d'une eau antivenerienne dont les sieurs Quertan et Audouen sont proprietaires. cette vente est faite sous la reserve du secret pendant quinze années au profit des vendeurs, et en consequence il leur a eté expedié un brevet qui leur permet de vendre et distribuer leur composition pendant le meme tems, a l'expiration du quel le secret sera rendu publique

de la manière prescrite par l'ordonnance de 1776. le paquet que vous trouverés cy joint sous enveloppe cachetée, contient, ainsi que la suscription le porte la composition et la preparation de cette eau anti-venerienne: vous voudrés bien, s'il vous plait, m'en envoier un recepissé au nom de votre compagnie et deposer le paquet aux archives de la faculté pour y rester jusqu'a ce que le secret puisse estre rendu publique je vous prie au surplus de vous conformer a l'article 5 de l'ordonnance et d'instruire le public par la voye des journaux que le secret de cette eau antivenerienne a eté acquis par le Roi; qu'il est deposé aux archives de la faculté et qu'il doit estre rendu publique, dans 15 années j'ai l'honneur d'etre tres parfaitement, Monsieur, votre tres humble et tres obeissant serviteur Amelot. . . a Mr. Des Essartz Doyen de la faculté de medecine

Lectum est pariter Regium diploma sub titulo ~~Declaration~~ ordonnance du Roi, qui prescrit ce qui sera observé relativement a l'acquisition que sa majesté jugeroit a propos de faire de la composition et preparation de certains remedes particuliers, du 12 avril 1776. cui parendum esse statutum fuit. itaque. Decanus variis diariis publicis misit inscribendum sequens programma monitorium.

La faculté de medecine, a conformement a l'ordonnance du Roi du 12 avril 1776 deposé dans les archives la recette cachetée de la composition de l'eau antivenerienne des sieurs Quertan et Laudoucet dont l'acquisition a eté faite par sa majesté le 20 fevrier 1778, sous la reserve du secret au profit des vendeurs pendant quinze années, le quel tems passé la faculté rendra la dite composition publique Des Essartz Doyen.

hoc que receptae chartae sigillatae quâ compositio arcani supra memorati scripta continetur, testimonium illustrissimo Regni administro mittitur a Decano.

Je soussigné Docteur Regent et Doyen en charge de la faculté de medecine en l'université de Paris, reconnois tant en mon nom qu'au nom de la dite faculté avoir reçu un paquet scellé des armes de Monsieur Amelot ministre et secretaire d'etat, portant pour suscription, composition de l'eau antivenerienne des sieurs Quertan et Laudoucet dont l'acquisition a eté faite par le Roi le 20 fevrier 1778 sous la reserve du secret au profit des vendeurs pendant quinze années, le quel tems passé, le secret doit etre rendu publique, ce 21 fevrier 1778 Amelot. et promets me conformer a l'ordonnance de sa majesté en date du 12 avril 1776 relative a l'acquisition que sa majesté jugeroit a propos de faire de la composition et preparation de certains remedes particuliers; fait a Paris ce 12 mars 1778 Des Essartz Doyen.

Iisdem in comitiis Lectum fuit et probatum ad epistolam illustrissimi Regiorum sigillorum custodis de sectione supplicationis publis supernulière, capite damnatâ, celebrandâ, ad totum ordinem missa responsum. quod quidem supra scriptum legere est

Iisdem in comitiis de candidatorum concurrentium literis testimonialibus retulerunt clarissimi examinatores, his verbis

Decane vigilantissime, integerrime censor, medicinae proceres, quinque candidatorum concurrere cupientium ad praemium M. Joannis de Diest Doctoris medici Parisiensis testamento fundatum literas jussu vestro, quanta potuimus sedulitate, examinavimus, quarum tenor sequitur.

Antonius Mathey oriundus apud Burgundos natus est die vigesima secunda, baptizatus die vigesima tertiâ mensis martii anni 1749 — Doctor monspeliensis a die decimâ tertiâ mensis augusti anni 1774, cujus probitas et morum honestas sufficienter probantur a clarissimis collegis nostris M.M. Gervaise, Caille et Dupuy et aliis fide dignis. verum extractum baptisterii autoritate judicis munitum huic deficit..

agapytus faure natus die decimâ septimâ, salutaribus aquis redem=
=ptus est die decimâ octavâ mensis augusti anni 1749. Doctor medicus
Burdigalensis renunciatus die septimâ mensis novembris anni 1770
cujus probitas et morum honestas testimonium dederunt clarissimi
collegae nostri MM. odet, Darboug et Paulet
antonius franciscus de fourcroy parisinus natus die decimâ quintâ
mensis junii anni 1755, die sequenti salutiferis fontibus ablutus in aede
sti andreae ab arcubus. probitas et morum integritas, testantibus collegis
M.M. Lory coquereau et Lalouette, innotescunt. artium magister
in almâ universitate Parisiensi declaratus die duodecimâ mensis
octobris anni 1775. probatis insuper litteris studii, testimoniali omni
numero absolutas.
antonius josephus mertrud parisinus, natus die vigesimâ tertiâ
mensis martii anni 1752, die sequenti sacro fonte lustratus in aede
sancti nicolai a carducto. magisterii in artibus gradum consecutus
in almâ universitate parisiensi, die duodecimâ decembris anni 1773
quem integrum vitae, testeris quos parum attemore veridici collegae
nostri M.M. jeunet, goubelly et Dejussieu. caeterum ejus studii
litterae testimoniales totam adimplent paginam.
joannes grosieux delaguerenne a monte lucio apud Boios, diocesis
bituricensis, Doctor monspeliensis a die decimâ mensis augusti anni
1772. huic deficiunt actus baptisterii, necnon litterae testimoniales
de probitate et morum integritate.
Matheus Gerard natus die vigesimâ secundâ septembris anni 1748,
lustrali professus aquâ eâdem die in aede sancti Petri alvormontani
apud avernos, magister in artibus Burdigalae renunciatus die decimâ octavâ
mensis julii anni 1770 ad doctoratus apicem Remis evectus die vigesimâ
octavâ februarii praesentis anni; quem probum et honestum testantur
collegae nostri clarissimi, Lucas de Lauvembergh, mauduit et Chambon.
verum hic notandum est quod dictus D. Gerard, matheus in actu
baptisterii dicatur, in caeteris actibus et etiam in Doctoratus litteris
matheus lucas nominetur. verum hoc denominationum differentia
fucum facere non debet, hoc enim ortum ducit inde quod baptismi
gratiam sub solo nomine mathaei, recepit, et inter recipiendum sacro=
=sanctum confirmationis sacramentum matheus lucas fuerit
renunciatus, quod actu notorio a duobus viris doctrinâ simul et probitate
conspicuis, D.D. Dalembert et Thomas, utroque e Regiâ scientiarum
academiâ subsignato satis confirmatum apparet. subsignaverunt M-
M. Buingaud, chevalier, mallet, maignet, audry.
quâ auditâ relatione, placuit ordini saluberrimo ius indulgendum esse
quibus aliquod deest instrumentum, et quinque illos candidatos ad
concursum esse admittendos et sic conclusi f. Cr. Desessartz Decanus
Dein ad singulos doctores ab apparitoribus sequens delata est schedula
monitoria
Juxta Decretum latum die vigesimâ quartâ mensis januarii anni 1778
clarissimi concurrentes ad praemium, ex liberalitate M. joannis de Diest
Doctoris medici Parisiensis, institutum, obtinendum doctrinae suae periculum
facient per sex dies: primâ de anatomiâ, cadaver humanum propriis manibus
secantes, partium figuram, texturam, positionem et connexiones, demonstrantes:
secundâ de physiologiâ et hygieine; tertiâ de chirurgiâ, morbos evolvent
quorum medela manus industriam requirit varias celebrabunt encheireses,
remediorum externorum, fasciarum, vinculorum et totius apparatus chirurgici
usus et applicationes exponent necnon disserent de arte obstetriciâ: quartâ de
materiâ medicâ, pharmaciâ atque chemiâ: quintâ de pathologiâ generali
et particulari, de morborum signis, therapeuticâ et diaetâ: sextâ autem die
quaestiones medicae de objectis per quinque dies agitatis priores, ab examinatoribus
seligentur et ita distribuentur ut ad sortem revocatae, unicuique concurrenti
duae, sed de objectis diversis, illico commentandae proponantur. lectis autem

eâdem die concurrentium operibus, inter se mutuis interrogationibus dimicabunt
illi..
itaque
Convocentur Doctores medici omnes, in Scholas superiores, die sabbati septimâ
mensis martii et diebus Dominicâ, lunæ, martis, mercurii et veneris proximè
sequentibus anni 1778, ab horâ post meridiem tertiâ ad septimam, interfuturi
examini candidatorum concurrentium.
Decreto suprà enarato abundanter satisfecere quinque candidati (unus etenim
non se sistit magister nempe Groziers de la guerenne) coram frequenti Docto-
rum cœtu, ab examinatoribus clarissimis interrogati.
Die verò decimâ quartâ mensis martii anni 1778. juxta schedulam monitoriam
quæ sic se habet
Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati decimâ
quartâ mensis martii anni 1778 horâ decimâ matutinâ post sacrum I°.
clarissimos examinatores de candidatis concurrentibus referentes audituri
et suum posteâ judicium per scrutinium laturi 2°. candidatorum supplicat-
tionem audituri
Coram facultate retulerunt clarissimi examinatores de candidatis concurrentibus,
hoc, collegarum suorum M.M. millin de la courvault, grossin du haume et
Dumangin verba faciente Mo. hazon.
Quod perhonorificum nobis accidit, electi a saluberrimo ordine, vigilantissime
Decane, medicinæ proceres, qui responsiones et disputationes academicas
attente et assiduè audiremus, nunc de illis referendi coram vobis judicibus
nobis incumbit provincia nobilis; ad nos enim solos non pertinet tantam
componere litem.
quinque, generosi athletæ in arenam descendere, dimicaturi, doctrinâ, eruditione
et æmulatione fere, pares, uno verbo in omnibus medicinæ partibus versatissimi,
inter illos tamen emicuere duo quorum alter sermonis facilitate et
abundantiâ cum doctrinâ uberiore et recentioris notæ conjuncti, insigne
apud nos sibi nomen comparavit. alter verò sententiarum gravitate et
soliditate judicii conspicuus, omnibus et singulis medicinæ partibus sustinen-
endis parem magis, et æquabiliter informatum se, comprobavit, prior
nominatur fourcroy, posterior verò cui palmam concedendam judicav-
imus nominatur Mathey. penes vos erit, viri medicinæ proceres, judicium
nostrum infirmare aut confirmare :/.
post auditam relationem, vocatis ad scrutinium singulis Doctoribus præsentibus,
qui jure suffragii pollebant, et numeratis suffragiis ex eorum majori numero
præmio dignus judicatus est M. antonius josephus Mathey, cui ad mentem
programmatis palmam dedit Decanus, cæteris absque laude tamen non dimissis.
igitur Mum antonium josephum mathey admisit saluberrima facultas, qui
baccalaureatus et licentiæ, ad regentiam usque, exercitia adimpleret absque
ullis sumptibus e pena suo solvendis, utpote qui concurrentibus aliis
doctrinâ præire et medicis opibus plenior plenior renunciatus est ex majori
suffragiorum numero et sic conclusi J.C. DesEssarts Decanus
Antequam autem ad scrutinium deveniretur, proposuit M. Barbeu Dubourg
collega clarissimus, an non congrueret in præsentibus Regiæ medicorum socie-
tatis conatibus et gestis, e concurrentibus dignissimum præmio non donare
quin prius jurejurando adstrinxerit sese, nulli unquam societati nomen daturum
inconsultâ vel non annuente facultate. re in deliberationem missâ
Ex longè majori suffragiorum numero statutum est nihil novi nec insoliti
a concurrente laureâ triumphali donato exigendum esse et sic conclusi ——
J.C. DesEssarts Decanus

his peractis ingressi sunt candidati novem, quorum nomina infra legere
est, supplicantes ut eos baccalaureatus lauream cupientes examine tentare
vellet ordo saluberrimus. Elegantem recitavit oratiunculam M. mahon
de houssay unus e candidatis. posteà recessere omnes, et de supplicatione,
deliberatum est : supplicibus indulgens facultas saluberrima hos omnes ad
examen censuit admittendos et sic conclusi J.C. DesEssarts Decanus
quod quidem judicium ad comitia iterum vocati ab ore Decani accepere, et
postquam inter manus illius posuerunt suos Baptisterii, rectæque, agendi rationis
et morum cognitorum sanctæ integritatis litteras testimoniales, alia que
instrumenta requisita e comitiis egressi sunt.
Tunc postulavit Decanus an examinatoribus candidatorum concurrentium
triginta calculi argentei sint distribuendi? juste acquisitum hoc honorarium —

censuere omnes. unanimi ergo consensu decretum est examinatoribus candida-
torum concurrentium singulis triginta calculos argenteos esse distribuendos, et sic
conclusi. J. C. DesEssartz Decanus

validis rationum momentis, sed non communicatis, ad Decanum scripserat collega
M. Guindant se impelli ad petendam a facultate saluberrima veniam, in
thesi, cui praeses brevi futurus erat, praesidis personam agendi alio et remotiori
tempore; re in deliberationem missa et rogatis sententiis

Pro voto plurimorum reclamantium statutum est praesidum ordinem pro
more antiquo esse servandum et sic conclusi J. C. DesEssartz Decanus

Die sabbati vigesima prima mensis martii anni 1778 per schedulam
ab apparitoribus ad singulorum Doctorum aedes delatam, rite convocati
Doctores medici omnes. 1o. clarissimos magistros qui ad emendandos ac
perficiendos usus saluberrimae facultatis deputati sunt, de iis quae ad baccal-
laureorum examina, Theses et caetera exercitia pertinent, dicentes, 2o. lectam-
tenti clarissimi magistri malouin lectionem, 3o. Decanum de aliis rebus —
dicentem audituri, et postea deliberaturi.
Sed antequam de duobus primis articulis ageretur, in medium protulit
Decanus, postulationem uxoris viri dicti Fouchet supplicantis, ut saluberrimus
ordo triginta libras argenteas, quas illi singulis mensibus tribuebat juxta
decretum latum die sexta mensis decembris anni 1777, vellet indesinenter
illi tribuendas esse per annum integrum et singulis mensibus, licet annua
pensione trecentae librae ipsi a Rege beneficentissimo sint concessae, quia
scilicet Donum illud Regium, pro more, non sit nisi post annum elapsum
solvendum: re in deliberationem missa, annuit petitioni major Doctorum
astantium pars. at cum huic favori, rebus facultati adverso, sese intercedere
declaravere non pauci, a conclusione abstinuit Decanus, et pollicitus est
se comitia brevi habenda indicaturum esse in quibus deliberaretur an
unius aut aliquot Doctorum intercessio sufficeret ad cohibendam —
conclusionem plurium Doctorum votis constatam, in rebus ad aerarium
facultatis pertinentibus, an vero vocum adversantium numerus a facultate
sit determinandus qui a concludendo Decanum arceat. assenserunt —
Doctores omnes, et comitia hoc de negotio brevi habenda esse decretum
est et sic conclusi J. C. DesEssartz Decanus

moniti sunt postea Doctores congregati e vivis excessisse collegam
M. Garnier ita opibus destitutum ut pompae funebri suppetere se
non posse testarentur haeredes. quam honeste vixerit semper collega
ille, morum integritate, pietate in pauperes, studio artis medicae
et in matrem saluberrimam facultatem constanti obsequio ac reveren-
tia commendandus paucis enarravit Decanus. postulatis sententiis
an suis sumptibus saluberrima facultas vellet M. Garnier pompam
funebrem esse celebrandam.
Ex longe majori suffragiorum numero pompam funebrem collegae
M. Garnier sumptibus suis esse celebrandam decretum est et sic —
conclusi J. C. DesEssartz Decanus

Petiit deinde Decanus an supplicem ad examen baccalaureatus vellet
admittere saluberrimus ordo Doctorem Bituricensem dictum Crochet
qui menses aliquot supra viginti natus, vi statutorum a licentiae
mox aperiendae limine removebatur. antequam res mitteretur in
deliberationem, intercedere se curaturum dixit M. Dumangin, nullus
quae post hacce illa de re hodiernis in comitiis fuit sermo.
ad lectionem variorum articulorum quos inter se definiverant clarissimi
deputati, de examinibus, thesibus, aliis que exercitiis baccalaureorum
deventum est. iis omnibus articulis auditis, gratum esse clarissimorum
deputatorum opus, illud tamen non prius accipiendum et pro lege habendum
decretum est quam 1o. per plures dies, omnibus legendum qui legere
volent, sit permissum, ideoque supra mensam in scholis superioribus
exponendum esse. 2o de illo duobus aliis in comitiis rite convocatis fuerit
deliberatum et sic conclusi. J. C. DesEssartz Decanus
Eo instanti variorum articulorum tabella scribae tradita est, et in charta
descripta omnibus et singulis Doctoribus legenda atque ponderanda

in scholis superioribus supra mensam relicti patuerunt per plures hebdomadas.

iisdem in comitiis, juxta schedulam monitoriam communicatum fuit collegae meritissimi M. Malouin testamentum. ex hoc excerpsit legitque Decanus ea tantum quae noscere facultatis saluberrimae intererat, quibus patuit a clarissimo collegâ Mo. Malouin facultati saluberrimae donatas fuisse ducentas supra mille libras argenteas singulis annis accipiendas, eâ lege ut unoquoque anno circa festum omnium sanctorum publica haberet comitia, in quibus civibus notos faceret suos labores, tum in curandis pauperibus qui singulis sabbati diebus scholas adeunt medica consilia petentes, tum in arte promovendâ theses tum theoreticas tum practicas proponendo a baccalaureis propugnandas, variae utilitatis gratuito documenta distribuendo et in quibus Doctorum qui per annum e vivis migrati sunt laudes, dotes quae medicas celebraret. — Expositio testamenti M. Malouin

Postulante Decano an donationem sibi legatam accipere et legibus a testatore sancitis obligare sese vellet ordo saluberrimus, collectis suffragiis unanimi consensu statutum est donum a meritissimo collegâ Mo. Malouin factum a Decano nomine totius ordinis acceptandum esse, postquam deputati mox appellandi de legibus a testatore sancitis, et ab ordine saluberrimo adimplendis, nec non de summâ ab haeredibus Mi. Malouin solvendâ ad donationem adimplendam, et contractibus ab iisdem haeredibus propositis, cum haeredibus ipsis, et patronis in supremo senatu, si quos in consilium vocari necessum fuit, egerint praedefiniverint et coram Doctoribus omnibus pro more convocatis retulerint, et sic conclusi J. C. Desessartz Decanus Die 21a mensis martii — Decretum circa fundationem Mti. Malouin die 28 mensis Martii 1778.

in deputatos verò appellati sunt illico M.M. Bertrand, Cosnier, Descemet et sallin et sic conclusi J. C. Desessartz Decanus

Die autem vigesimâ octavâ ejusdem mensis et anni, coram facultate ritè ad hoc convocatâ ut patet ex schedulâ monitoriâ quae sic erat:

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati vigesimâ octavâ mensis martii anni 1778 horâ undecimâ decima matutinâ 1o. de articulis ad exercitia licentiae emendanda et perficienda propositis iterum deliberaturi 2o. clarissimos deputatos de rebus ad donum a clarissimo collegâ Mo. Malouin collatum pertinentibus referentes audituri 3o. de suffragiorum numero ad concludendum requisito circa res facultatis numerarias deliberaturi 4o. Decanum de rebus gravissimis dicentem audituri et postea deliberaturi.

Clarissimi deputati ad testamentum Mi. Malouin maturè examinandum ac ponderandum narraverunt, ad ducentas supra mille libras argenteas, quas singulis annis a facultate recipiendas voluit M. Malouin, persolvendas, ab ejusdem haeredibus duos oblatos fuisse contractus a Rege debitos, quorum utriusque summa capitalis duodecim millia librarum argentearum adaequans fuerat tradita, et quorum reditus ad denarium vigesimum quintum contractus, ultra summam octogintarum sexaginta quatuor librarum argentearum non ascendit, quâ de dono certâ imminutione et quid ab ordine saluberrimo esset agendum, consulendos in supremo senatu patronos se censuisse, declaravere, et statim legerunt celeberrimorum patronorum sententiam sic contentam; nec non libellum memorialem consilio eorum submissum.

Memoire a consulter.

Monsieur Malouin Docteur regent de la faculté, a par son testament laissé douze cent livres de rente a la faculté a la charge que tous les ans après la toussaint, elle tiendra une seance publique dans la quelle elle rendra compte de ses travaux et fera l'eloge des Docteurs Regens morts dans le courant de l'année. . . . ce testament est olographe.

le Testateur ne designe point dans son testament sur quels biens, meubles,

ou immeubles de la succession ces 1200ᵗ seront prises: mais sur le folio verso il a ecrit sans la signer
pour les 1200ᵗ que je legue a la faculté. je donne deux contracts provenans des billets des fermes passé en 1771, (les numero des contracts sont ecrits) de chacun 600ᵗ au principal de 12000ᵗ.
Les contracts designés sont a quatre pour cent sujets a la retenue d'un dixieme, ainsi les deux rapportent au plus 864ᵗ. Mr. Malouin a legué 1200ᵗ de rente par son testament. les deux contracts designés et que la famille offre pour remplir le legs, ne le remplissent pas dans le fait.
La faculté peut elle accepter les deux contracts comme representant les 1200ᵗ de rente?
Quoique la note ecrite au verso du testament ne soit point obligatoire cependant ecrite de la main même du testateur ne doit elle pas aux yeux de la faculté etre une expression certaine de sa volonté et de son intention de remplir les 1200ᵗ par le produit de deux contracts, qu'il specifie chacun de 600ᵗ de revenu au principal de 12000ᵗ.
et ce motif est il suffisant pour autoriser la faculté a consentir a la reduction bien connüe de la rente de 1200ᵗ.
nous ajoutons une considération politique: si la faculté veut forcer les heritiers de Mr. Malouin a complatter la rente de 1200ᵗ n'y a t il pas lieu de craindre que cette conduite rigoureuse, n'eloigne la bonne volonté des testateurs qui se garderont bien d'obliger la faculté dans la crainte de grever leurs heritiers, plus qu'ils n'auroient eu intention de faire.
nota que la somme de 864ᵗ a la quelle est reduit le produit de deux contracts excede de beaucoup les depenses qu'entrainera l'execution pure et simple des volontés de Mr. Malouin.
nous supplions le conseil de nous eclairer sur le parti que doit prendre la faculté, et sur la marche qu'elle doit suivre avec les heritiers de Mr. Malouin. signé Desessartz Doyen au nom des commissaires de la faculté

Consultation

Le Conseil soussigné qui a pris lecture du memoire cy joint, signé Desessartz au nom des commissaires de la faculté estime que l'intention formelle et precise du testateur est que la faculté de médecine ait 1200ᵗ de rente, a la charge de remplir les obligations portées par le testament qui etablit le legs. il faut donc a la faculté 1200ᵗ de rente. mais comme le testateur n'a pas specifié dans son testament si ces 1200ᵗ seroient sans retenue ou avec retenue, il est juste que la faculté supporte les retenues. ainsi il faut que la faculté jouisse des 1200ᵗ de rente qui lui sont leguées, deduction faite des retenues ordinaires, et que les heritiers de Mr. Malouin fournissent des effets qui produisent les 1200ᵗ sauf les retenues.
Quant aux deux contracts, chacun de 600ᵗ de revenu au principal de 12000ᵗ qu'offrent les heritiers de M. Malouin, parcequ'ils ont eté designés pour cet employ par une note ecrite de la main du testateur au folio verso de son testament, comme cette note n'est point signée elle ne fait point loi. il n'y a icy de loi positive que le testament qui donne 1200ᵗ de rente.
cependant la faculté ne doit pas refuser ces contracts, mais elle ne doit les accepter qu'a compte, c'est a dire qu'au prorata de leur produit, et elle doit exiger des heritiers, qu'ils ajoutent d'autres effets sur le Roi, pour completter la somme de 1200ᵗ qui a eté leguée, sauf les retenues legales.
la note ecrite au verso du testament doit d'autant moins faire loi qu'il est evident que Mr. Malouin s'est trompé, puisqu'il designe ces contracts comme produisant 600ᵗ de rente, tandis qu'etant a quatre pour cent ils ne peuvent produire chacun que 480, et les deux par consequent 960ᵗ au lieu qu'il legue 1200ᵗ il est donc de droit que les heritiers ajoutent a ces deux contracts de quoi produire deux cent quarante livres de rente,

sauf la retenue, et la faculté avoit toujours ... ne peut tenir une
autre conduite.
Déliberé a paris ce vingt sept mars mil sept cent soixante et dix huit —
signé. aubry, Gervaise, vaubertrand.
Res fuit in deliberationem missa, et collectis suffragiis, Celeberrimorum
patronorum modo lectam sententiam certam sibi normam agendi habuit
ordo saluberrimus, ideoque.
Unanimi consensu, legatum sibi a meritissimo Collega Mº Malouin,
gratus accepit ordo saluberrimus; cumque intellexerit hanc fuisse
venerandi et in aeternum colendi collegae mentem, ut sese in collegium
studio atque amore, ut literatis nec non plebi tandem innotescat, quam
bona, quam utilia Schola medica Parisiensis operato se constanter
singulis quae diebus operatur in promovendum artis incrementum, et tuendam
civium sanitatem, leges in testamento editas religiose servandas voluit
quapropter unanimi similiter consensu statuit et decrevit eum Decano
futuram esse autoritatem quâ 1º totius ordinis nomine legatum a Mº.
malouin accipiat, et coram notariis omnia ineat cum dicti Mi Malouin
haeredibus pacta quae ducentas supra mille libras argenteas, exceptis
tributis Regiis, integras ex aerario Regio singulis annis solvendas asserant
2º totius pariter ordinis nomine, in instrumento publico, quod rem totam
peragat ac stabiliat, legibus in testamento sancitis se se obligare saluberrimum
ordinem declaret, suo chyrographo testatur ac muniat et sic conclusi
J. C. DesEssartz Decanus

quod quidem decretum jubente facultate subsignaverunt deputati quatuor
M.M. Bertrand, cosnier, Descemet, sallin
En pacto sequenti patet quomodo res facultati convenerit Decanus.

acte passé avec les heritiers de Mr Malouin

acte de la fondation du M. Malouin.

Pardevant les conseillers du Roi, notaires au chatelet de Paris soussignés,
furent presens Me guillaume augustin jean de Crevecoeur ecuyer, —
demeurant ordinairement en son chateau de Pierre-pont generalité et
election de caen en normandie, etant de present a Paris, logé rue St honoré
pres St Roch, meme maison et hotel de M. le comte de houdetot
noble demoiselle marie anne adelaide de vauquelin, fille majeure —
demeurant a Caen, et de present dans cette ville logée rue St. Denis chez
le dr. Larcher Md grainier au nom et comme fondée de la procuration qui
lui a eté passée, speciale entre autres choses, a l'effet des presentes par
noble dame marie anne de crevecoeur sa mere veuve de Mre jean
baptiste de vauquelin ecuyer devant le Danois et pillet conseiller du Roi
notaires a Caen le cinq fevrier dernier, dont le brevet original du meme scellé
controllé et legalisé est demeuré annexé a l'inventaire fait apres le deces de
M. Malouin cy apres qualiffié par dm l'homme l'un des notaires soussignés qui
en a garde minutte datée au commencement du vingt et un fevrier dernier.
Le d. S. de crevecoeur, et lad. Dlle de vauquelin frere et soeur seuls et uniques
heritiers chacun pour moitié quant aux meubles et acquets de feu M. Paul
jacques Malouin leur cousin germain, Docteur de la faculté de medecine, medecin
ordinaire de la Reine, de l'academie royale des sciences, lecteur et professeur
au college royal de france, censeur et de la société royale de londres, d'une part.
Et Me jean charles DesEssartz docteur regent et Doyen en charge de la
faculté de medecine de paris, y demeurant rue Boutebrie ... St germain l'auxerrois
Le d. S. DesEssartz stipulant pour et au nom de la faculté de medecine de cette
ville et autorisé a l'effet de recevoir le legs qui lui a eté fait, suivant un
decret de la dite faculté assemblée le vingt huit mars en la maniere accoutumée
dans les ecoles superieures, pour entendre le rapport de M. Bertrand,
cosnier, Descemet et sallin commissaires nommés a cet effet suivant que le
porte le dit decret en latin, tiré des registres de la faculté de medecine et delivré
par le dit Sr DesEssartz, lequel avec la traduction qui en a eté faite a la suite
en francois, le six du present mois par Mr. Etienne marie Danois de Sforge avocat
en parlement, controllé a paris par Boitteux le meme jour est demeuré joint
a la minute des presentes a la requisition des parties; apres avoir eté du d. S. Mre

DesEssartz certifié véritable, de lui signé et paraphé, ainsi que du d. S. de Crevecoeur, et la d. Dame de Vangelder au d. nom, en presence des notaires soussignés d'autre part.
La faculté n'est donc pas coupable d'une entreprise indécente et inexcusable; son decret n'est donc pas une injure pour les membres ces membres étoient coupables, falsò et injuriosè se se societatem medicam regiam dicebant, puisqu'il est démontré qu'ils n'étoient autorisés par aucun arrêt du conseil.

Après avoir démontré la fausseté évidente des inculpations insérées dans le préambule de l'arrêt du conseil du 26 juin 1778 et qui ont servi de motif a ses dispositions peut-il rester le plus leger doute sur la necessité de les révoquer? détruire les motifs d'un jugement n'est-ce pas en anéantir les dispositions.

Les supplians se borneront a les parcourir et quelques courtes reflexions en feront sentir toute l'injustice.

1°. Votre Majesté entend que les assemblées de la faculté qu'elle prescrit soit tenuës avec la décence et la tranquillité convenables.

Cette disposition prouve que les ennemis de la faculté ont mis tout en œuvre pour la rendre défavorable aux yeux de votre majesté et de son conseil. jamais on a vû ni indécence, ni trouble dans les assemblées de ce corps. la preuve que celle du 22 juin a été tranquille, c'est que le decret y a été formé d'une voix unanime, unanimi consensu decrevit saluberrima facultas. s'il y a eu quelqu'agitation dans l'assemblée tenuë le matin du même jour elle a eu pour cause l'opiniatreté de quelques Docteurs se disant membres de la prétendüe société, qui contre toutes les regles et l'usage universellement observé dans les compagnies, vouloient assister a une assemblée où il s'agissoit de voter sur un objet qui les interessoit personellement; et c'est sans doute pour entretenir la décence et la tranquillité dans les assemblées de la faculté que ces mêmes Docteurs ont sollicité et fait insérer dans l'arrêt du 26 juin que les membres de cette prétendüe société seroient invités pour l'assemblée qui seroit convoquée au sujet du projet de lettres patentes.

2°. Votre Majesté casse le decret de la faculté du 22 juin.

La Surprise sur cette disposition a été démontrée. Votre Majesté annulle le decret dans la supposition portée au préambule de l'arrêt, que cet acte donne atteinte a l'arrêt du 29 mai 1776 portant établissement d'une commission de medecins, tandis que dans l'exacte vérité la faculté n'a point reclamé contre cette commission, qu'elle ne s'est élevée que contre 28 Docteurs qui falsò et injuriose sese societatem medicam regiam dicebant; que contre une prétendue Société de medecine qui n'avoit aucun titre en sa faveur; dont le délit étoit constaté, puisque l'établissement de cette prétendue Société n'est encore qu'un projet proposé a votre majesté.

Si comme il n'est pas permis d'en douter, le decret de la faculté n'est qu'un acte de jurisdiction de police intérieure, s'il ne contient qu'un avertissement, que des menaces contre des membres qui s'étoient égarés en se donnant des titres, en s'attribuant des droits et des privilèges qu'aucune loi ne leur avoit déféré, en osant même les communiquer a des corps étrangers; comment a-t-on pu le présenter a Votre majesté comme un acte attentatoire a son autorité, indécent, inexcusable et injurieux? l'arrêt qui l'a annullé avec des qualifications aussi flétrissantes peut-il subsister? la justice de votre majesté peut-elle balancer a le révoquer?

~~Cette disposition porte atteinte~~

Votre majesté fait défense par le même arrêt, a la faculté de rendre a l'avenir de pareils decrets.

Cette disposition porte atteinte au droit le plus précieux et le plus essentiel des corps et des compagnies. L'inspection des moeurs et la discipline intérieure ont toujours été le lien qui a retenu les membres dans le sentier de l'honneur; les decrets lancés contre ceux qui s'en sont écartés ont toujours été approuvés par votre majesté et par ses tribunaux. il n'est pas de compagnie qui ne soit redevable de la pureté de ses moeurs a la sévérité de sa discipline, et votre faculté, Sire, en a ressenti tout recemment les salutaires effets. la prohibition portée par l'arrêt du 26 juin ne peut donc subsister, elle ouvriroit la porte a l'indépendance et au désordre.

Votre faculté, Sire, attendra avec respect, le jugement de votre majesté sur le projet d'une Société Royale de medecine et elle se flatte que votre justice la garantira d'un établissement aussi funeste.

elle ne se plaindra pas de la disposition qui rend le Doyen responsable personellement de la contravention aux ordres de Votre majesté. ce chef respectable ~~n'en~~ n'en est pas allarmé. il est trop assuré du respect que les membres de sa compagnie ont voüés a leur souverain pour avoir rien a redouter d'une menace aussi terrible. elle observera seulement que si votre majesté avoit été informée que le chef de la faculté n'influe en rien dans les délibérations, qu'il n'a voix délibérative qu'en cas de partage, votre majesté ne l'auroit pas rendu personellement responsable de prétendus écarts dont votre faculté n'a jamais donné l'exemple dans aucune circonstance.

Pour justifier du contenu en la présente requête les supplians y joindront les pieces qui suivent.

La premiere est une copie du decret du 22 juin 1778.

D.

La Seconde ~~copie~~ est la copie de la lettre du Doyen de la faculté aux garde des Sceaux du 24 du même mois qui annonce à ce ministre que la faculté n'a eu connoissance du projet de lettres patentes que le 27 du même mois.

La troisième est le billet de convocation de l'assemblée du 22 qui prouve qu'elle avoit été demandée par la compagnie pour l'après midi du même jour. /

La quatrième est la Copie Signifiée de l'arrêt du Conseil du 26 juin 1778 dont les Supplians demandent la révocation.

La Cinquième est le tableau de la prétendue Société Royale de medecine qui n'annonce aucun titre d'établissement parcequ'il n'en existe aucun.

la Sixième et derniere est le billet imprimé de convocation de la prétendue société pour une Séance publique du 30 juin.

A ces Causes, Sire, plaise a votre Majesté et a Nosseigneurs de son conseil agréer les très humbles et très respectueuses représentations des Supplians et faisant révoquer et annuller ledit arrêt du Conseil d'état du 26 juin 1778 lequel Sera regardé comme non avenu 1.° en ce qu'il a Supposé l'existence d'une Société Royale de medecine qui n'a été établie par aucune loi. 2.° en ce qu'il a cassé et annullé le Decret rendu contre les membres qui se sont faussement dits membres de la ditte prétendue Société de medecine. 3.° en ce qu'il a fait défense aux Supplians de rendre de semblables Decrets a l'avenir. / Signé Moreau de vormes.

hunce libellum supplicem e codice a Domino Moreau de vormes subsignato fideliter descriptum fuisse testor ego J. C. Desessartz Decanus.

Die vigesimâ tertiâ mensis augusti habitæ sunt publicæ para-nymphi actiones a M.o Simonnet Baccalaureo emerito.

Die verò Lunæ sequenti vigesimâ quartâ ejusdem mensis ad conficiendum Licentiandorum rotulum, horâ septimâ matutinâ convenere Doctores in aulam majorem et inferiorem archiepiscopi Parisiensis, una cum Illustrissimo Ecclesiæ et academiæ Parisiensis Cancellario, hujus ad latus sinistrum sedente. Decano. suffragia Doctorum in urnam missa sunt iis collectis et computatis, sequens ordo descriptus est Licentiandorum, cujus exemplar unum a Cancellario subsignatum in manus Decani tradi-tum est, alterum vero a Decano subscriptum meritissimo Cancellario relictum fuit.

Ordo Licentiandorum in saluberrimâ facultate Parisiensi, anno 1778.

A . . . . De jussieu
B . . . . hallé
C . . . . Delaplanche
D . . . . Bourdois de la motte
E . . . . navier
F . . . . Doublet
G . . . . Simonnet
H . . . . jeannet des longrois
I . . . . michel
K . . . . Roussel de vauzémes
L . . . . Le roux des tillets
M . . . . hallot
N . . . . marinier
O . . . . Thery.

adducti sunt deinde ab apparitoribus licentiandi, et iis præstito jurejurando

licentiæ gradum impertivit Cancellarius; tum supplicavere licentiati pro vesperiis et Doctoratu, tandem quæ processerunt ad Basilicam Beatæ Mariæ ubi, manibus impositis supra altare beatorum martyrum juravere se Religionem catholicam, apostolicam et Romanam ad effusionem usque sanguinis esse tuituros.

Die vigesimâ octavâ mensis augusti anni 1778, horâ undecimâ matutinâ, in scholis inferioribus, coram doctoribus per programma convocatis, habendus erat actus vesperiarum Mi hallot præside Mo Bourru. ast pridie acceptis litteris ad illustrissimum Regiorum sigillorum custodem venturus Decano hora indicebatur ipsissima septima matutina diei ipsius vigesimæ octavæ. mandato paruit Decanus, audivitque ab illustrissimo regiorum sigillorum custode, quæstionem in actu vesperiarum propositam Regni administris et Regiæ autoritati injuriosam fuisse judicatam. quapropter nonquam in scholis agitandam esse voluit Regiorum sigillorum custos, quam a præside Mo Bourru edoctus fuerit verum istius quæstionis sensum et conclusionem stabiliendam. monitus Mr Bourru ad ædes Regiorum sigillorum custodis accurrit sed illum alloqui minimè potuit. actus ergo vesperiarum non fuit habitus et ad illustrissimum Regiorum sigillorum custodem sequentem misit epistolam Decanus, atque singulorum Doctorum ad ædes schedulam invitatoriam ferendam illicò curavit.

Monseigneur

Conformément a vos ordres, j'ai arreté l'acte de vesperie qui devoit estre soutenu ce matin. les docteurs convoqués pour cet acte se sont soumis sans peine, mais ils m'ont demandé une assemblée pour lundi, et en attendant la deliberation de ce jour, il n'y aura point d'acte publique. je n'ai pu refuser l'assemblée, ni ne puis vous dissimuler Monseigneur que je redoute l'impression qu'a faite cette suspension d'un acte publique annoncé a tous les docteurs, et ce sur la delation des chefs de la Société apres la defense d'imprimer, et apres l'arret evidemment surpris au conseil le 26 juin dernier. je ne manquerai pas de vous informer du resultat de l'assemblée, afin qu'au moins vous, Monseigneur, soiez instruit de la verité.

j'ai l'honneur d'estre avec un profond respect. v. t. h. et ob. s. Desessartz Doyen.

Per juramentum

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores, die lunæ trigesimâ primâ mensis augusti anni 1778, horâ ipsissimâ nonâ matutinâ, de rebus gravissimi momenti ad actus vesperiarum et Doctoratuum pertinentibus deliberaturi.

datum parisiis die veneris vigesimâ octavâ ejusdem mensis et anni

J. C. Desessartz Decanus

infra scriptum legitur

Doctor sapientissime, monitum te velim quod actus vesperiarum M. Navier non habendus sit die crastinâ sabbati vigesimâ nonâ hujusce mensis.

Congregatis Doctoribus die trigesimâ primâ mensis augusti, narravit Decanus, quæcumque ab illustrissimo Regiorum sigillorum custode dicta fuerant et imperata, et quæ a se fuerant acta. audito Decano res in deliberationem missa.

Et longè majori suffragiorum numero statuit et decrevit saluberrima facultas 1o nullum mandatum a Decano facultati esse significandum, quin a Regni administro, vel ab illo qui nomine Regis jubet aut imperat mandatum illud fuerit subsignatum, ne in eorum munere functum protrudatur aliquando saluberrima facultas. 2o a Decano quem plurimi comitabuntur Doctores, invisendum esse illustrissimum et integerrimum Regiorum sigillorum custodem, illique offerendas esse facultatis saluberrimæ querelas, adversus delatorum et calumniantium repetitas machinationes, quibus Regis beneficentissimi et Regni administrorum

-liorum a facultate arceatur benevolentia: cumque anxie rogandum ut a tantis atque iteratis injuriis salaberrimum ordinem suo et Regis auctoritate, partum tectum que vindicet. 3°. varios actus tum vesperiarum tum doctoratuum non esse propugnandos, nisi post exaltationem sanctae crucis, juxta mentem statutorum, et illustrissimo Regiorum sigillorum custodi notum esse faciendum quot et quantis vinculis irretiane singulos Doctores qui hisce in actibus palam verba facere tenentur, indefessa delatorum calumnia. 4°. ad supremi senatus principem, praesides, senatores integerrimos, procuratorem catholicum a Decano et Doctoribus plurimis concomitantibus, ferendum esse libellum supplicem, ut facultati salaberrimae suam intercessionem litteris patentibus de Regia societate inscribendis et auctoritate supremae curiae sanciendis, defendendi coram supremo senatu copia detur, et sic conclusi J. C. Desessartz Decanus,

quod quidem decretum subsignaverunt utriusque ordinis antiquiores, duo M.M. De L'Epine, Lasson, Sallin, Thiery de Bussy.

E comitiis vix egressus Decanus sequentes ad illustrissimum Regiorum sigillorum custodem misit litteras et ab eo epistolam infra scriptam accepit.

Monseigneur,

La faculté de medecine a eté assemblée ce jourdhui 31 aout a dix heures du matin. je lui ai rendu compte des raisons qui avoient suspendu l'acte de vesperie qui devoit estre soutenu le vendredi 28, sur quoi elle a arreté

1°. que l'exemple de confiance et d'estime qu'elle a cru devoir me temoigner en se soumettant sur ma parole a des defenses que je disois lui estre faites au nom du Roi, sans produire aucun titre qui justifiat de la realité de ces defenses, cet exemple, dis-je, pouvant estre du plus grand danger, il ne seroit plus ajouté foy par la suite au dire du Doyen, qui annonceroit avoir recu des ordres de la bouche des ministres de sa Majesté ou autres, et que tout Doyen seroit obligé de montrer et deposer sur le bureau l'ordre signé du ministre de sa majesté ou de celui qui parleroit en son nom.

2°. qu'il vous seroit fait une deputation solemnelle a l'effet de vous porter les justes plaintes de la faculté contre les accusations calomnieuses, par les quelles on s'efforcoit chaque jour de la noircir auprès des ministres de sa majesté et de vous prier de lui permettre de reclamer la justice du Roi.

3°. que se conformant a l'article 18 de ses statuts il ne sera fait aucun acte de vesperie ou de doctorat, ni autre publique, avant la fete de l'exaltation de la Ste croix: que le Doyen sera chargé de vous representer, Monseigneur, qu'en remplissant leurs devoirs, les Docteurs chargés de parler dans ces actes courent le danger d'estre mal entendus, mal interpretés, et denoncés aux ministres par les auteurs des delations precedentes; que ces delations malheureusement trop frequentes et ecoutées, jettent un trouble funeste dans la compagnie, et font craindre a plusieurs de faire leur devoir: qu'en consequence la faculté de medecine vous supplie Mgr de vouloir bien obtenir de sa majesté de prononcer le plutot possible sur son sort et celui de la societé qu'on projette d'etablir.

4°. enfin que les membres de cette pretendue societé rodant des visites ou ecrivant a M.M. les presidens et conseillers de la grand-chambre, pour les presser de donner leurs suffrages a l'enregistrement des lettres patentes qui concernent leur etablissement, le Doyen et plusieurs Docteurs iront supplier les mêmes magistrats de vouloir bien accorder a la faculté la permission d'estre entendue sur tous les motifs de son opposition respectueuse a l'enregistrement. obligé d'estre l'organe de ma compagnie, je vous prie Mgr de vouloir bien indiquer le jour ou je pourrai me presenter devant vous avec les deputés de la faculté et implorer votre justice. j'ai l'honneur d'estre Mgr v. t. h. et Desessartz Doyen

Die tertia septembris, postea quam illustrissimi Regiorum sigillorum custodi, Decanus et deputati ipsum adierunt, cum jam dictum est…
hoc erat responsum.

a versailles I. 7bre 1778

j'ai reçu, Monsieur votre lettre du 31 du mois dernier par laquelle vous me faites part de la deliberation prise par la faculté le même jour. je recevrai volontiers la deputation a dans jeudy matin a onze heures signé miromesnil,

Die vero septembris decimâ octavâ a clarissimo Regni administro D. amelot, Decanus accepit epistolam cujus hic est tenor, et quam coram facultate ritè convocatâ legit et relegit.

versailles le 18. 7bre 1778.

Le Roi, Monsieur m'a chargé de vous envoier les exemplaires que vous trouverés cy joints des lettres patentes portant etablissement de la société Royale de medecine. vous voudrés bien en donner communication a la faculté de medecine. sa majesté ne s'etant determiné a faire expedier ces lettres qu'apres l'examen le plus reflechi, elle espere que des que la faculté connoitra ses intentions, elle reviendra des prejugés qu'on lui avoit inspirés contre la société Royale, que toutes les divisions cesseront et que vous, Monsieur ainsi que le Doyen d'âge, vous donnerés, en assistant, autant que vos affaires vous le permettront aux seances de la société, des preuves de votre zéle pour le bien public, et de votre soumission aux volontés du Roy.
vous verrés par les articles 10, 11, et 12 des lettres patentes que le Roy a jugé a propos de supprimer la commission royale de medecine etablie par la declaration du mois d'avril 1772, et de reunir a la société Royale l'examen des nouveaux remedes, et l'administration des eaux minerales. l'intention du Roy est que la commission s'assemble une derniere fois pour recevoir et arreter les comptes du receveur. j'en informe M.M. les premiers chirurgiens; vous voudrés bien lors de cette assemblée, prevenir les membres de la commission que sa majesté est persuadée, qu'ils ont tous rempli avec le zéle et l'exactitude convenables, les fonctions qui leur etoient attribuées, qu'aucun motif de mécontentement ne l'a portée a supprimer la commission, et qu'elle ne s'y est determinée que par les vües generales d'administration, qui sont rappellées dans le preambule des lettres patentes.
vous voudrés bien m'accuser la reception de la presente lettre.
je suis tres parfaitement, Monsieur, votre tres humble et tres affectionné serviteur
signé amelot

Die vigesimâ secundâ septembris convenere doctores quamplurimi, schedulâ sequenti convocati.

Per juramentum

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores, die martis vigesimâ secundâ mensis septembris anni 1778, horâ ipsissimâ decimâ matutinâ lectionem I°. epistolæ ab illustrissimo Regni administro D.D. amelot ad Decanum scriptæ 2°. litterarum patentium quibus societas Regia medica instituitur 3°. epistolæ a clarissimo D. de Caumartin urbis præfecto integerrimo, ad ordinem saluberrimum, de rebus ad civium salutem pertinentibus scriptæ; audituri et postea deliberaturi.
datum parisiis die dominicâ vigesimâ ejusdem mensis et anni. J.C. DesEssartz Decanus

Auditâ lectione epistolæ illustrissimi Regni administri D.D. amelot et litterarum patentium quibus societas Regia medica instituitur, acerbissimus fuit medicorum Parisiensium dolor, qui non potuerunt non agnoscere tum e proœmio, tum e variis litterarum patentium articulis deceptam fuisse Regis æquissimi beneficentissimam voluntatem, quapropter collectis sententiis
unanimi suffragiorum numero statuit ordo saluberrimus, I°. sanctum nec unquam omittendum sibi esse officium, libellos memoriales, justas que reclamationes Regi beneficentissimo atque æquissimo iterum atque iterum offerre: 2° almam parentem universitatem, in saluberrimi ordinis jurium,

quæ sua sunt, defensionem vocandam esse, et ea omnia facienda quæ probaverint aut indicaverint celeberrimi et in supremo senatu et in regiis consiliis patroni ad consilium vocati. 3°. quatuor deputatis jam appellatis M.M. Le clerc, Bertrand, Lezurier et Le preux, circa præsens negotium, plures alios viginti circiter jungendos a Decano electos et a quatuor deputatis probatos, penes quos omnes pro suffragiorum duabus tertiis partibus, quidquid agendum decernendi potestas erit a facultate ita concessa, ut quidquid egerint, ratum gratumque et pro voto totius facultatis habeatur, et sic conclusi J. C. DesEssartz Decanus 157

quod decretum illico subsignaverunt utriusque ordinis duo antiquiores præsentes M.M. De l'Epine, hazon, Sallin, Thierry de bussy.

2° Lecta est epistola viri illustrissimi D. de Lamartin mercatorum Parisiensium prætoris, quâ postulabat a facultate saluberrimâ, deputatos ad examinandum an aliquod noxii civibus vicinis esset reformidandum a fumo carbonum inflammabilium, quibus uti debent ingeniosissimi D.D. Perier in suâ machinâ pyro hydraulicâ, quæ mox ædificanda est prope vicum dictum Chaillot.

in deputatos appellati sunt M.M. majault Grandclas, Sallin et Davilliers, qui de hoc examine perfecto referent ad facultatem et sic conclusi

J. C. DesEssartz Decanus

Quibus peractis soluta sunt comitia.

in iis lato decreto obtemperans Decanus, in comitiis tribunalis academici die sabbati tertiâ mensis octobris habitis, auxilium et intercessionem totius Academiæ. deprecatus est. ordinis saluberrimi decretum sibi traditum legit meritissimus syndicus, at re in deliberationem missâ.

Ex unanimi suffragiorum consensu, conclusit amplissimus Rector suo decreto, jam paucos ante menses lato, eâdem de re, stare tribunal academicum nihil tamen nomine Universitatis suscipiendum esse litigationis coram judicibus, quin prius facultates suas Decani tum Theologiæ tum juri[um], suas nationes procuratores consuluerint, ad eas quæ retulerint patronorum in consilium vocatorum sententiam.

quid actum fuerit posteà videre est in commentariis ad universitatem pertinentibus.

viginti, quos statim nominaverat Decanus deputatos, quatuor anteà nominatis conjungendos, unà cum his convocavit die octobris tertiâ horâ post meridiem quartâ in scholas superiores. ii omnes censuerunt cito citius patronorum sententiam esse expostulandam. ast votis facere satis non potuit illico Decanus, quia celeberrimi patroni, et in rebus tum universitatis, tum facultatis versatissimi, propter supremæ curiæ ferias, a negotiis expediti, rusticabantur. libello igitur ordinis saluberrimi et supplicibus reclamationibus, supersedere coegerunt adversæ rerum circumstantiæ.

Die tertiâ mensis octobris convocati sunt Doctores per schedulam ritè delatam

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores, die sabbati tertiâ mensis octobris anni 1778, horâ decimâ matutinâ, post sacrum 1° candidatorum jubilæi favorem ambientium, litterarum examinatores, 2° propositum jam de morbis artificum &c. &c. consilium peculiare instituendum 3°. de rebus in tribunali academico gestis Decanum dicentem auditum et posteà deliberaturi

datum parisiis die jovis primâ mensis octobris ejusdem anni J. C. DesEssartz Decanus

Quoad primam partem se omnia candidatorum instrumenta vidisse, in iis quæ nihil desirari quod impediret ne ad examen baccalaureatus admitterentur, retulerunt clarissimi litterarum examinatores. quibus auditis unanimi voce ad examen admissi sunt, jubilæi favore,

duo candidati M.M. Dupré et Fouignet, et sic conclusi J.C. Desessartz Decanus

Quoad secundum deliberantibus propositum, annotaverunt, et vere, plurimi inter res in comitiis quae primo mensis dicuntur communicatas, agitatas, perpensas quae numerari morbos artificum, de iis quae sollicitam semper fuisse, nunquam temporis esse saluberrimam facultatem, quod abunde patet ex variis observationibus in diario suo scriptis. verum insuper et insufficiens fore consilium quatuor vel sex, imo plurium deputatorum huic morborum speciei observandae dicatorum, quia rarissime medicorum operam petunt artifices, ubi primum morbo corripiuntur, sed per primos et plures dies seu a chirurgicis aut aliis committunt sanitatem restituendam, aut inviti domesticis auxiliis in nosocomia devehuntur; sic quae deputatis nihil aut raro occurrere posse de morbi principio, progressu et terminatione explorandum, unde

En majori suffragiorum numero statutum est nihil novi hac de re addendum; hortandos esse duntaxat singulos doctores, imo rogandos medicos extraneos, ut artificum morbos sedulius explorent, observata congerant, et communicent, ex iis enim non ex lectis scientiam et artem posse capessere incrementum constat et sic conclusi

J.C. Desessartz Decanus

3° de Rectoris amplissimi agendi ratione et sermonibus in negotio ad coadjutoris fidelissimi universitatis scribae, cum spe futurae successionis, nominationem pertinente, paucis monuit facultatem saluberrimam Decanus, libellum ab amplissimo Rectore adversus comitiorum historiam juris publici factam et fictas commentationes, quam scripserat M. Sabouraux de la Bonneterie junior Decanus, legit, quibus omnibus auditis, rogatis que sententiis

voluit ordo saluberrimus unanimi consensu, in comitiis centuriatis mox habendis, Rectoris amplissimi agendi rationem verbis honorificentissimis collaudari, eique de sua prudentia, fortitudine, et pari tum in omnes tum in singulos academiae ordines inconcussa propensione, gratias agi maximas, et sic conclusi J.C. Desessartz Decanus

mandato facultatis paruit Decanus, ut videre est infra in historia rerum apud academiam gestarum.

Die lunae duodecima mensis octobris, et diebus martis, mercurii et veneris proxime sequentibus doctrinae suae periculum facere candidati ad jubilaeum admissi M.M. Dupré et Fouignet coram facultate ab hora quarta pomeridiana ad quintam. et sic moniti fuerant Doctores

Doctor sapientissime

monitum te volui 1° candidatos ad jubilaeum examen admissos, suae doctrinae periculum esse facturos coram facultate, diebus lunae, martis, mercurii proximis hujusce mensis et anni, ab hora quarta pomeridiana, die vero veneris sequenti, legendas esse in aphorismum commentationes 2° jus tum suffragii tum emolumentorum, pro more antiquo, ad eos solos Doctores regentes pertinere qui ter audient candidatos respondentes.

datum parisiis die sabbati decima mensis octobris anni 1778, J.C. Desessartz decanus.

Die sabbati decima septima mensis octobris anni 1778, coram Doctoribus omnibus more solito post sacrum congregatis, de candidatis jubilaeis retulerunt clarissimi examinatores paucis verbis; deinde per scrutinium suum judicium tulerunt singuli Doctores. numeratis suffragiis ad principium admissus est uterque candidatus M.M. Dupré et Fouignet, et sic conclusi J.C. Desessartz Decanus

Deinde solito praestito jurejurando, baccalaurei renuntiati in scholas inferiores descenderunt, et e cathedra minori suum dixere principium.

Iisdem in comitiis bursarum partitio definita fuit.

Die dominicâ decimâ octava mensis octobris quæ sancti Lucæ medicorum orthodoxorum patrono dicata est, in Scholarum sacello celebratum fuit sacrum solemne, et post sacrum apparitores suas supra mensam in aulâ comitiorum posuerunt massas, quæ statim iis pro bonâ et fidâ agendi ratione laudatis fuerunt redditæ, si volentibus Doctoribus omnibus sed priusquam eas acciperent fidem suam adstrinxerunt sacramento, solitum pariter dixerunt sacramentum Baccalaurei.

his peractis, e præsentibus unus postulavit annon æquum et rectum videretur suas bursas a singulis doctoribus non accipi, sed toti ordini offerri, quibus ob ceris alieni multum aucti parte saltem aliquâ liberaretur ordo. at observavit Decanus suas bursas largiendi jus esse et licentiam unicuique Doctori, verum alterius bursas dare nemini licere, quapropter non deliberatione sed benignâ propensione, ad hoc facultati auxilium concedendum, opus esse.

Postridie verò post missam pro defunctis habita sunt solita et pro statutis libera comitia. accesserunt Pharmacopæi prætoriani qui pro more antiquo et pacto cum facultate jam a centum et ultra annis inito suum dixerunt sacramentum. cum verò nullus e chirurgis venerit, suam per accensum publicum repetiit protestationem saluberrima facultas.

Magnam Doctorum frequentiam monuit Decanus, cum fuisset per annum integrum communicatarum observationum aut dissertationum medicarum copiam, ut iis legendis impar fuerit comitiorum primi mensis dictorum tempus, licet tres fere horas consumerent unaquaque, et duo in mense habeantur, iis quæ legendis et examinandis insufficiens fuerit quatuor examinatorum labor, quapropter ne collectarum et colligendarum, ut spes, numero obruantur in posterum hi quatuor deputati, aut multa bona remanerent ignota pro temporis angustiis, et ne tempus illud in lectionibus legendis frustrà tereretur, unde detrimentum non minimum pateretur civium salus; petiit itaque an gratum haberet ordo saluberrimus, alterum consilium in quo viginti quatuor convenirent semel unaquaque hebdomade, observationes in praxeos suæ decursu obvias tradituri, aliorum perpensuri, collaturi missas dissertationes de quâcumque re medicâ, et de omnibus dein ad facultatem convocatam singulis mensibus relaturi.

annotavit insuper in cæteris electionibus id vitii sæpè sæpius occurrere, Doctores absentes in munus aliquod vocatos renuere, sicque ad novam electionem redeundum esse, quod bis anno præterito evenisse revocavit in memoriam. postulavit ergò an eâ fiduciâ vellet ipsum cohonestare saluberrima facultas ut qui Deputatorum octo nominatis crederetur a quibus consentientibus sex decim nominarentur alii. haud paucis placuit propositio, fuitque in deliberationem missa. rogatis singulorum sententiis

Ex longè majori suffragiorum numero, censuit saluberrima facultas a Decano octo citius eligendos esse Doctores regentes octo præsertim inter praxi clinicâ commendatos, a quibus sex decim eligerentur alii, et a viginti quatuor illis Doctoribus consilium formandum esse, in quo de rebus omnibus medicis ad praxim pertinentibus legetur, dissereretur, ita ut ad comitia alia totius facultatis quinto decimo uno quoque die habenda, labores suos referre teneantur et sic conclusi f. l. DesEssartz Decanus

quod subsignaverunt decretum M.M. Lazon, Bertrand, Barbeu du Bourg, Philip, Sallin

Die Lunæ secundâ mensis novembris anni 1778, convenere Doctores juxta schedulam invitatoriam.

Convocantur Doctores medici omnes in scholas superiores die Lunæ secundâ mensis novembris anni 1778, horâ ipsissimâ pomeridianâ quartâ 1°. clarissimos collegas examini dissertationum ad præmia merenda missarum præpositos, de iis referentes. 2°. clarissimos ad comitia prima mensis dicta Deputatos examinatores quæstionem pro præmio anno 1779 distribuendo proponentes. 3°. Decanum de postulatione Mr Lezurier et aliis rebus gravissimi momenti dicentem audituri et postea

deliberatum.

Praemio digna judicata est dissertatio cujus hoc est epigramma

Quam sit periculosum vel acutissimo ingenio praeditis, cerebrum in quâ libet sive arte sive scientiâ indagandâ agitari perpetuum et quasi concalefieri, nisi factum ipsum veri ac falsi judicem ac sequestrum constituant — — — — — — Sydenham dissertatio epistolaris

ad quam proxime accessit dissertatio cui praefigitur sequens cornelii celsi sententia

Neque posse curari, id quod aegrum facit ab eo qui quid sit ignorat — — de medicinâ praefatio.

hoc clarissimorum examinatorum judicium a facultate fuit probatum et cum eâ conclusi J. C. DesEssartz Decanus

Quaestio jam bis proposita erat. La petite verole etant declarée, y a t il quelque moyen d'enerver l'activité de son virus?

Prioris dissertationis autor cognitus fuit in comitiis publicis ~~Mr Gastard Doct. med. consiliarius medicus regius in urbe villafrancâ ...~~

alterius Mr carolus strack. med. doct. et in univ. maguntinâ instit. medic. professor.

clarissimorum examinatorum acceptum pariter fuit judicium de dissertationibus circa puerperarum febrem miliarem scriptis. praemium inter duas commilitantes dissertationes divisum fuit, quarum prior sequenti versu horatii insignitur.

verba que provisam rem non invita sequentur

altera vero his tribus vocabulis

hoc tua sunt.

tres aliae dissertationes missae laudibus aequalibus celebrandae visae fuere et judicatae et sic conclusi J. C. DesEssartz Decanus.

autores duarum dissertationum quae ex aequo coronatae fuere

Mr claudius andreas goubelly saluberrimae facultatis Doctor regens.

D. Gastellier in urbe montargio medicus haud infima nota

De praemio anno 1779 distribuendo proponendum censuerunt clarissimi examinatores deputati

Developper quels sont les avantages de l'allaitement des enfans par leurs meres, dans l'ordre moral, physique et politique

quae quaestio solito programmate fuit nunciata in variis diariis publicis.

De viginti quatuor Doctorum consilio a facultate probato die lunae post festum divi Lucae plurima objecerat collega Mr Lezurier, et ut de illo iterum interrogaretur facultas enixè postulabat, postulationi indulgere cum non potuisse se declarasset Decanus, inconsultâ facultate, hanc toti ordini denunciavit ut quid melius videretur statueret. postquam verba fecit Mr Lezurier, singulorum astantium rogatae sunt sententiae, quibus collectis.

Ex majori suffragiorum numero statutum est nullâ habitâ ratione postulationis a Mo Lezurier factae, standum esse decreto die lunae decimâ nonâ mensis octobris proxime elapsi lato, quo consilium a viginti quatuor Doctoribus regentibus efformandum voluit saluberrima facultas, solemnibus in comitiis et sic conclusi J. C. DesEssartz Decanus

Die jovis quartâ mensis novembris anni 1778 in scholis sorbonae exterioribus, quas ultro et summâ cum urbanitate aperuerunt hujus venerandae domus prior inclytus, prima habita sunt comitia publica, horâ pomeridianâ quintâ. iis ad fuit frequentissimus omnium ordinum et splendentium coetus. quae lecta fuerunt annunciata legere est in libello a facultate juris publici facto. at nihil lectum fuit aut nuntiatum quod non fuerit anteà a clarissimis quatuor ad comitia prima mensis dicta deputatis examinatoribus, et adjunctis octo aliis examinatoribus plenis cum Decano censore et in comitiis prima mensis dictis scribâ congregatis, lectum auditum ac probatum

hunc prioris Decanatus nostri posteriori anno finem imposuimus die sabbati septimâ ejusdem mensis novembris horâ decimâ matutinâ, congregatis Doctoribus omnibus grates agendo maximas et sinceras in hac oratiunculâ expressas.

Confecto magistratus nostri stadio, duo edicuntur adimplenda

Viri Medicinae proceres, primum ut grates agam pro benevolentiae vestrae testimoniis honorificentissimis, quibus cumulatus fasces et insignia

Decanatus depono: secundum ut brevem sed fidam eorum quæ fuerunt peracta, ut verum facultatis tabulam indicem vobis offeram. Quò plenior ac sincerior fuit in me vestra benignitas et fides, collegæ dilectissimi, qui nihil iniqui nec inconsulti reformidantes, non semel totius ordinis auctoritatem, ad bonum commune facilius vertendam in uno collectam, unius nutu pronunciantem voluistis, eò crevisse magis nostrum in vos studium, vigilantiorem in protegendis juribus, honore que vindicando sedulitatem, constantioremque animum lætus persensi. nec mirum. pietatem beneficiis augeri nemo benè cordatus ignorat.

Ô utinam æternùm duraturos memoriis animi sensus exserere non liceret, nisi iisdem gaudiis vestra perfundens pectora, quibus anno proximè elapso perfundebat victoriæ vestræ recordatio. vix armis depositis ad nova coacti sumus prælia, eheu quam dispari marte!

Quid ad concordiam inter fratres revocandam, ad retundendam domi-nii effrænam cupidinem, ad pacem sancto inito fœdere stabiliendam tentaverimus, jam aliàs in comitiis dictum habetis. quid obtulerint deputati vestri quos non inauditos tantùm sed injuriosè contumeliosèque depulsos atque rejectos audivistis, vidistis nondum estis obliti, nec juvat revocare.

Quomodo factum fuerit, vix credet posterum ætas, medicorum Parisiensium ordinem, nihil alienum, nec potestatem nec privilegia, nec immunitates, nec opes petentem, sed avitam gloriam, jura antiqua, nulli odiosa, verùm soli principi ac civium universitati prospera defendentem, æquitatis regiæ tutelam pronum implorantem, nihil occultè, nihil in absconditis meditantem de rebellione. tamen delatum, regis autoritate decepta, voce, scriptis prohibitum fuisse, et inimicorum inter manus traditum, silentibus legibus, opprobrio atque subversioni fuisse devotum.

hoc fuistis experti v. m. proceres. at æquissimo regi fidite. veri amans, vera dicentes audiet, populorum pater, populis utilia proponentes excipiet benignè, potens juvabit.

concilia quibus ad mutuam defensionem regeretur tota Parisiensis academia, ipsâ jubente, quæsivimus. consilia dare non potuerunt reticentes patroni. en mox illucescet dies quo collegii medici ac cæterorum academicæ ordinum jura, eodem ictu data, pacta, minuta, conjuratis vocibus defendentur, et leges, civium sanitatis ac vitæ tutamen, suo vigebunt robore, nec audaci cuilibet violanda permittentur.

Quanti valeatis, quam nobili in civitatem studio illustres, quam doctrinæ divites semper floruerítis, norunt cives quos laborum vestrorum mox testes fecistis, noscent magistratus, noscet Rex ipse, cui victrix civica vos manet corona. illam jam nectit perpetuò virescentem nunquam saturcalendi collegæ Malouin donatio, ab omni injuriâ tuebitur proborum omnium, quibus beamur, labor amicè conspirans.

De consuetudinibus ac legibus nonnullis, quas ad antiquam disciplinæ ac doctrinæ proventum, pro rerum ac temporum circumstantiis mutandas judicavistis, pauca dicam, hoc unum monebo, novos hos inter, novas has leges, omni prudenti probatæ, nec præcipites nimium statuta inter supremi senatûs autoritate confirmanda collocata, quas non meliores non utiliores frequens monstraverit experientia.

Pia erga collegas fato functos solvimus officia, publicis in comitiis.

De chirurgis ac pharmacopœis dicam mox professores, ubi justum æquumque videritis, fusius referemus.

Quidquid per ingenium, per castum amorem, per vires corporis licuerit, excogitavi, locutus sum, scripsi, perfeci. plura ac grandiora si non egerim, ignoscetis, spero. quibus propugnationem vestram instruere licebat, arma palam explicata, letemini sui veneni tela inficiebat, frangebat, perfidus clam ac per tenebras calumniantium livor. at vivi medici, dabit Deus his quoque finem. / dixi.

Obitus Doctorum

Die vigesimâ sextâ mensis novembris anni 1777 diem obiit supremum M. Ludovicus Dalliot, et die sequenti sacra terra creditus fuit, praesente facultate in aede Deo sacrâ sub invocatione sancti jacobi hospitii
die sextâ decembris ejusdem anni in scholarum sacellum convocatus saluberrimus ordo justum pietatis ac pretium tributum persolvit animae M. Ludovici Dalliot.

Die tertiâ mensis januarii anni 1778 diem obiit supremum versaliis M. Paulus Jacobus Malouin, et die 7â tantum mensis februarii ejusdem anni in scholarum sacellum convocatus ordo saluberrimus interfuit sacro solemni pro requie ejus animae perpetuâ.

Die vigesimâ mensis martii anni 1778 ineluctabili fato cessit M. antonius Garnier et sequenti die in expectationem resurrectionis beatae commissum fuit terrae sacrae in aede Deo sacrâ sub invocatione sancti stephani de monte, et die vigesimâ octavâ ejusdem mensis in scholarum sacellum convocatus ordo saluberrimus interfuit sacro solemni quo Mo. ~~allan~~ parentavit, die vero trigesimâ primâ ejusdem mensis convocatus ordo saluberrimus in aede Deo sacrâ sub invocatione Sti. stephani de monte invitante hujus parochiae venerando pastore, interfuit sacro solemni pro requie animae ejusdem collegae parochiae suae pauperum medici.

Die vigesimâ nonâ mensis septembris anni 1778 diem obiit supremum M. carolus franciscus Boutigny des preaux, et die sequenti ejus corpus sacrae terrae commissum fuit in aede Deo sacrâ sub invocatione sancti pauli. Die autem tertiâ mensis octobris sequentis in scholarum sacellum convocatus ordo saluberrimus interfuit sacro solemni pro requie aeternâ illius animae

Collegarum horum ce laudationes funebres typis mandatae fuerunt, et leguntur in codice comitia publica facultatis saluberrimae die quartâ mensis novembris ejusdem anni habita referente.

---

hic, ex ordine describebantur observationes in comitiis de morbis grassantibus communicatae, ast nunc eas colligere, chartae speciali mandare munus est et officium clarissimi horumce comitiorum scribae.

Comitia academica

Die octavâ mensis novembris anni 1778. viro clarissimo D. D. Petro Duval rectore, comitia ordinaria tribunalis academici habita sunt in collegio Ludovici magni. plures acceptare supplices pro litteris nominationis et admissi fuere. Legit amplissimus rector libellum memorialem a se confectum, et jam illustrissimo Regiorum sigillorum custodi oblatum, de nominatione duorum virorum in tribunali academico sedentium, qui in comitiis collegii ludovici magni administratorum adessent, primas inter administratores nominati et iisdem juribus gaudentes, statutum est hunce libellum ab amplissimo Rectore subsignandum, et iterum nomine totius tribunalis academici offerendum. . . accessere bibliopolarum universitatis praefecti cum suis adjunctis, tutelam universitatis adversus nova edicta suppliciter exorantes. edictum illud est Regii concilii arrestum die trigesimâ mensis augusti latum. eorum supplicationi annuit tribunal academicum, opem quae pollicitum est, quam fieri poterit maximam. inter Paedagogos universitatis admissus est Mr. aubert.

Die vigesimâ octavâ ejusdem mensis comitia habita sunt extraordinaria, in quibus saluberrimae facultatis Decanus obtulit et in manus clarissimi syndici posuit ordinis saluberrimi decretum, quo pastor Ecclesiae St. andreae de arcubus electus fuit venerandus Mr. Desbois de Rochefort, ab eodem ordine saluberrimo pro suo jure academico, decretum legit meritissimus syndicus, nihil quo obstare declaravit quominus nominatio Mr. Desbois de Rochefort perficeretur, ille quo ad sacramentum admitteretur solitum. ingressus tunc D. D. Desbois de Rochefort eleganti oratione et ordini saluberrimo et almae universitati gratias egit et solitum inter manus amplissimi Rectoris dixit sacramentum.

Die sextâ mensis decembris anni 1777, supplicibus admissis, de controversiâ
inter picardos ortâ circa unius e suis apparitoribus nominationem, atque spe
concordiæ brevi inter dissidentes restituendæ, res ad aliud tribunal academicum
missa fuit. ingressi bibliopolarum universitatis præpositi cum adjunctis, de
tutelâ concessâ ex favore promisso, grates egere, suamque orationculam
elegantem in commentariis universitatis inscribendam postulavere.
Die duodecimâ ejusdem mensis, ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti Ludovici
in Regia navarrâ rite processit amplissimus rector comitantibus omnibus acad-
emiæ ordinibus; sed antequam in aulam universitatis descenderetur, comitia
habita sunt in quibus supplices nonnulli fuerunt admissi.
Die decimâ sextâ ejusdem mensis in Rectorem prorogatus est D. D. Petrus Duval
Die decimâ mensis januarii anni 1778, in comitiis ordinariis supplices admissi
sunt, dein de controversiâ inter picardos actum est sed nihil deliberatum, imò ad
alia comitia dimissum. Rerum gestarum in saluberrimâ facultate circa sectionem
symphiseos ossium pubis a Dno Sigault celebratam, exemplar obtulit ejusdem
facultatis Decanus amplissimo Rectori et cæteris in tribunali academico sedenti-
bus. Statutum est Mum Lebel quæstorem sagacissimum, cum architecto definitu-
rum de tegumentis Domuum universitatis per summâ operarum solvendâ reparandis.
Die trigesimâ primâ ejusdem mensis amplissimus Rector unà cum Decanis
facultatum et procuratoribus nationum quos nunquamque sua comitabatur
adjunctus, nec non et cum magnis ut vocant officiariis, omnibusque apparitoribus
ut moris est cereos obtulerunt serenissimo aurelianensium duci, venerandis
ecclesiæ parisiensis, senatûs, subsidiorum curiæ, et computorum principibus.
Die Iª februarii idem comitatus versalias adiit et Regi beneficentissimo,
augustæque Reginæ cereos pariter obtulit.
Die septimâ ejusdem mensis quatuor accessere supplices. Tributi annui, vulgò
capitation, rotulus confectus est et subsignatus. Statutum est ab amplissimo
Rectore iterum invisendos esse illustrissimum Regiorum sigillorum custodem,
circa negotium ad beneficiandos et gradus universitatum pertinens, et clarissimum
Regni administrum D. Amelot circa pretium ad locandos milites solvendum
in suburbiis, cujus immunes huc usque fuerunt universitatis magistri et suppositi.
ad illud tributum solvendum vexatus Mr De L'Epine antiquior facultatis
medicæ magister, amplissimum Rectorem et syndicum inviserat, universitatis
que auxilium et tutelam postulaverat. itaque
Die nonâ ejusdem mensis, unà cum Rectore, decani, procuratores, scriba
quæstor et scriba unà cum nationum apparitoribus et iis minoribus insulis
D. Amelot salutaverunt, immunitatem hujusce tributi, a Regibus omnibus
Galliæ concessam, ab ipso beneficentissimo Rege Ludovico XVI confirmatam
nuper petierunt enixè. multa objecit Regni administer, at de universi-
tatis supplicatione Regem monendum fore asseruit.
Die septimâ mensis martii ejusdem anni in comitiis ordinariis; summæ pro
pretiis emendis et in aulâ exteriori sorbonæ distribuendis rationem reddidit
Mr Lebel quæstor. probata est ratio. D. abbas de charmois in comitia
ingressus supplex oravit tribunal academicum, ut alma universitas unà cum
ipso descenderet in litem adversus Reverendum fratrem Marcel e congregati-
one Sti mauri monachum, qui prioratum dicti abbatis de charmois, auctoritate
episcopi et Papæ munitus invaserat et occupabat. supplici responsum est hac de
re consulendos esse universitatis patronos. ingressus est pædagogus unus, in
vico parisiaco pædagogium exercens, quem vici hujus incolæ tributo annuo dicto
Lataille premebant, petiitque ut universitas coram judicibus insurgeret contra
inauditam hanc unius e suppositis suis vexationem. eo egresso deliberatum est
et decretum nihil universitati moliendum esse in hoc negotio, quia scilicet
pædagogus ille extra universitatis pomœria docebat
Die vigesimâ ejusdem mensis, supplicationes universitatis in æde Deo sacrâ sub
invocatione sancti Josephi apud carmelitas excalceatos
Die vigesimâ quartâ in Rectorem prorogatus est D. Petrus Duval.
Die quartâ aprilis ejusdem anni in comitiis ordinariis quinque adfuerunt supplices.
De lite D. abbatis de charmois auditâ patronorum sententiâ statutum est hanc
nullatenus pertinere ad almam universitatem, sibique providendum esse ab illo

abbate. statutum est deinde nomine universitati a meritissimo quaestore postulanda esse instrumenta, quae dicuntur lettres a Terrier. circa multos universitatis libellum memorialem a se confectum, ut mature de eo consulerent inter se, solis nationum procuratoribus amplissimus Rector tradidit. at libellus ille quem responsis illustrissimi Regiorum sigillorum custodis, Regni administri D. amelot, protopraesidis subsidiorum curiae, ejusque patroni catholici accomodaverat autor, male fuit a quibusdam acceptus; et amplissimo Rectori dictum est, hunce libellum ipsis a nationibus ejectum et damnatum. illud tamen verissimum postea norunt omnes, nihil aliud sibi propositum habuisse amplissimum Rectorem nisi ut quam plures fieri poterit, servarentur a tributo militari (logement des gens de guerre) servarentur; iis de rebus vide quae scribuntur in commentariis facultatis, pag. Paedagogis universitatis postulantibus venia concessa est pauperes paedagogi in vico palliaco docentis suscipiendi, ipsis que sollicita opera promissa est.

Die secunda maii in comitiis ordinariis quid, supplicibus admissis, a saluberrimae facultatis Decano actum et dictum fuerit, et quid a tribunali academico statutum atque perfectum vide in commentariis facultatis pag.

Die sexta junii in comitiis ordinariis quatuor supplices pro litteris nominationis et fere magisterii artium admissi fuere, deinde petiit a tribunali academico Mr. fourneau universitatis scriba, et collegii ludovici magni magnus, ut aiunt, rector, nomine hujus collegii administrorum, ut per universitatem liceret archivas ejus ex loco ubi servantur, in alium commodiorem et tutiorem transferre. re in deliberationem missa statutum est singulos ordines esse consulendos. eorumdem administrorum nomine duo millia librarum argentearum solvenda obtulit ex aerario collegiorum in collegio ludovici magni collectorum, singulis annis donec summa capitalis a collegio, dicto de l'ave maria debita universitati, adimpleatur: re in deliberationem missa, propositum et oblatum a Mo. fourneau fuit acceptum. iisdem in comitiis libellum memorialem legit saluberrimae facultatis Decanus, quo universitati, singulis que ordinibus adversam omnino monstrabat societatem medicorum quae sese Regiam dicit. quam periculosa sit et futura talis institutio senserunt omnes, et re in deliberationem missa, statutum est omni ope atque opera allaboraturam esse universitatem ut talis coerceretur institutio, attamen nihil litis esse suscipiendum, quin prius moniti et consulti fuerint [illegible] comitiis extraordinariis

Die decima nona ejusdem mensis supplicationes universitatis in aede Deo sacra sub invocatione sancti andreae ab arcubus. post orationem ab amplissimo Rectore habitam, saluberrimae facultatis Decanus suo ordine pronuncians de postulato an ordo saluberrimus rata et grata haberet quaecumque ab amplissimo Rectore gesta fuerant per trimestrem magistratum, his verbis Decreto a saluberrima facultate lato die decima octava mensis maii satisfecit, quae in ipso met decreto leguntur.

Die vigesima tertia ejusdem mensis in Rectorem prorogatus est M. Petrus Duval.

Die quarta mensis julii in comitiis ordinariis, post supplices admissos, suae facultatis decretum obtulit medicinae Decanus, circa propositam archivarum translationem vide hocce decretum in commentariis facultatis pag. tunc in supplici libello quem legit, postulavit Mr. fourneau fidelissimus scriba, sibi concedendum in hoc munere vicarium cum spe futurae successionis, et nominandum proposuit Mum Girault de Keroudou, in alma universitate philosophiae professorem emeritum et in collegio franciae Regio professorem. singuli Decani et procuratores una cum amplissimo Rectore Mum fourneau Rogaverunt, ne a suo munere discederet, vicarium polliciti sunt quoties cumque, per valetudinem aut negotia comitiis interesse non posset. se nullatenus munus suum deserere velle affirmavit Mr. fourneau, sed vicarium cum spe futurae successionis iterum postulavit et Mum girault de Keroudou. illo egresso in deliberationem misit amplissimus Rector 1o. an vicarius concederetur Mo. fourneau scribae, cum spe futurae successionis, 2o. an concederetur Mr. girault de Keroudou. postquam multa de vicariis nominatis dixit meritissimus syndicus, sacrae facultatis Decanus vicarium concessit cum spe futurae successionis et vicarium nominavit Mr. girault. idem annuit juris Decanus, annotans tamen perniciosas esse posse hasce vicariorum cum spe futurae successionis nominationes. Dixit medicinae Decanus, aequum sibi videri Mo. fourneau scribae vicarium concedere, pro rationum momentis ab ipso allatis; et sibi

non licere M.um girault in collegio franciae Regio professorem, universitatis scribam futurum nominare, quia saluberrima facultas collegii franciae Regii professores e gremio universitatis non agnoscebat, ut pote quae hujusce collegii in almam universitatem intromissioni se se intercedere juridice et per assensum procuratori catholico declaraverat, nihil quae adhuc dum de illa intercessione fuerat statutum. Cum vero reponeret meritissimus syndicus, nullius esse ponderis nec meriti M.i girault titulum professoris in collegio franciae Regio, imo hunc titulum e manus abdicaturum esse dictum M. girault, ubi gratam sentiret suam nominationem universitati. tunc Decanus medicinae attentari se nominationi faciundae D. girault professoris [illegible] ait illum D. girault a se nullatenus nominari imo postulare. enixe ut haec a tribunali academico faciunda nominatio nullatenus juribus facultatis, quae integra volebat mansura, noceret. vicarium concesserunt et M. girault Picardiae et Germaniae procuratores. votum ferre renuit galliae procurator, 1.o quia procuratori duntaxat vices gerebat, et solius est procuratoris nominare, 2.o quia de hac nominatione nulla esset mentio facta in schedula invitatoria, contra usum laudabilem, qui paucis abhinc mensibus recogniti fuerant et servati, ubi bibliothecarius universitatis erat nominandus, quapropter petiit alia comitia ad hoc specialiter convocata. renuit pariter normanniae procurator, quia suam nationem consulendi tempus non fuerat permissum. Cum vero quatuor nominassent M. girault de Kerodon, illum statim obtulit M.r fourneau. et dictus M.r girault, renuntiatus est ab amplissimo Rectore, scribae vices gerens, cum spe futurae successionis, et eo nomine intra manus amplissimi Rectoris sacramentum dixit.

quas movit lites, dissensiones, quae odia, lugere est, hic referre longius esset. varii libelli memoriales in archivis facultatis conditi docebunt. quae fuerunt decreta narrabimus.

Die prima augusti in comitiis ordinariis, quamplurimi admissi sunt supplicantes pro litteris nominationis et jure magisterii artium. dein ingressi exprocurator censor et alii e natione picardorum, suae nationis nomine et jussu declararunt intercessionem nominationi M. girault. hanc nominationem improbari dixit a sua facultate sacrae theologiae Decanus, cui vetitum est ne deinceps inconsulta facultate sententiam ferat apud tribunal academicum, in nominationibus officiariorum universitatis, ac praesertim coadjutorum cum spe futurae successionis. eamdem nominationem a sua natione dixit improbatam germaniae procurator, galliae pariter et normanniae procuratores; suae intercessionis coram judicibus propugnandae actum postularunt qui ab amplissimo Rectore fuit traditus. intra scribae manus tradita sunt Theologiae honorandae gallorum nationis, fidelissimae picardorum, constantissimae germanorum conclusiones. jam per assensum denunciata fuerat normannorum intercessio.

Die quinta augusti in sorbona distributa sunt praemia academica.

Die sexta ejusdem mensis habita sunt deputatorum universitatis comitia extraordinaria hora nona matutina, et statutum est processum verbalem eorum quae acta sunt et deliberata in comitiis diebus quarta mensis julii et prima augusti, a quibus am[illegible] saltem a prioribus abfuerat M. fourneau, a M.o Lebel quaestore esse conficiendum.

Die sabbati octava mensis augusti in comitiis extraordinariis lectus fuit et recognitus processus ille verbalis post multas objectiones et resistentias, tum junium Decani, tum picardorum procuratoris, tum ipsiusmet syndici.

Die decima ejusdem mensis habita sunt comitia deputatorum et adjunctorum universitatis in collegio Ludovici magni, ubi accepta fuerunt rationes accepti et expensi ab universitatis quaestore per annum 1777. summa superstes in arcam universitatis deposita est coram deputatis qui clavem arcae unusquisque secum abstulit.

Die augusti vigesima nona habita sunt in antecessorum comitia ordinaria deputatorum universitatis, in quibus supplices admissi sunt multi, et lecta est charta continens, ut aiebat D. sally procurator universitatis, arrestum supremae curiae his verbis expressum: La cour reçoit les intervenans parties intervenantes, et sans préjudicier aux droits des parties au principal, ordonne par provision qu'en cas d'absence, de maladie ou empêchement du greffier de l'université seulement, ledit mathurin Georges de Kerodon en fera les fonctions, sur le surplus des demandes des parties les renvoie à l'audience, dépens réservés . . .

Cum vero hoc arrestum undecima vigesima octava augusti latum nondum fuit significatum, censuerunt omnes illo nullatenus obligari tribunal academicum, nullum jus esse M.o Kerodon, vices scribae gerendi; at pacis et concordiae causa electus qui interim hoc impleret

postulavere consultissimae jurium facultatis Decanus conclusionem legit sui ordinis latam die decima tertia hujus mensis, cum quae postulavit in commentariis universitatis inscribi. adversus recitatam conclusionem insurrexit amplissimus Rector, falsitatis incusavit ea quae consultissimae facultatis Decanus retulerat, et protestatus est se nunquam passurum in commentariis universitatis referri conclusionem sibi contumeliosam, hancque rejiciendam conclusionem, cui respondere meum erat. et tunc surrexere omnes, actum suae postulationi petente consultissimae jurium facultatis Decano.

Die tertia mensis octobris in comitiis ordinariis postquam admissi sunt supplices, libellum memorialem a se scriptum legit amplissimus Rector, in quo varios jurium facultatis conclusionis articulos recensens, eos monstravit a veritate declinantes aut prorsus alienos. libelli verissima argumenta, rerum gestarum et dictorum bene memores, Theologiae, medicinae Decani et singuli procuratores, testati sunt, libellum suo chyrographo munierunt; Picardorum excepto procuratore.

Die septima ejusdem mensis supplicationes universitatis in aede Deo sacra sub invocatione sancti Ludovici de cultura. post habitam solitam orationem petiit amplissimus Rector an rata et grata haberet universitas quaecumque gessit per suum trimestrem magistratum. rata et grata professus est sacrae Theologiae Decanus, Decanus vero consultissimae jurium facultatis conclusionem ab illa facultate latam, qua Rectoris amplissimi agendi ratio vituperatur et improbatur, recitavit. saluberrimae vero facultatis Decanus, decreto lato die tertia ejusdem mensis, ut videre est in commentariis, obtemperans, his verbis rata et grata concessit. Saluberrima facultas rata et grata habet quaecumque gessit amplissimus Rector per suum trimestrem magistratum de consilio Decanorum, ac praesertim dictorum gestorumque in negotio ad nominationem Mi. girault de Keraudan pertinente, veritatem fideli codice eductam, speciali decreto probandum vult, laudandumque generalibus hisce in comitiis, et maxime commendandum apud singulos academicos ordines, proponit amplissimum Rectorem, qui arduis et tumultuantibus his rerum adjunctis, eundem se semper praebuit virum vere academicum, justi tenacem, candide proponentem pronuntiantem ingenue, nihil nisi quod suum erat unicuique tribuentem, uno verbo totis viribus probe allaborantem ut imminentia et gravia mala averteret et inter turbas immotus, totius academiae singulorumque ordinum jura, honoremque strenue protegeret. quapropter et eo nomine litteras illi concedit quam fieri poterit honorificentissimas. &c.

honoranda Gallorum nationis procurator nomine totius praeclarae facultatis artium rata et grata habet quaecumque gessit amplissimus Rector, at vehementer insurrexit contra narrationem a consultissimae jurium facultatis Decano, coram hac facultate, hancque narrationem denunciavit a veritate, ex instrumentis publicis consignata alienam; et improbavit designationem coadjutoris scribae cum spe futurae successionis, inconsultis ordinibus factam.

redeundum ad quaedam a nobis omissa, ut res ad nominationem coadjutoris scribae pertinentes, in historia hujus anni, una serie narrarentur.

Die tertia octobris in comitiis ordinariis saluberrimae facultatis Decanus, meritissimo syndico prius traditum sui ordinis decretum, coram toto tribunali academico legit. auxilium que et intercessionem totius academiae deprecatus est adversus societatem medicorum Regiam quae non minus singulis academiae ordinibus infensa est quam ordini saluberrimo. audito syndico ex re in deliberationem missa ex unanimi suffragiorum consensu conclusit amplissimus Rector suo decreto jam paucos ante menses lato eadem de re, stare tribunal academicum, nihil tamen nomine universitatis suscipiendum esse litigationis coram judicibus quin prius facultates clari Decani suae nationes procuratores consuluerint, ad eos que retulerint patronorum in consilium vocandorum sententiam.

Post ferias sequentes curiae congregati sunt patroni, ut videre est in historia anni sequentis

hic finis comitiorum tribunalis academici per alterum annum prioris nostri Decanatus Desessartz

Res Gestæ apud chirurgos Parisienses

Per hunc annum academicum a mense novembris anni 1777 ad mensem usque novembris anni 1778 candidati qui ad magisterium admissi fuere et interrogati sunt a Decano et duobus chirurgiæ professoribus sunt

Die undecimâ mensis julii D. Ludovicus Prudens Alexander hevin.
Die ~~vigesimâ~~ 4ta augusti D. franciscus renatus Dean
Die primâ augusti D. joannes baptista claudius Bertholet
Die vigesimâ secundâ ejusdem mensis D. nicolaus Ludovicus Leger.
Die vigesimâ nonâ ejusdem mensis D. joannes maria Cezerac.
Die primâ septembris D. Petrus maugras
Die quintâ ejusdem mensis D. josephus Peribeau.
inter herniarios . . D. Lebrun.
inter dentistas, D. D. Delehegny et alix.

obstetrices matronæ in ædibus sancomianis Examine tentatæ, et admissæ præsente Decano.

intra mensem novembrem anni 1777
Da . . . Brochot
D. . . . casana
D. . . . crepion
D. . . . meunier.
Die mensis maii anni 1778 D. Marchand
Die mensis julii ejusdem anni. D. marival
Die mensis augusti ejusdem anni D. Drege

Res gestæ apud pharmacopæos parisienses

Die decimâ octavâ augusti anni 1778, expositis sibi præscriptis ore se confectis præparationibus pharmaceuticis coram Decano et pharmaciæ professoribus, Petrus Lezai pictaviensis, postquam de theoriâ artis, et materie medicâ interrogatus sufficienter respondit, ab utroque et medicorum et pharmacopæorum Parisiensium ordine ad magisterium admissus fuit, ut in urbe niortio Pharmaciæ operam navaret.
Die vigesimâ sextâ augusti Pharmacopæorum officinas perlustravere M. DesEssartz Decanus, M.M. Philip, Lepreux pharmaciæ professores cum Mo. Bucquet chemiæ professore et Mo. Coutavoz rei herbariæ professore, concomitantibus et præsentibus Pharmacopæorum præpositis
hæc perlustratio eodem modo peracta fuit per duos alios dies.
Die vigesimâ mensis octobris seplasiariorum officinas perlustravere M. DesEssartz Decanus, M.M. Philip, Lepreux pharmaciæ professores, cum Mo. Bucquet chemiæ professore et Mo. Coutavoz rei herbariæ professore, concomitantibus et præsentibus seplasiariorum custodibus.
hæc perlustratio eodem modo peracta fuit per duos alios dies.
Die sextâ mensis novembris candidati duo ad magisterium pharmaciæ, duobus jam examinibus scilicet de theoriâ et historiâ naturali, seu de herbis, tentati necnon tum a facultate, tum a collegio pharmacopæorum, pro more, probati, expositis sibi præscriptis ore a se confectis præparationibus pharmaceuticis, interrogati a priore pharmaciæ professore, an juxta arrestum supremæ curiæ anno 1672 latum quo confirmatur pactum inter facultatem et pharmacopæos parisienses initum, vulgo dictum Concordat, vellent et verbis et chyrographo promittere, se esse observatores, responderunt se hoc promissum dare nec verbis nec chyrographo nolle nec posse. cum vero juxta illud pactum, candidatos ad sacramentum urbanæ politiæ præpositori offerre non valeant facultatis deputati, nisi lege adimpleta, suum judicium de candidatorum capacitate et admissione proferre renuerunt, imo per accensum significandam curarunt illicò suam admissioni, et jusjurando intercessionem /.

codex rationarius
accepti et expensi ordinarii et extraordinarii in altero anno dec=
=atûs Mi Joannis Caroli DesEssartz Decani, a die Sabbati octavâ mensis novembris anni 1777 ad diem Sabbati Septimam ejusdem mensis anni 1778.

Pars prior

Tabula accepti

Caput primum

Ex annuo reditu facultatis - - - - - -

a Mo Guillotin pro annuâ locatione majorum facultatis ædium accepit Decanus trecentas et quinquaginta libras - - - - · · 350ˡᵗ

a priore facultatis apparitore pro annuâ locatione ædium quæ amphiteatro sunt contiguæ accepit Decanus bis octoginta libras - - - - - - - - - - - · · 160

ab urbis quæstore D. Berthe pro reditu annui proventûs a Rege debiti, ex majori contractu accepit Decanus trecentas viginti sex libras, asses tredecim cum quatuor denariis - - - - · · 326ˡᵗ

ab altero urbis quæstore pro reditu annui proventûs ex minori contractu accepit Decanus quinquaginta libras cum sex assibus et octo denariis - - - - - - - - - - - · · 50. 6. 8

Ex annuo reditu ab armoricorum provinciâ debito ob contract=
=um quingentarum librarum accepit Decanus trecentas et sexag=
=inta libras - - - - - - - - - - · · 360ˡᵗ

Ex annuo reditu ab eâdem provinciâ debito ob alterum contrac=
tum trecentarum viginti quinque librarum, accepit Decanus —
ducentas triginta quatuor libras - - - - - - - - · · 234ˡᵗ

ab eâdem provinciâ propter alterum contractum ducentarum et quinquaginta librarum, accepit Decanus, centum et octoginta libras ~~libras~~ - - - - - - - - - · · 180ˡᵗ

ob novum contractum ab eâdem provinciâ debitum accepit Decanus ducentas et viginti duas libras - - - - - - - · 222ˡᵗ

ab universitatis quæstore Do. carolo le Bel, pro honorario sex profess=
oribus ab universitate concesso, accepit Decanus ducentas supra mille libras - - - - - - - - - - 1200ˡᵗ

a postarum quæstore pro honorario sex professoribus a Rege — concesso accepit Decanus mille et octingentas libras - - - - 1800ˡᵗ

Summa hujus paginae est de quatre mille huit cent quatrevingt [illegible] livres

Caput Secundum

a Baccalaureis in quæstionibus quodlibetariis pathologicis, pro stipendio lectorum et registro, singulis accepit Decanus quatuor libras et decem asses, unde cum tredecim solverunt, exurgit summa quinquaginta octo librarum et decem assium - - - ..58^{u} 10^{s}.

Caput tertium

ab iisdem, in iisdem quæstionibus pathologicis pro horto, unusquisque solvit tres libras, cum quatuor assibus, unde a tredecim Decanus accepit summam quadraginta librarum et unius, cum duodecim assibus - - - ..41^{u} 12^{s}.

Caput quartum

ab iisdem, in iisdem quæstionibus pathologicis pro anatomiâ, schedulis non registratis, unusquisque solvit libras sex decim, unde a tredecim accepit Decanus summam ducentarum et octo librarum - - - .208^{u}

Caput quintum

a medicinæ candidatis duodecim, antequam ad examen admittantur, pro anatomiâ, unusquisque solvit sex decim libras, unde a duodecim Decanus accepit summam centum nonaginta et duarum librarum - - 192^{u}

Caput sextum

ab iisdem duodecim medicinæ candidatis ad baccalaureatum admissis, singulis accepit Decanus sex decim libras, unde exurgit eadem summa centum ~~octo~~naginta et duarum librarum - - - .192^{u}

Caput septimum

ab iisdem, pro sacello et ornamentis, singulis accepit Decanus sexdecim libras, unde exurgit eadem summa centum ~~octo~~naginta et duarum librarum - - - .192^{u}

Caput octavum

a Baccalaureis emeritis, antequam ad licentiam admittantur, pro jure bursarum, unusquisque solvit triginta quinque libras, unde a tredecim accepit Decanus summam quinquaginta quinque librarum, supra quadringentas - - - .455^{u}

Caput nonum

ab iisdem Baccalaureis emeritis, singulis accepit Decanus duodecim libras, unde a tredecim accepit Decanus summam centum quinquaginta et sex librarum - - - .156^{u}

Caput decimum

ab iisdem baccalaureis emeritis, singulis accepit Decanus sex libras, pro jure præsentationis et sacello, unde a tredecim accepit Decanus summam septuaginta et octo librarum - - - ..78^{u}

Caput undecimum

ab iisdem baccalaureis emeritis, singulis accepit Decanus centum libras, pro primo licentiæ gradu, unde a tredecim accepit Decanus summam mille et trecentarum librarum - - - 1300^{u}

Caput duodecimum

a tredecim licentiatis, pro doctoratu.
a singulis ad Doctoratum evectis accepit Decanus centum et octoginta libras, pro rebus facultatis, unde exurgit summa trecentarum et quadraginta librarum supra duo millia - - - 2340^{u}

ab iisdem libram unam et duodecim asses, unde summa viginti librarum et sex decim assium - - - ..20^{u} 16^{s}.

Summa hujus paginæ est de cinq mille deux cent trente trois livres dix huit sols.

Caput tredecimum

Pro aulæorum usu, ab iisdem tredecim baccalaureis, in totidem thesibus pathologicis, singulis accepit Decanus libras octodecim, unde numerabitur summa ducentarum triginta et quatuor librarum - - - 234 ll
ab iisdem, in totidem thesibus medico chirurgicis eamdem summam accepit Decanus unde - - - 234
ab iisdem totidem licentiatis, pro totidem actibus vesperiarum eamdem summam - - - 234
ab iisdem pro totidem actibus Doctoratus eamdem summam - - - 234
in actibus præsentationis, coram Cancellario, et paranymphi; accepit Decanus summam triginta sex librarum - - - 36 ll

Caput Decimum quartum

A duodecim novis baccalaureis, in totidem thesibus cardinalitiis, singulis accepit Decanus
pro stipendio lectorum et horto decem libras, unde summa centum et viginti librarum - - - 120 ll
pro rebus academicis decem et octo libras, unde summa ducentarum et sexdecim librarum - - - 216
pro aulæorum usu eamdem summam - - - 216

Caput decimum quintum

a Mo Carolo le Roi pro suâ in gremium facultatis cooptatione accepit Decanus sexcentas libras - - - 600
a quibusdam probis et in cives amore sincero incitis, accepit Decanus trecentas libras, illi distribuendas qui melius et utilius respondebit quæstioni a facultate propositæ - - - 300

Caput Decimum sextum

a reliquâ pecuniâ propter absentiam Doctorum
in examine chirurgico baccalaureorum singulis Doctoribus distributæ sunt quindecim libellæ cum tredecim assibus, unde propter absentiam decem Doctorum numerabitur summa centum et quinquaginta sex librarum cum decem assibus - - - 156 ll 10s
in examine physiologico pro baccalaureatu, singulis Doctoribus distributæ sunt triginta libellæ argenteæ unde pro absentiâ undecim Doctorum numerabitur summa trecentarum et triginta librarum - - - 330
in examine practico singulis Doctoribus distributæ sunt sex libræ unde propter absentiam decem Doctorum numerabitur summa sexaginta librarum 60
in examine jubilæo MM. Dupré et Poignet singulis Doctoribus distributæ sunt sex libræ, unde, propter absentiam viginti et octo Doctorum numerabitur summa sexaginta et octo supra centum librarum - - - 168

Caput decimum septimum

a medicinæ studiosis pro jure inscriptionum et sigill.
per totum annum suum in codice nomen scripserunt unus et quadringenti medicinæ studiosi ut patet ex ipso codice inscriptionum. singuli solverunt sex libras, unde numerabitur summa quadringentarum et sex librarum super duo millia - - - 2406 ll
testimonialibus frequentationis scholarum literis, viginti quinque, parum facultatis sigillum appositum est et pro singulis soluta sunt sex libræ unde numerabitur summa centum et quinquaginta librarum - - - 150 ll

Summa hujus paginæ est de cinq mille six cent quatre vingt quatorze livres dix sols
Summa totius accepti est quinze mille huit cent onze livres huit sols.

visis quittanciis

Pars altera
Tabula Expensi
Caput primum

in ultimis rationibus a mo. DesEssartz Decano coram facultate redditis die veneris tertia mensis novembris anno 1780, mo. DesEssartz debebatur summa de trente un mil six cent quarante trois livres, quatorze sols, trois deniers. - - - - - - - - - 31643[lt] 14[s] 3

mo. DesEssartz, ob solitum honorarium ipsi a facultate concessum numerabitur summa centum et quinquaginta librarum 150

majori apparitori propter operam extraordinariam concessit facultas quinquaginta libras - - - - - - - - - - - 50

minori apparitori ob eamdem causam viginti quinque libras - - 25[lt]

singulis Doctoribus praesentibus, aulicis et causariis distributi sunt calculi duo argentei, Decano et antiquiori magistro quatuor, unicuique bidello unus, unde pro ducentis et quinquaginta calculis impendit Decanus quadringentas et triginta septem libras cum decem assibus - - - - - - - - - - - - - 437[lt] 10

Caput Secundum

Stipendia Professorum

Solvit Decanus mo. Leclerc (?) Physiologiae professori, ex aere facultatis nonaginta libras . - - - - - - - - - 90

Ex aere academico ducentas libras - - - - - - - - 200

pro honorario professorum a Rege concesso et a postarum quaestore soluto trecentas libras - - - - - - - - - - 300

mo. Dupuy pathologiae professori ex aere facultatis . - - - - 90

Ex aere academico ducentas libras - - - - - - - - 200

pro honorario professorum a Rege concesso et a quaestore postarum soluto trecentas libras - - - - - - - - - - 300

mo. Guenet chirurgiam gallico idiomate docenti, ex aere academico nonaginta libras - - - - - - - - - - - 90

ex aere academico ducentas libras . - - - - - - - - 200

pro honorario professorum a Rege concesso et a quaestore postarum soluto trecentas libras - - - - - - - - - - 300

mo. Goubelly chirurgiam latino idiomate docenti, ex aere facultatis nonaginta libras - - - - - - - - - - - - 90

ex aere academico ducentas libras - - - - - - - - 200

pro honorario professorum a Rege concesso et a quaestore postarum soluto trecentas libras - - - - - - - - - - 300

mo. Coutavoz materiae medicae professori ex aere facultatis, nonaginta libras - - - - - - - - - - - - - 90

Ex aere academico ducentas libras . - - - - - - - - 200

pro honorario professorum a Rege concesso, et a quaestore postarum soluto trecentas libras - - - - - - - - - - 300

mo. Philip utriusque pharmaciae professori ex aere academico ducentas libras . - - - - - - - - - - - - 200

pro honorario professorum a Rege concesso et a quaestore postarum soluto trecentas libras - - - - - - - - - - 300

Summa hujus paginae est de trente cinq mille sept cent cinquante six livres quatre sols trois deniers

visis quittanciis

10[s].

Caput tertium

Professionum jura solvit Decanus

vide quittancias

mo. De L'Epine antiquiori scholarum magistro quatuor libras - - - 4l

mo. Le vacher Decano quatuor libras - - - - - 4

mo. coquereau physiologiæ professori duas libras - - - - 2

mo. Dupuy pathologiæ professori duas libras - - - - 2

mo. goubelly chirurgiæ latino idiomate professori duas libras - 2

mo. guenet chirurgiæ gallico idiomate professori duas libras - - 2

mo. Coutavoz materiæ medicæ professori duas libras - - 2

mo. Philip pharmaciæ professori duas libras - - - 2

mo. Bucquet chemiæ professori duas libras - - - 2

mo. DesEssartz endecano duas libras - - - - - 2

Caput quartum

pro demonstrationibus in amphiteatro solvit Decanus.

mo. Dupuy pathologiæ professori pro anatome in amphiteatro celebrata triginta libras - - - - 30l

mo. goubelly qui partes fecuit et demonstravit triginta libras - - 30

pro impensis hujus cursûs sexaginta sept. libras cum undecim assibus - - - 67" 11s

mo. goubelly chirurgiæ latinæ professori pro operationibus expositis et perfectis quinquaginta libras - - - 50

pro impensis hujus cursûs centum et quadraginta octo libras cum decem et novem assibus - - - 148" 19

mo. guenet chirurgiæ gallicæ professori pro operationibus expositis triginta libras - - - - 30

mo. goubelly qui perfecit operationes triginta libras - - - 30

pro impensis hujus cursûs unam libram supra nonaginta cum novem decim assibus - - - - 91l 19

mo. Sollier de la Romillais qui matronas primum edocuit, quinquaginta libras - - - - 50

pro impensis demonstrationum triginta quatuor libras - - - 34

eidem magistro qui artem obstetriciam demonstravit, quinquaginta pariter libras - - - - 50

pro impensis demonstrationum sexaginta sex libras cum tribus assibus - - - - 66" 3s

pro impensis cursûs pharmaceutici viginti tres libras cum decem et septem assibus - - - 23l 17s

manum et industriam præbenti D. Brongnart pharmacopæo parisiensi peritissimo viginti libras - - - - 20

Pro impensis cursûs chemici docente et operante Mo Bucquet chemiæ professore

1o. dicto Mo Bucquet nonaginta et tres supra octingentas libras - - - - - 893l

2o Theodoro cruchot pro aliis impensis ejusdem cursûs trecentas et triginta libras cum unâ - - - - 331l 4s

---

Summa hujus paginæ est de dix neuf cent soixante dix livres dix neuf sols

Caput quintum

153

Pro Rectorem amplissimum rité procedentem comitantibus Doctoribus solvit Decanus

die duodecima mensis decembris anni 1777 viginti novem calculos argenteos, pro quibus numerabitur summa quadraginta et novem librarum	49	
et pro offertorio sex et viginti asses	1	6
Die vigesima mensis martii anni 1778 viginti quinque doctoribus, decano et apparitoribus, viginti novem calculos argenteos pro quibus numerabitur summa quinquaginta librarum et quindecim assium	50	15
et pro offertorio libram unam et decem asses	1	10
Die decima octava mensis junii anni 1778, viginti septem Doctoribus et Decano et apparitoribus triginta calculos argenteos pro quibus numerabitur summa quinquaginta et quatuor librarum cum quinque assibus	54	5
et pro offertorio libram unam et sex decim asses	1	16
Die septima octobris anni 1778 triginta Doctoribus, decano et apparitoribus, triginta quatuor calculos argenteos pro quibus numerabitur summa quinquaginta et novem librarum cum decem assibus	59	10
et pro offertorio libram unam et octodecim asses	1	18

Caput Sextum

pro rebus sacris solvit Decanus

11 pro anniversario Mi guillelmi Lucon viginti quinque libras	25		
pro anniversario Mi michaelis de colonia octo libras	8		
pro sacro, in quo rerum omnium conditori sedi gratiarum actiones saluberrimus ordo, ob felicem Reginae augustissimae partum sexdecim libras et quinque asses	16	5	
19 Do Dela grange facultatis capellano pro missis et obitibus in scholarum sacello per annum celebratis, centum triginta et duas libras cum assibus quinque	132	5	
apparitoribus per hoc temporis spatium ad sacra ministrantibus, triginta libras et octo asses	30	8	
Theodoro petro cruchot majori apparitori, pro panezarimo et vino suppeditatis ad missarum celebrationem, mundato sacello ejus linteis et scholis superioribus, undecim et centum libras	111		
19 pro offertorio et scamnis die Divo Lucae sacra duodecim libras et quatuor asses	12	4	
pro sacro solemni celebrato in sacello eadem die Doctoribus praesentibus distributi fuere quadraginta supra centum calculi argentei, pro quibus numerabitur summa triginta quatuor et ducentarum librarum cum decem assibus	234	10	
3 Dicto Trudon cerario pro candelis cereis per annum suppeditatis, centum et viginti octo libras cum decem et octo assibus sexque denariis	128	18	6
7 Die septima mensis novembris funera Mi dejassieu ad ecclesiam sancti nicolai comitantibus Doctoribus, Decano et apparitoribus distributi sunt quadraginta novem calculi argentei, pro quibus numerabitur summa octoginta et quinque librarum cum quindecim assibus	85	15	
pro requie aeterna illius animae postulata in sacello scholarum quindecim libras et quindecim asses	15	15	
19 Die vigesima septima mensis novembris anni 1777 funera Mi Dathiot ad parochiam Sti jacobi hospitis comitantibus Doctoribus Decano et apparitoribus distributi sunt viginti quinque calculi argentei, pro quibus numerabitur summa quadraginta trium librarum et quindecim assium	43	15	
venerando parocho qui dicta funera venit, duo calculi argentei pro quibus numerabitur summa trium librarum et decem assium	3	10	
pro requie aeterna illius animae postulata in sacello scholarum solvit Decanus quindecim libras et quindecim asses	15	15	

Summa hujus paginae est des mille quatre vingt trois livres six deniers

(left margin, vertical:) vísis quittanciis

[left margin, vertical:] visis guillancio

Die vigesimâ mensis martii anni 1778 Doctoribus funera Mi Garnier ad ecclesiam Sti Stephani in monte comitantibus Doctoribus Decano et apparitoribus distributi fuere triginta et duo calculi argentei, unde numerabitur summa quinquaginta et sex librarum - - - - - - - - - - 56"

Doctoribus decem et novem Decano et apparitoribus parentantibus in sacro pro requie æternâ Mi Garnier a parocho ecclesiæ Sti Stephani, in eâdem ecclesia celebrato distributi sunt viginti et tres calculi argentei venerando pastori, in offertorio oblatus est unus calculus argenteus unde pro viginti quatuor numerabitur summa quadraginta et duarum librarum - - - - - - - 42

pro requie æternâ illius animæ postulatâ in sacello Scholarum quindecim libras et quindecim asses solvit Decanus - - - - - - 15 15

Die octobris anni 1778 Doctoribus viginti et uni, Decano et apparitoribus — funera Mi Boutigny Despreaux ad ecclesiam sancti pauli comitantibus, distributi sunt viginti et quinque calculi argentei, pro quibus numerabitur summa quadraginta et trium librarum cum quinque assibus - - - - - 43 15

pro requie æternâ illius animæ in sacello Scholarum postulatâ, quindecim libras et quindecim asses solvit Decanus - - - - - - 15 15

pro requie æternâ Mi Malouin in Scholarum sacello postulatâ, eamdem summam 15 15

Caput Septimum

Pro facultatis bibliothecâ solvit Decanus

Mo Secuvoy bibliothecæ præfecto pro annuo honorario trecentas libras - - 300

Theodoro petro Cruchot pro annuo ministerio ad bibliothecam pertinente quinquaginta libras - - - - - - - - - - 50

Caput octavum

Pro annuis pensionibus a facultate concessis, solvit Decanus.

viduæ Mi Lathier quadringentas libras - - - - - - - - 400

viduæ Mi fremont ducentas septuaginta et quindecim libras - - - - 275

viduæ Mi Doris trecentas libras - - - - - - - - 300

viduæ Mi Dienert quadringentas libras - - - - - 400

viduæ Mi vieillard quadringentas libras - - - - - 400

Caput nonum

pro sumptibus factis in gratiam baccalaurei qui præmium in concursu consecutus est.

1o in gratiam Mi Delaplanche

pro sumptibus theseos pathologicæ quinquaginta et octo libras cum decem assibus - - - - - - - - - - - - 58 10

Do guillau qui thesim hanc typis excudit quadraginta libras - - - 40

Eidem Do guillau pro thesi chirurgica quadraginta libras - - 40

pro sumptibus hujus theseos quinquaginta et octo libras cum decem assibus 58 10

pro examine chirurgico ejusdem baccalaurei, quinquaginta asses - - - 2 10

pro impensis examinis practici novem libras - - - - - - 9

pro actu paranymphi et præsentatione duas et quinquaginta libras cum quatuor assibus et sex denariis - - - - - - - - - 52 4

pro vesperiis et Doctoratu centum et quinque libras cum quatuor assibus 105 4

pro schedulis monitoriis vesperiarum, Doctoratus et pastillariæ No tribus novem libras - - - - - - - - - - 9

venerando Ecclesiæ Parisiensis cancellario pro honorario a concurrente debito - - - - - - - - - - - - - 8 2

2o pro sumptibus novi concursus

Do guillau pro chartis concursum nunciantibus viginti libras - - - 20

eidem pro tribus schedulis monitoriis de concursu novem libras - - - 9

Summa hujus paginæ est [illegible] sep[illegible] up fol.

Eidem Do. guillau, pro tabellâ concurrentium nomina exhibente duas libras et decem asses — 2ᵗ 10ˢ

Centum et octoginta calculos argenteos tum quatuor examinatoribus tum Decano distributos, pro quibus numerabitur summa trecentarum et quindecim librarum — 315 ..

in examine physiologico singulis examinatoribus quatuor libras et octo Decano. — 24

aliis Doctoribus sportulâ speciali dictâ, plat, gaudentibus, octoginta et quinque libras — 85

pro principio, vino, et specie &c. triginta sex libras — 36

Do. guillau, pro thesi cardinalitiâ Mi. mathey quadraginta libras — 40

pro sumptibus hujus theseos, sexaginta quatuor libras et decem asses — 64 10ˢ

pro impensis die festo Sti Lucæ decem libras et asses octo — 10 8

Duobus apparitoribus pro solitâ retributione per concursum unicuique duodecim libras, unde summa viginti quatuor librarum — 24

Caput Decimum

pro tributo annuo pauperibus debito — 13ˢ

Theodoræ petro cruchot propter reditus facultatis acceptos, libras duodecim. — 12ᵗ

pro tributo vulgo dicto Capitation a duobus apparitoribus debito per duos annos — 43ᵗ 8ˢ

Caput undecimum

pro sumptibus præmii solemnibus in comitiis distributi, illorumque comitiorum a Mo. malouin institutorum solvit Decanus

Duodecim Doctoribus dissertationum ad præmium concurrentium examinatoribus et Decano nonaginta et octo distributi sunt calculi argentei pro quibus numerabitur summa centum et septuaginta librarum cum unâ et decem assibus — 171ᵗ 10ˢ

Mo goubelly qui dimidiam partem præmii aquibusdam ignotis propositi meritus est, centum et quinquaginta libras — 150

Eandem summam Mo. gastellier cui altera pars præmii concessa est — 150

pro cereis in comitiis publicis accensis centum et duodecim libras — 112

pro aulæis quibus obvestitæ sunt scholæ exteriores sorbonæ trecentas et quinquaginta libras — 350

pro nuntiis publicis schedulas ferentibus quindecim libras — 15

pro aliis impensis minutis unam et quinquaginta libras cum duobus assibus — 51 2ˢ

Caput duodecimum

Pro impensis annuis ad comitia, scholas inferiores et ædificia pertinentibus solvit Decanus.

Do. guillau qui per annum schedulas monitorias, programmata &c. typis excudit triginta septem supra septingentas libras cum decem assibus — 737ᵗ 10ˢ

dicto Capiot qui per annum programmata valvis affixit, centum septuaginta et duas libras — 172

pro centum et quadraginta calculis argenteis, in comitiis primæ mensis dictis, distributis, numerabitur summa septingentarum et septuaginta librarum — 770

accenso qui postridie festi Sti Lucæ vocavit chirurgos ad sacram [illegible] ...entum, novem libras — 9

pro literis ad Decanum et facultatem missis centum et quinquaginta libras — 150

pro aulæis per annum tum in sacello tum in scholarum inferiorum

Summa hujus paginæ est de trois mille quatre Cent quatre vingt quinze livres onze sols

vidi[s] quittanciis

Visis quittanciis

parietibus affixis, centum sexaginta et quinque libras - - - 165
pro ignibus per annum accensis Theodoro patri cruchot, quinquaginta quatuor libras, supra centum cum decem assibus - - - - - 154 10s
Tegularum reparatori ducentas quinquaginta duas libras 252
vitrario centum et quinquaginta libras - - - - 150
plumbario fabro centum et quindecim libras - - - 115
fabro lignario ducentas et viginti libras - - - 220

Caput tredecimum

Pro donis in ceremoniis annuis solvit Decanus.

prima die mensis januarii anni 1778 janitoribus proto-praesidum senatus Parisiensis, subsidiorum curiae, procuratoris et patroni catholicorum, urbanae politiae propraetoris, singulis sex libras, sex officiis triginta sex libras - - - - - 36
proto-praesidis senatus Parisiensis servo cubiculario viginti quatuor libras - - - - - 24
urbanae politiae propraetoris servo cubiculario viginti quatuor libras - 24
janitori collegii ludovici magni sex libras - - - 6
alteri janitori ejusdem collegii tres libras - - - 3
pro rhedâ vectoriâ die primâ januarii, viginti quinque libras et quatuor asses - - - - - 25 4s
illustrissimi Regiorum sigillorum custodis janitori sex libras - 6
pro rhedâ vectoriâ ad illius aedes sex libras - - - 6
pedisequis famulantibus doctores Decanum comitantes illis diebus sex libras - - - - - 6
custodi helvetico facultatis tres libras - - - 3
Typographi facultatis pomalis ministris tres libras - 3
janitori aeris Regalis, directoris generalis sex libras - - 6
pro rhedâ vectoriâ ad illius aedes tres libras - - 3
D. joly de fleury patroni catholici, a Rege nominati sui patrui procuratoris catholici vices gessuri pro congratulatione, janitori sex libras 6
pro rhedis vectoriis sex libras et quatuor asses - - 6 4
Tabellario Regio pro quatuor electionis Decani testimoniis duodecim libras - - - - - 12
Decano, censori, et duobus apparitoribus comitatum praebentibus Rectori amplissimo, cereos offerenti aurelianorum Duci illustrissimo, venerando archiepiscopo et magistratibus, Decano scilicet sex libras, censori tres, et unicuique apparitori triginta asses, unde emergit summa duodecim librarum - - - - - 12
iisdem versalias euntibus, cum Rectore, Regi aequissimo et augustae Reginae cereos offerente, Decano nempe duodecim libras, sex censori, unicuique apparitori tres, unde emergit summa viginti quatuor librarum - - - - - 24
famulantibus pedisequis sex libras - - - - 6

Caput Decimum quartum

impensa extraordinaria

viro clarissimo Moreau de vormes in consiliis Regiis patrono qui libellum memorialem et alterum supplicem scripsit sexcentas libras - - - - - 600
pro itinere deputatorum in re ad societatem medicorum Regiam pertinente, versalias petentium ad M. delassone viginti et septem libras - - 27

Summa hujus paginae est de dix neuf Cent livres dix huit sols

in statis habitis

157

pro rhedis vehentibus pluries eosdem deputatos ad villam D. Moreau
de Vormes, cum illo defensionem facultatis meditaturos, novem libras. - 9 lt

Scribis qui libellum memorialem et libellum supplicem a Do. Devormes
confectos, et consiliariis Regis in secretis, nec non ministris, Regiorum
sigillorum custodi illustrissimo et clarissimo comiti de Maurepas; aliis
que magistratibus offerendos scripserunt pro triginta et sex exempl-
=aribus centum et octoginta libras - - - - - - - 180

aliis scribis qui libellum memorialem et observationes facultatis
adversus societatem medicorum Regiam viginti quinquies scripserunt
pro unoquoque exemplari solvi octo libras unde exurgit summa
ducentorum librarum - - - - - - - - - 200

clarissimo patrono D. May quem pluries Decanus et deputati
consuluerunt - - - - - - - - - 48

tribus patronis in supremis consiliis qui de arresto consilii Regii
die vigesima sexta mensis junii 1778 bis in consilium vocati sunt - - 72

pro quatuor exemplaribus observationum, libelli memorialis faculta-
-tis et libelli supplicis a Do. Devormes confecti, et magistratibus
traditis quinquaginta et duas libras - - - - - - 52

pro tribus itineribus Decani versalias petentis et illustrissimum Regior-
=um sigillorum custodem vel proto medicum Regium Dm. Lieutaud
adeuntis quinquaginta libras et sex asses - - - - - - 50 | 6 s.

pro variis nunciis tum versalias, tum ad villam D. devormes, et ad
collegas deputatos missis, triginta septem libras et duodecim asses - 37 | 12 s.

pro caducis impensis hoc in negotio

Collegae nostro Mo. Dablion morbo, quo cecidit, graviter laboranti
viginti quatuor libras - - - - - - - - 24

Sti jacobi peregrinorum hospitis ecclesiae venerando pastori, in gratiam
collegae Mi. Dablion, et pro ejus funeribus, septem et quinquaginta libras
supra ducentas cum quindecim assibus - - - - - - 257 | 15 s.

pro sumptibus funebribus Mi Garnier centum et quinquaginta libras 150

viduae Cruchot alterius apparitoris donum unanimiter concessum
trecentas libras - - - - - - - - - 300

uxori viri dicti Souchot, die quâ se se, et suum infantem obtulit
facultati duodecim libras - - - - - - - - 12

pro pensione eidem mulieri, unoquoque mense solvendâ juxta facul
=tatis decretum, libras triginta, et per sex menses solutâ centum et
octoginta libras - - - - - - - - - 180

Collegae clarissimo Sigault qui sectionem symphyseos ossium pubis
invenit et celebravit super muliere dictâ Souchot, centum calculos
argenteos cum epigrammate in commentariis relato, pro quibus numer-
=abitur summa centum et septuaginta quinque librarum - - - - 175

alteri collegae clarissimo Mo. alphonsio le Roi, quinquaginta calculos
argenteos eosdem, pro quibus numerabitur summa septem et octog=
=inta librarum cum decem assibus - - - - - - - 87 | 10 s.

pro libello cui titulus est, Res gestae &c typis mandato, et civibus omnium
ordinum misso novem supra duo millia librarum et sexdecim asses - - 2009 | 16

pro rhedis vehentibus Mo Sigault le Roi, Descemet, Decanum et
apparitorem quinquaginta libras et octo asses - - - - - - 50 | 8

haeredibus collegae clarissimi Malouin, ut annuum doni proventum
posset percipere facultas ducentas octoginta et sex libras - - - - 286

pro rhedis vectoriis et meritoriis quibus usus est Decanus rebus facult
atis

Summa hujus paginae est de quatre mille cent quatre vingt une
livres sept sols.

visis quittanciis et [illegible] habitis

(margin: visa quittancia)

facultatis inserviens in urbe ducentas libras — — — — — — 200[lt]
pro scriba arrestorum parlamenti in lite facultatis adversus Mamguilbert-du-preval ad calcem commentariorum triginta sex libras. 36
Theodoro petro crochot, juxta libellum memorialem quingentas et viginti quatuor libras cum quindecim assibus 524[lt] 15
pro reditu annuo viginti quinque millium librarum a decano mutuatarum ad res facultatis, ducentas et quinquaginta libras supra mille — — — — — — — — — 1250[lt]
quatuor patronis qui de testamento Mi Malouin suam dederunt sententiam quadraginta et octo libras — — — — — 48
notario qui testamenti et pacti cum hæredibus confecti tradidit exemplar novem et decem libras — — — — — 19

Summa hujus paginæ est de deux mille soixante dix sept livres quinze sols.
Summa totius expensi est de cinquante trois mille cent quatre vingt onze livres quinze sols neuf deniers juxta codicem supra scriptum
Summa totius accepti est de quinze mille huit cent douze livres huit sols.
itaque summa expensi superat summam accepti de la somme de trente sept mille trois cent soixante dix neufs livres sept sols neuf deniers

Anno Domini Millesimo septingentesimo octogesimo primo die Jovis trigesimo mensis Augusti hora tertia post meridiem saluberrima facultas convocata ut audiret Rationes secundi anni Decanatus honorandi viri Magistri Caroli Des Essartz, ratas et gratas habet dictas rationes Eique gratias agit pro rebus facultatis bene gestis solitum concedit honorarium Centum et Quinquaginta libellarum; Majori Appariton concedit Quinquaginta libellas, minori viginti quinque.

Insuper Decrevit singulis Doctoribus præsentibus Aulicis et Castrensis duos Calculos Argenteos distribuendos esse, Decano et antiquiori Magistro quatuor unicuique Bidello unicum.

Agnoscit quoque Dicta sal. facultas, Dicto Cl.mo Magistro Des Essartz Ex decano deberi summam de Trente sept mille Trois cent soixante et dix neuf livres sept sols neuf deniers ac præterea summam de sept cent quarante deux livres pro rebus variis, quæ quidem summæ in primo capite Expensi rationum proximarum ejusdem Magistri Des Essartz numerabuntur.

Et sic conclusit Decanus. Philip Decanus. Desesartz
G. l. De l'Epine R. Cochu antiq. schol. M.tr Majault de Dardonville Guenet Magister Langlois Guilbert (?) Bidault (?)
Doulcet Geoffroy Thiery Le Clerc Et pro M.e Guiland
Mongue (?) Gervaise Marand Missa
Millin Pajon de Moncets et pro magistro Bernard Bayart (?)
Morisot Deslandes Leys Robert Fumée (?) Douglée
Montabourg. Duhaume Coste Sallin / Sallin pro domino Dela Breuille

D'arcet Maigret Baudin Cezan Le Moine et pro domino Coutavoz

Rollant Bosquillon Miron pour Mr. Cottou Levacher de la feutrie

Baget pour m. et Dme Vacher Lejeune Jolie

Quinchin Fosseyeux pour Mr De Stegier La bretonne Lafisse

Naviers Le Preux Duchanoy Des bois de Rochefort

Le Roux des Tillets et pro Mr Doulcet agrégé Coquereau

fr. A. Delalouvill

Delaplanche Thery pour et patre meo P. Munier

Hallot Mahon Munier J. Dupuy

A. L. De Jussieu Jeandau marinier

Danié Desepatureaux

C. N. de Jussieu Grandclas Duchanoy

Dejean Descemet

Guenet N. Jeanroy Goubelly

Commentariorum saluberrimæ facultatis Parisiensis
Pars historica
incipiens die septimâ mensis novem=bris anni 1778 ad diem sextam mensis novembris anni 1779
magistro Joanne-Carolo Des-Essartz Decano

Die Sabbati Septimâ mensis novembris anni 1778, horâ
decimâ matutinâ, post sacrum, convocati sunt Doctores medici omnes in
Scholas superiores, Decanum, professores et examinatores baccalaureorum
in suo examine anatomico mox habendo electuri.
Postquam pro more et officio gratias egit Decanus, nonnulla quæ dixit de
præsenti rerum conditione, de factis intra annum ut videre est ad calcem
commentariorum anni posterioris, paginâ 140, gratas pariter egerunt profes-
=sores e magistratu decedentes.
his peractis ad Electorum nominationem, cum dividendo catalogum juxta
decretum die duodecimâ mensis augusti anni 1778 latum, pararet omnia
Decanus, surrexit Mr. Morand; altâ voce nuncians se obstare quominus tum
in Electorum nominatione, tum in Decani et professorum electione, decreto
die duodecimâ mensis augusti anni 1778 mancipavetur ordo saluberrimus
huic socios se se præbuerunt nonnulli, quibus responsum est facultati saluber-
=rimæ non licere hujus decreti varios articulos non servare, non adimplere,
ut potè quod servandos ipsa decrevit et jussit supremus senatus: itaque ad
Electorum nominationem ventum est.
verùm antequam nomina Doctorum ad Electores appellandos in urnam
conjicerentur, proposuit antiquior scholæ magister venerandus De L'Epine
ut vivâ voce in Decanatûs munere prorogaretur vigilantissimus nunc
Decanus Mr. Joannes Carolus Des Essartz tum pro rebus bene ac optimè
huc usque gestis, tum quia meritissimus est et rebus gerendis aptissimus.
placuit quam maximè saluberrimo ordini hæc propositio, et cum unanimi
omnium et singulorum voto, nemine reclamante, multis et non cessantibus
repetitis plausibus, licet reluctans, in Decanatûs munere prorogatus est
M. Joannes Carolus Des Essartz: et sic conclusit M. De L'Epine antiquior
scholæ magister et academiæ censor.
quod decretum subsignaverunt M.M. Lucas de Laurenbert, De Gevigland,
Bertrand, Philip, Maigret, Le Preux, Sallin, Levacher de la Feutrie,
Baigneres, Cotton.
Deinde clarissimi Electores, M.M. Morand, Maloet et Grandclas e majori
ordine, e minori M.M. Nizon et Marinier in scholarum professorem
proposuerunt e majori ordine M. Sallin, e minori M.M. Dumangin et
Sollier. juxta novam eligendi methodum a saluberrimâ facultate proba-
=tam, non sorti commissa fuit professoris nominatio, sed per viam scrutinii sua
dederunt suffragia singuli Doctores. cum pluralitate suffragiorum designatus
fuerit M. Sallin, in scholarum professorem appellatus est
in chirurgiæ gallicæ professorem proposuerunt e majori ordine M. Millin, e

minori M.M. Guillotin et alphonsum le Roi. per viam scrutinii et pluralitate suffragiorum chirurgiæ gallicæ professor nominatus est M. alphons. le Roi

in chirurgia latinæ professorem proposuerunt e majori ordine M. Lezurier, et minori M.M. Coutavoz et Dorquillon. hic ultimus per viam scrutinii et pluralitate suffragiorum professor appellatus est

in materia medica professorem proposuerunt e majori ordine M. Descemet, e minori M.M. Goubelly et Saillant per viam scrutinii et pluralitate suffragiorum professor appellatus est M. Descemet

in pharmacia professorem proposuerunt e majori ordine M.M. Philip et Guenet, e minori M. Devilliers; cum æquali suffragiorum numero gauderent M.M. Philip et Guenet, et majori quam M. Devilliers, æquilibrium frangere noluit Decanus, sed voluntarium duorum competitorum nominatio credita est fortunæ quæ M° Philip favit

iidem Electores in examinatores Baccalaureorum proposuerunt e majori ordine M.M. Majault, Moreau et Deslon, e minori M.M. Bacher, le Tenneur, Jumelin. minus veniit M. Majault. per viam scrutinii et pluralitate suffragiorum nominati sunt M.M. Moreau, Deslon, Bacher et Jumelin.

hi omnes tum professores, tum Examinatores intra manus Decani solitum dixere sacramentum

Dum clarissimi Electores in sacello congregati, de Doctoribus ad proponendis tum ad professorum tum ad examinatorum munus adimplendum deliberabant inter se et statuebant, saluberrimum ordinem monuit Decanus, quam iniquè agerent Pharmacopœi Parisienses, spretis et violatis pactis inter se et facultatem initis, atque autoritate supremi senatus confirmatis, ut patet arresto, quod vocant homologationis die septima mensis Septembris anni 1672 lato; rogavitque ut deliberare vellet ordo saluberrimus, an leges per centum et ultra annos servatæ, ad arbitrium Pharmacopœorum negligendæ, pessumdandæ essent; sin contra quid agendum censeret.

breviter narravit e duobus candidatis D.D. Dupras et Delaplanche, priusquam de illorum operibus judicium ferretur, an suo autographo, in libro professoris, jussu subesse pactum, et supremi senatus placitum vellent jurare, se hoc pacto esse semper obtemperaturos, postulatum fuisse a clarissimo Collega M. Philip priori Pharmaciæ professore; verùm et ab his et a renuentibus petitionemque respuentibus Pharmacopœorum præpositis denegatum fuisse juramentum; sicque discedere coactos fuisse Decanum et Professores, se admissioni, et ad sacramentum intra manus urbanæ politiæ prætoris dicendum præsentationi intercedere declarasse; quam intercessionem paucis post horis per accursum et Pharmacopœorum præpositis et candidato utrique denunciari curasse, hancque illico nunciavere clarissimo urbanæ politiæ prætori D. Lenoir: attamen ... dictos significatam et scriptam fuisse, hæc omnia confessus est Decanus; audierat enim intra manus dicti urbanæ politiæ prætoris jurasse pro cooptatione implenda tanquam ad magisterium evectos hunc et illum candidatum.

Re in deliberationem missâ, rogatis et collectis sententiis

saluberrima facultas ex majori suffragiorum numero, et tum in mitiorem partem inclinans, tum quia utilitati publicæ vult magis ac magis consulere, statuit a pactis et conventis Pharmacopœos parisienses inter et saluberrimum ordinem ratis anno 1632 et supremi senatus autoritate confirmatis, arresto dicto homologationis die septima septembris anni 1672, nequaquam esse recedendum: quapropter prohibet ac vetat ne Decanus et professores pharmaciæ, ad magisterium admittant, et ad sacramentum offerant urbanæ politiæ prætori, aut alteri judici, ullum e candidatis ad magisterium Pharmaciæ contendentibus, qui leges antiquas his in pactis scriptas, et a supremo senatu sancitas, fideliter non adimpleverint. attamen ne, quod civibus iniquum et damnosum maxime esse potest, diutius pharmacopœorum munera et opera exerceant plurimi, quorum ignotæ sunt scientia et industria, idem saluberrimus ordo, Decano et pharmaciæ professoribus, copiam facit, candidatos in duobus prioribus examinibus suæ scientiæ periculum facientes, interrogare, audire et judicare servato more antiquo.

Praecipit insuper suo Decano, ut tum oppositiones tum protestationes quas DDe. hesternâ et pharmacopaeorum praefectis et duobus candid=atis, dictis Duprat et Delaplanche, per accensum significari curavit coram supremâ curiâ judicandas, et totam litem dirimendam prosequatur et sic de omnibus conclusi S. C. DesEssartz Decanus.

iisdem in comitiis stantibus accepit Decanus et legit epistolam a collegâ Mo Bucquet scriptam. non parum mirati sunt Doctores cum audierunt M. Bucquet conquerentem se a collegâ clarissimo Mo. majault in comitiis publicis turpi notâ inustum fuisse, et contemptui objectum tanquam amentem chemistam, qui praxim clinicam chymicis erroribus coinquinare tentat inscius aut imprudens. re in deliberationem missâ, intra sententiarum evolutionem, professi sunt plurimi, quod nullus ignorabat, nihil harum ce exprobrationum adversus M. Bucquet a collegâ Mo. majault prolatum fuisse; imò et econtra M. Bucquet nequidem nominatum fuisse, sed encomiis honestis tantum designatum; nullum que esse locum publicae, quam postulabat declarationi; itaque Ex majori suffragiorum numero statutum est a Decano nomine facultatis scribendam esse Mo. Bucquet epistolam, quae collegii judicium et conclu=sionem significet, qualis modo lecta fuit et sic conclusi S. C. DesEssartz Decanus

huic decreto satisfacere eo lubentius conatus est Decanus, quo jucundiori spe alliciebatur, errorem in mentem Mi. Bucquet, fallaci relatione insitum veritate narratâ fugiendum fore, sicque concordiam et existimationem inter collegas insignes fore servandam. quam tamen scripserat epistolam mittere noluit, quin auditam prius probavisset ordo saluberrimus. hanc igitur sequentibus in comitiis legit et omni numero comprobatam misit ad M. Bucquet a quo nullum accepit responsum.

Die undecimâ mensis novembris convenere Doctores medici, juxta schedu=lam ab apparitoribus ad singulorum aedes, pro more, delatam.

Convocantur Doctores medici omnes in scholas superiores die mercurii undecimâ mensis novembris anni 1778 horâ ipsissimâ decimâ matutinâ 1o censorem academicae a clarissimis Electoribus nominandum. 2o de laboribus ac scriptis illustrissimi Patroni in consiliis Regiis circa res ad societatem medicam Regiam pertinentes, nec non de deputatis qui dissertationes pro praemio circa febrem miliarem puerperarum missas examinarunt Decanum dicentem. 3o petitionem a clarissimo aggregato Mo. Carolo le Roi factam audituri et postea deliberaturi

Datum parisiis die lunae nonâ ejusdem mensis et anni S. C. DesEssartz decanus.

his in comitiis 1o. in censorem academicae plaudentibus omnibus appellarunt clarissimi Electores M. De l'Epine scholae antiquiorem venerandum, et de ordine semper ac semper bene meritum. et sic conclusi S. C. DesEssartz Decanus

in artis obstetriciae professorem designati sunt M. M. millin, andry et alphonsus le Roi; M. andry nominatus est et sic conclusi S. C. DesEssartz Decanus.

2o. clarissimo patrono qui multa praebuit consilia, multa scripsit in re ad societatem medicorum Regiam pertinente D. moreau de vormes, in sui grati animi testimonium offerendas esse sexcentas libras argenteas decrevit ordo saluberrimus unanimi consensu et sic conclusi S. C. DesEssartz Decanus.

3o. decrevit pariter singulis examinatoribus dissertationum circa febrem miliarem puerperarum, septem calculos argenteos esse distribuendos, quod quidem honorarium aliis examinatoribus dissertationum pro praemio concurrentium semper fuit concessum et sic conclusi S. C. DesEssartz Decanus.

4o. Epistolam a clarissimo aggregato le Roi scriptam legit Decanus quâ postulabat ut ad Regentiam aditus ipsi theses quodlibetarias praesidi futuro pateret. collectis singulorum astantium sententiis unanimi consensu decretum est Mo. Carolo le Roi, cui concessum est omne quod in edicto Regio anni 1695 scribitur, nihil insuper deberi nec concedendum. et sic conclusi S. C. DesEssartz Decanus

Die duodecimâ mensis novembris extra ordinem disputavit Mo christo=phorus nicolaus de jussieu de quaestione physiologicâ, respondente

Baccalaureo M^o. De Henzel.
hæc erat quæstio, an pulmonum officium puri aeris in atmosphærâ contenti inhalatio, impuri exhalatio: conclusio erat affirmans
Thesi propugnatâ, priusquam ad quodlibeta vocarentur disputantes, magistri, statutorum articulos altâ voce legit major bidellus, in hac occasione recitari solitos: deinde nomina Doctorum in saluberrimâ facultate actu regentium publicè pronunciavit, hæc quæ describenda jubet in hac paginâ veteri ac laudabilis consuetudo.
M. guillelmus josephus De L'Epine, Parisinus, antiquior scholæ magister, antiquus facultatis Decanus et academiæ censor.
M. Raymundus DeLarivière, Parisinus.
M. antonius Casamajor Beneharnensis, censor Regius
M. Ludovicus maria Pousse, Parisinus, eques et censor Regius.
M. hyacinthus Theodorus Baron, parisinus, antiquus facultatis Decanus, necnon castrorum Regis et exercituum in germaniâ et in italiâ proto-medicus.
M. franciscus felicitas Cochu, Sangermanus Parisiensis.
M. claudius carolus Dejean, Parisinus.
M. Gaspardus cochon Dupuy, Rupifortensis, Regii ordinis eques, Regis consiliarius et in arce maritimâ Rupifortensi anatomes et chirurgiæ professor Regius.
M. michael josephus Majault, Diracaeus, antiquus Regis exercituum in germaniâ medicus
M. michael Philippus Bouvart, Carnutæus, Regii ordinis eques, Regiæ scientiarum academiæ socius
M. joannes jacobus Belleteste, Parisinus antiquus facultatis Decanus
M. Laurentius ferret, Parisinus, Ecclesiæ Cameracensis canonicus.
M. Exuperius josephus Bertin, Rhedonensis, supremus valachiæ et moldaviæ principis medicus, antiquus exercituum et castrorum medicus primarius, necnon e Regiâ scientiarum academiâ.
M. Ludovicus Guillelmus Lemonnier, Parisinus, consiliarius medicus Regis ordinarius primarius, Regiarum Parisiensis, Londinensis ac Berolinensis academiarum socius, ac in horto Regio botanices professor ac demonstrator.
M. Benjaminus Ludovicus Lucas de Lauvenberge, Laudunensis
M. Petrus Bercher, Parisinus, antiquus facultatis Decanus, Regiæ hispaniarum infantis, dum viveret, necnon Regii exercitus ad inferiorem Rhenum, in ultimo bello medicus primarius.
M. julianus Busson, Dinannæus, nosocomiorum Regiorum in Britanniâ inspector et serenissimæ comitissæ atrebatum medicus primarius.
M. josephus maria franciscus Lassone, Regis ab omnibus consiliis, archiatrorum comes designatus, serenissimæ Reginæ medicus primarius, e Regiâ scientiarum academiâ, universitatis medicinæ monspeliensis Doctor aggregatus et honorarius, Regius librorum censor.
M. Petrus josephus Macquer, Parisinus, Regiæ scientiarum academiæ socius, in horto Regio chemiæ professor et censor Regius.
M. Petrus de Lalouette parisinus, Regii ordinis eques.
M. natalis maria De Gevigland, Parisinus, Regiarum in germaniâ ducum et militum nosocomiorum nuper medicus.
M. joannes stephanus Guettard, Senonensis, Regiarum academiarum, Parisiensis, Upsaliensis, florentinæ et stockholmiensis socius, censor Regius, et historiæ naturalis musæi serenissimi Ducis aurelianensium custos.
M. carolus Ludovicus Liger, altissiodorensis, consiliarius medicus Regis ordinarius in urbe et comitatu altissiodorensi
M. franciscus Bernard, abrincensis.
M. Petrus chevalier De la hamonais, Rhedonensis, Regiis consiliis et secretis.
M. Petrus Poissonier, Divionensis, Regis in sanctiore consistorio consiliarius, Regi a consiliis medicis, in Regiis urbibus maritimis, et coloniis totius medicinæ præfectus, e Regiâ scientiarum academiâ Parisiensi, necnon Bruxellensi, divionensis, Londinensis, matritensis, stockholmiensis et petropolitanæ socius, professor et censor Regius.
M. joannes claudius Munier, Laudunensis, antiquus consiliarius medicus Regis ordinarius et domûs Regiæ invalidorum.
M. franciscus Bidault, Parisinus.
M. Paschasius Borie Dalensis.

M. Stephanus Pourfour du petit Parisinus, Scholarum professor.
Mr. antonius Petit, aurelianus, in horto Regio anatomes et chirurgiæ professor, a regiâ scientiarum academiâ, et militarium Regni nosocomiorum inspector.
M. Ludovicus Gabriel Dupré, Remensis serenissimi principis Condæi consiliarius medicus
M. Bartholomæus Tussanus Le clerc Rothomagensis consiliarius medicus Regis ordinarius in ejus castelleto.
M. Dionisius claudius Doucet Parisinus
M. natalis andreas joannes baptista, chesneau, cenomanus.
M. Dionysius Pautier de la breuille, meuliancensis, serenissimi principis, gallo-provinciæ medicus primarius.
M. Stephanus Ludovicus Geoffroi, parisinus, Regia consiliis et secretis, societatis botanicæ florentinæ, nec non patriolicæ stockolmensis socius.
M. Bernardus nicolaus Bertrand, parisinus.
M. anna carolus Lorry Parisiensis
M. joannes jacobus Missence, andegavensis
M. Petrus augustinus adet parisiensis
M. Ludovicus joannes baptista cosnier parisinus.
M. anna claudius Dorigny, parisinus.
M. franciscus Thierry, Tullensis, Eques Regis a salubri consilio, Regii medicorum collegii nancei socius honorarius, Regiæque ejusdem civitatis scientiarum et humaniorum litterarum academiæ, nec non bitterensis
M. joannes macmahon, laonensis hybernus, antiquus exercituum Regis et nosocomiorum militarium medicus, Regiæ scholæ militaris medicus ordinarius.
M. Ludovicus alexander Gervaise, ambianus,
M. martinus Nouguez, aduvensis
M. joannes franciscus clemens morand, parisinus, eques.
M. claudius franciscus Grandclas, pontimussanus, eques, stanislai Ii poloniarum Regis, olim consiliarius medicus, et Regiorum exercituum a consiliis medicis
M. jacobus Ludovicus alleaume, parisinus, antiquus facultatis Decanus, et militarium nosocomiorum ad Regis exercitum, necnon in insulis americanis nuper medicus Regius.
M. carolus gille de St Leger, claromontensis, eques, consiliarius medicus Regis ordinarius, primi ordinis et totius equestris agminis in exercitu medicus primarius.
M. Petrus maria maloet, parisinus, galliarum principum medicus primarius
M. Ludovicus, petrus felix renatus Le Thieullier, parisinus, antiquus facultatis Decanus, Regis consiliarius, et in majori consilio, necnon in magnâ Regiæ domus et franciæ præfecturâ medicus ordinarius.
M. Edmundus Thomas Moreau, senonensis.
M. claudius josephus gentil, militarium nosocomiorum ad Regis exercitum medicus,
M. joannes baptista Barjolle, salmuriensis, non regens.
M. simon antonius Bringaud, pontesianus.
M. jacobus Gourlez de la motte, parisinus,
M. Petrus abrahamus Pajon de moncets, blesæus, Eques, in urbis præfecturâ medicus ordinarius, academiæ Regiæ catalaunensis necnon societatis rei agrariæ aurelianensis socius.
M. josephus Lieutaud archiatrorum comes.
M. joannes nicolaus millin de la courvault, nivernensis.
M. henricus michael Missa, Remensis, Regii medicorum collegii nanceianorum socius honorarius, antiquus Regis exercituum in germaniâ medicus ordinarius, censor Regius, academiæ catalaunensis socius.
M. Petrus josephus morizot Deslandes, catalaunensis.
M. clariadus vachier, claniacensis.
M. guido David Desspatureaux, bituricus,
M. joannes Descemet parisinus, rei herbariæ professor designatus, censor Regius.
M. maximilianus josephus Leys, audomarinus.
M. marinus jacobus clarus, Robert, cadomensis, et Ducis bipontini, dum viveret, archiater, nec non a consiliis et secretis.
M. guillelmus furnée, Bajocensis.
M. franciscus Ludovicus Thomas d'Anglée, cenomanus.

1766

m. natalis nicolaus mallet, carnutensis
m. joannes armandus, roussin de montabourg, parisiensis.
m. stephanus grossin duhaume, blesensis chirurgiae gallicae professor
m. petrus joannes claudius mauduyt de la varenne, parisinus.
m. caesar coste, arelatensis, censor regius
m. achilles guillelmus le begue de presle, aureliancensis, eques et censor regius
m. nicolaus jeanroy, tullensis regii medicorum nanceianorum collegii socius honorarius.
m. cosma augustinus lezurier, rothomagensis.
m. simon vacher, bisuntinus, regis exercituum in insula corsica medicus primarius
m. carolus sallin, bisuntinensis, scholarum professor designatus, consiliarius — medicus regis ordinarius in ejus castelleto.
m. ludovicus gilbertus royer de jonchere, bituricensis.
m. hugo gauthier, riciacensis lingonensis, consiliarius regis medicus,
m. franciscus thiery de bussy, tullensis consiliarius medicus regis in supremo senatu parisiensi.
m. joannes darcet, severopolitanus aduransis, professor regius, academiae regalis medicinae matritensis socius.
m. josephus philip, intervallensis glandatensis, utriusque pharmaciae professor designatus.
m. joannes baptista alexander moigneu, parisinus.
m. carolus ludovicus franciscus andry, parisinus, anatomes et artis obstetriciae in gratiam matronarum professor, designatus
m. joannes stanislaus mitié, regiae scientiarum et litterarum nanceianae academiae socius, nec non stanislai I. polonorum regis olim medicus ordinarius,
m. josephus jacobus gardane, massiliensis, censor regius, et regiae scientiarum societatis monspeliensis, nec non regiarum academiarum nancei et massiliae socius.
m. joannes antonius elie de la poterie, constantiensis, antiquus regis in portu brestensi medicus, nec non militarium nosocomiorum inspector.
m. edmundus claudius bourru, parisinus, chirurgiae gallico idiomate professor designatus
m. ludovicus claudius guilbert parisiensis, e societate medica edimburgensi, antiquus regis exercituum medicus ordinarius.
m. paulus gabriel le preux, parisinus, utriusque pharmaciae professor —
m. antonius joannes baptista medoricus quenet rothomagensis, pharmaciae professor designatus
m. carolus nicolaus deslon, tullensis, serenissimi comitis atrebatum medicus ordinarius.
m. henricus raymond, augustodunensis regis exercituum in insula corsica — medicus.
m. joannes baptista langlois, abrincensis, chirurgiae latinae professor
m. ludovicus alexander de cezan, parisinus
m. joannes carolus desessartz, lingonensis, saluberrimae facultatis decanus.
m. joannes colombier, tullensis,
m. bertrandus dupuy, arreensis in valle aurensi
m. thomas le vacher de la feutrie, ebroicensis
m. joannes baptista eugenius dumangin, castro theodoricus,
m. joannes augustinus coutavoz, parisinus.
m. franciscus maria lemoine, parisinus
m. joannes baptista michael bucquet, parisinus, chemiae professor
m. carolus jacobus ludovicus coquereau, parisinus, scholarum professor, nec non serenissimi condaei principis medicus ordinarius.
m. josephus ignatius guillotin, santo
m. claudius lafisse, lugdunensis,
m. benjaminus michael sollier de la romillais, rhedonensis apud armoricos
m. joannes jacobus nollau, parisinus
m. antonius laurentius de jussieu, lugdunensis, eques, regia consiliis et secretis regiae scientiarum academiae socius.
m. claudius andreas goubelly, parisinus.
m. philippus alexander macher thamensis alsata.

m. claudius antonius caille, monacensis apud sequanos, e societate medica Edimburgensi.
m. guindant (claudius ludovicus) ex virzione apud bituricenses, e regia scienti-
=arum societate monspeliensi
m. joannes jacobus paulet andusiensis, non regens.
m. joannes franciscus jacobus houllie de chamseru, carnutensis.
m. ludovicus carolus henricus macquart, remensis.
m. eduardus franciscus maria bosquillon, ambianensis, eques, chirurgice —
latino idiomate professor designatus, e societate medica edimburgensi, professor
et censor regius.
m. jacobus franciscus devilliers, san-maxensis picto, antiquus regis exercituum
medicus ordinarius, in germania, regia schola veterinaria medicus.
m. carolus ludovicus varnier, parisinus.
m. theobaldus nizon, sacro caesareus apud bituricenses.
m. carolus jacobus saillant parisinus.
m. henricus joannes bages, parisinus.
m. josephus cotton, gratianopolitanus.
m. joannes franciscus achilles delalouette parisinus. eques.
m. desbois de rochefort ludovicus, parisinus, eques, censor regius.
m. antonius chamont sabbatier, parisinus, regis exercituum in insula corsica
medicus.
m. felix vicq d'azyr, valonensis apud constantienses, scholarum professor designatus,
e regia scientiarum academia, serenissimi comitis atrebatum medicus ordina-
=rius, regii medicorum collegii nanceianorum socius honorarius.
m. thomas le tenneur gavero-constantiensis
m. joannes jacobus delaporte, parisinus.
m. joannes carolus de brotonne, laudunensis
m. joannes baptista jumelin, constantiensis
m. joannes mathaeus de france, sequanus, rei herbariae professor.
m. alphonsus, vincentius, ludovicus, antonius le roi, rothomagensis, chirurgice
gallico idiomate professor designatus.
m. joannes baptista baignere, parisinus.
m. claudius franciscus duchanoy, sequanus.
m. deodatus jeanroy, tullensis, bibliothecae facultatis praefectus
m. maria zorobabel munier parisinus, regis in coloniis orientalibus —
nuper medicus, domus regiae invalidorum dictum militum medicus a
rege designatus.
m. augustinus thouret, lexoviensis
m. henricus alexander tessier, carnutensis clericus.
m. joannes thaurang, claromontensis, non regens.
m. joannes renatus sigault, divionensis, e regia scientiarum academia divio-
=nensi socius, regis pensionarius.
m. christophorus nicolaus dejussieu lugdunensis.
m. joannes natalis hallé parisinus
m. michael franciscus de la planche, parisinus.
m. edmundus jacobinus baudois de la motte, senonensis.
m. stephanus franciscus nicolaus navier, catalaunensis.
m. franciscus doublet, carnutensis in senatu patronus.
m. franciscus nicolaus simonnet parisinus, in senatu patronus.
m. joannes baptista claudius, joannes des longrois, arceanus trecensis
m. guillelmus michel, trevirensis.
m. augustinus roussel de vauzesme, altissiodorensis
m. joannes baptista la roux des tillets, parisinus.
m. ludovicus carolus hallot, lingonensis.
m. joannes franciscus marinier nivernensis
m. joannes baptista josephus tery, atrebatensis.
in hoc catalogo omissa sunt nomina hic apponenda
m. josephus de jussieu, lugdunensis, regiae scientiarum academiae socius
m. jacobus albertus hazon, parisinus
m. jacobus barbeu dubourg, cenomanensis, regiae scientiarum academiae stockolmiensis

societatis regiæ monspeliensis, societatis medicæ londinensis, et societatis philosophi=
=cæ americanæ socius.
sic clauditur catalogus
M. carolus le Roi Dyerisinus, aggregatus.
absoluta hac nominum et cognominum proclamatione, ad quod licèt vocati
sunt Doctores actu disputantes; urna deinde aperta, judicata sunt responsa
meritissimi baccalaurei accurata, docta, quapropter illa probavit saluberrimus
ordo.
Die vigesima sexta mensis januarii anni 1779, extra ordinem disputavit M.
De la planche, de quæstione physiologica, respondente M. mathey baccal=
=aureo meritissimo
Quæstio erat De calore humano.
baccalaurei responsa et Dissertationes per viam scrutinii ab ordine salaber=
=rimo probata fuerunt
Die vigesima octava januarii anni 1779 extra ordinem disputavit M.
Bourdois de la motte, de quæstione physiologica, respondente baccalaureo
M. chambon de montaux
hæc erat quæstio an perspirationi et sudori cæteræ excretiones
vicariæ? conclusio affirmans erat
Baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die tertia februarii anni 1779 extra ordinem disputavit M. navier
de quæstione physiologica, respondente baccalaureo Mo. grosieux -
Delaguerenne. hæc erat quæstio
De natura animalium.
baccalaurei responsa et dissertationes probavit ordo saluberrimus.
Die quinta februarii anni 1779 extra ordinem disputavit M. Doublet
de quæstione physiologica, respondente baccalaureo M. mahon de rouss=
=ay. hæc erat quæstio
an quo certior physiologia, eo medicina securior?
conclusio erat affirmans.
Baccalaurei responsa bona et grata habuit ordo saluberrimus
Die nona februarii anni 1779 extra ordinem disputavit M. simonnet de
quæstione physiologica, respondente baccalaureo Mo ~~Dupuis~~ ~~Pellegrin~~
hæc erat quæstio. quibus orbis universus, iisdem et corpus organicum viribus
regi affirmatur.
Baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die duodecima mensis februarii anni 1779, extra ordinem disputavit M.
Jeannet des Longrois de quæstione physiologica, respondente baccalaureo
Mo. Jouigner de Pellegrin, hæc erat quæstio affirmative concludens
an respiratio plus mechanica sit quam voluntaria?
Baccalaurei responsa grata habuit ordo saluberrimus.
Die decima sexta mensis februarii anni 1779 extra ordinem disputavit
M. michel de quæstione physiologica, respondente baccalaureo M. crochet
hæc erat quæstio affirmative concludens.
an præcellentia medicorum ab idiosyncrasiarum accurat=
=iori notitia
Docta et apposita baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die decima octava mensis februarii anni 1779 extra ordinem disputavit
M. Roussel de vauzesmes, de quæstione physiologica, respondente baccalaureo
Mo champagne du fresnay. hæc erat quæstio affirmative concludens.
Est ne salivalis succus præcipuum chylosis instrumentum?
Baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die quarta mensis martii anni 1779 extra ordinem disputavit M. hallé, de
quæstione physiologica respondente baccalaureo Mo Delaservolle.

hæc erat quæstio cujus conclusio affirmans.
an quæ statim a menstruâ purgatione concipiunt citius pariunt?
Baccalaurei responsa accurata probavit ordo saluberrimus.
Die sextâ mensis martii anni 1779 extra ordinem disputavit M. Le Roux des tillets de quæstione physiologicâ, respondente baccalaureo M. Bertholet
quæstio erat De Lacte animalium medicamentoso.
experimenta et responsa probavit ordo saluberrimus.
Die nonâ mensis martii anni 1779 extra ordinem disputavit M. marinier de quæstione physiologicâ, respondente baccalaureo Mo de fourcroy.
Dissertatio erat De anatome comparatâ.
ordini saluberrimo grata fuerunt Baccalaurei responsa.

Quæstiones antiquodlibetariæ vulgò Pastillariæ

Mi christophori nicolai de jussieu die nonâ mensis novembris anni 1778
an aer in pulmonibus { absorbeatur? decomponatur?
Mi michaelis francisci Delaplanche, die vigesimâ quintâ januarii 1779
an calori animalium { multæ concurrentes causæ / causa quædam specialis
Mi Edmundi joachimi Bourdois delamotte die vigesimâ septimâ januarii
an perspirationi cæteræ excretiones { possint? nequeant? supplere
Mi Tessandi claudii nicolai xavier die primâ februarii anni 1779
an sensibilitate regantur omnes motus { sanæ? morbosæ? œconomiæ animalis
Mi francisci Doublet die quartâ februarii anni 1779
an incremento artis { physiologia? observatio?
Mi francisci nicolai simonnet die octavâ mensis februarii anni 1779
an corpus organisatum regatur viribus { orbis universi? peculiaribus?
Mi joannis baptistæ claudii jeannet des longrois die decimâ februarii 1779
an respiratio { mechanica duntaxat? mechanica et voluntaria?
Mi guillelmi Michel die decimâ quintâ mensis februarii anni 1779
an idiosyncrasiarum accurata notities { facilis? certa?
Mi augustini Roussel de vauzesmes die vigesimâ quartâ februarii 1779
an præcipuum chylosis instrumentum { salivalis succus? bilis?
Mi joannis jacobi Le Roux des tillets, die primâ martii anni 1779
an lac animalium { emulsio vegetabili similis? Liquor specialis in organo suo secernente efformatus?
Mi Ludovici caroli hallot, die tertiâ mensis martii anni 1779
an felicius pariunt quæ { statim a menstruâ purgatione? ante menstruam purgationem? concipiunt
Mi joannis francisci marinier, die octavâ mensis martii anni 1779
an medicinæ incrementa ab anatome { comparatâ humanâ
Mi joannis baptistæ Thery die decimâ martii anni 1779
an tendines Rupti { suendi fasciâ coadunandi?

Quæstiones medico chirurgicæ

Die undecimâ mensis martii anni 1779 extra ordinem disputavit M. Thery de quæstione medico-chirurgicâ, respondente Baccalaureo M. Grosieux de laguerenne.

hæc erat quæstio affirmativè concludens
an secandi tendines?
baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die decimâ sextâ mensis martii anni 1779 in suo ordine disputavit M. nollan de quæstione medico-chirurgicâ, respondente baccalaureo Mo. crochet
hæc erat quæstio quæ affirmativè solvebatur
an impeditis lacrymarum viis, parari debeat lacrymis artificiale iter, in casum quod juxta majorem oculi canthum inter superficiem internam palpebræ et oculi globum deprehenditur?
baccalaurei responsa grata habuit ordo saluberrimus.
Die decimâ octavâ martii in ordine suo disputavit M. Solier de la Romillais de quæstione medico-chirurgicâ, respondente baccalaureo M. champagne Dufresnay. hæc erat quæstio affirmativa.
an in omni tumore, ut plurimum sit tentanda resolutio?
baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die vigesimâ tertiâ mensis martii in suo ordine disputavit M. Lafisse de quæstione medico-chirurgicâ, respondente baccalaureo Mo Dewrenzel hæc erat dissertatio
De extractione cataractæ
ab ordine saluberrimo probata fuit baccalaurei responsa.
Die vigesimâ sextâ mensis martii in ordine suo disputavit M. Guillotin de quæstione medico-chirurgicâ, respondente baccalaureo Mo. Lafewolle
hæc erat quæstio affirmativa
an inflammationi, pro variâ sede resolutio, vel suppuratio potior?
baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die trigesimâ mensis martii in ordine suo disputavit M. Coquereau de quæstione medico-chirurgicâ, respondente baccalaureo M. chambon.
hæc erat quæstio affirmativa.
an legitimæ vulnerum suppurationi promovendæ cortex peruvianus.
ordini saluberrimo grata fuere baccalaurei responsa.
Die decimâ tertiâ mensis aprilis anni 1779 in ordine suo disputavit M. Bucquet, respondente baccalaureo Mo. Defourcroy, hæc erat dissertationis materies
De novâ laryngotomiæ methodo.
Baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die decimâ quintâ mensis aprilis in ordine suo disputavit M. lemaire de quæstione medico-chirurgicâ, respondente baccalaureo M. Dupré.
hæc erat quæstio affirmativa
an in excitandis fonticulis, lapis causticus præstantior?
Responsa baccalaurei bona accepit saluberrimus ordo,
Die vigesimâ aprilis in ordine suo disputavit M. couteaux de quæstione medico chirurgicâ affirmante, respondente baccalaureo M. Bertholet,
num bubones critici in febribus malignis?
baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.
Die vigesimâ secundâ aprilis in ordine suo disputavit M. Dumangin respondente baccalaureo mo. mathey
responsa baccalaurei probavit ordo saluberrimus.
Die vigesimâ septimâ mensis aprilis in ordine suo disputavit Mr le vacher de la feutrye, de quæstione medico-chirurgicâ, respondente baccalaureo mo. Poignet de Pellegrina, hæc erat dissertatio
De quibusdam objectis adversus sectionem symphyseos ossium pubis
baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus
Die vigesimâ nonâ aprilis in ordine suo disputavit M. Dupuy de quæstione medico-chirurgicâ. respondente baccalaureo mo mallon deshbussay.

hæc erat quæstio, seu potius dissertatio.

De fonticulorum usu.

baccalaurei responsa probavit ordo saluberrimus.

orationes Publicæ
in Scholis medicorum Parisiensium habitæ

Die dominicâ vigesimâ secundâ mensis novembris anni 1778 Mr. Stephanus Pourfour Dupetit scholarum professor, horâ quintâ pomeridianâ, pro solemni scholarum inauguratione, publicam habuit orationem in quâ probavit artem medicam, hodierno præsertim tempore facilioram esse ediscendo, difficiliorem in exercendo.

Die dominicâ vigesimâ nonâ ejusdem mensis M. Stephanus grossin — Duhaume, chirurgiæ vernaculo idiomate professor, horâ quintâ pomeri=dianâ, gallicè orationem exposuit, En quoi consiste la vraie gloire du chirurgien

Demonstrationes anatomicæ,
opera chirurgica, Galenica et chimica in amphitea=tro celebrata anno 1779

Die vigesimâ quintâ mensis januarii anni 1779 et sequentibus Mr. Stephanus Grossin duhaume, chirurgiæ gallico idiomate professor, chirurgicas operationes publicè exposuit, manum et industriam præb=ente Mo. claudio andreâ Goubelly, chirurgiæ professore antiquo.

Die primâ mensis martii et diebus sequentibus M. joannes baptista — Langlois chirurgiæ latino idiomate professor, chirurgicas operationes publicè exposuit, in partem laboris veniente Mo. claudio andreâ Goubelly antiquo chirurgiæ professore, qui solertissimâ, ut moris est, eas manu perfecit


Die vigesimâ secundâ ejusdem mensis et sequentibus, M. carolus ludovicus, franciscus andry, artis obstetriciæ in gratiam matronarum professor, lectiones anatomicas de partibus ad partum inservientibus, instituit, easdem deinde partes matronis demonstrante Mo. claudio andreâ Goubelly

Die decimâ mensis aprilis M. carolus ludovicus Coquereau scholarum professor, cursum anatomicum publicè incepit, partes oculis subjiciente Mo. michaela francisco Delaplanche

Die duodecimâ ejusdem mensis M. carolus ludovicus franciscus andry, lectiones instituit de arte obstetricandi, operi manum admovente, variasque enchei=reses demonstrante M. goubelly.

Die decimâ sextâ mensis augusti M. joannes baptista michael Bucquet chemiæ professor, qui morbo atroci detentus, publicum chemiæ cursum, die indictâ tertiâ maii, instituere non potuerat, incepit cum summâ, ut moris est, auditorum, ex omni civium ordine, assiduitate ac frequentiâ.

Die undecimâ mensis octobris M. Paulus Gabriel Leprenx, utriusque pharmaciæ professor, pharmaciæ specimen exposuit ejus operationes solerter celebrante antonio solome Pharmacopæo Parisiensi solertissimo.



acta et comitia
Saluberrimæ facultatis annis 1778–1779

Die sabbati decimâ quartâ mensis novembris anni 1778 horâ secundâ pomeridianâ, incepit Baccalaureorum examen anatomicum quod persecuti sunt Decanus et Examinatores, plurimis astantibus doctoribus die dominicâ, Lunæ, martis mercurii, jovis et veneris sequentibus.

Die verò sabbati vigesimâ primâ ejusdem mensis convenere Doctores medici, sequenti schedulâ pro more delatâ congregati

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ post sacrum 1°. clarissimum collegam M. Barbeu du bourg, dicentem, 2°. clarissimos Baccalaureorum in examine anatomico examinatores de iis referentes audituri et postea suum de iisdem judicium per scrutinium laturi. 3°. Decanum de rebus ad facultatem pertinentibus Decanum dicentem audituri.

Antequam dicendi copia fieret Mo. Barbeu Dubourg, Doctoribus notum fecit Decanus se a cæmentario monitum fuisse, cloacam stercorariam in ædibus antiquarum scholarum, in viâ dictâ de la bucherie, dehiscere partim jam deletam, et magnam timori causam esse, ne mox ruinas, et alieni perniciem inferat. quibus auditis

Statuit saluberrima facultas, statim et illicò allaborandum esse ne quid detrimenti accipiant cives a ruinâ cloacâ stercorariâ in ædibus antiquarum scholarum, at nihil ædificandum esse nec restituendum in domo quam ruinas minitantem et jam jam collabescentem deserere coacti fuimus, imò a Decano inquirendum esse an ædes illæ vendi possent et sic concludi J. C. DesEssartz Decanus.

Paucis observandum præbuit clarissimus Collega M. Barbeu du bourg, maximi multis in morbis præsidii esse aquas medicatas e visceribus terræ scaturientes, at tanto pretio emendas esse ut iis uti nequeant plerique cives, egeni, præsertim, multum ergò de Republicâ meritos esse medicos aut physicos, qui has omnes et singulas aquas imitandi, et virtutibus æqualibus, insignes alias comparandi, artem docerent; cùm verò ad bona et utilia suscipienda sertius et fortiùs pellantur homines vel eruditi, aliquâ mercede allecti, aut laudis publicæ spe moti, sibi in mentem venisse aperuit, præmium quoddam levissimum, honoris potiùs quàm lucri causâ, a facultate saluberrimâ proponendum esse iis qui plures ac excellentiores aquas medicatas in officinis parandi tutam darent artificium. re in deliberationem missâ

Ex majori suffragiorum numero statutum est, utilem esse et in magnum civitatis commodum versuram propositionem a Mo. Dubourg factam, et ut hanc ad felicem successum ducerent, tum collegas, tum regnicolas, atque etiam extraneos medicos invitandos esse, non chemicæ tantum miracula, sed praxeos medicæ oracula interrogantes: verùm enim verò de præmio definiendo, aliis in comitiis esse deliberandum et sic concludi J. C. DesEssartz Decanus

Auditis clarissimis examinatoribus Baccalaureorum in examine anatomico, de eorum doctrinâ et industriâ referentibus, his verbis

Quem nobis magistratum imposuistis vigilantissime Decane, collegæ spectatissimi, hunc strenuè alacriterque gessimus; quæque nobis plena tædii ac molestiæ primâ fronte visa fuerat provincia, hanc sincerè suavissimaque voluptatis fontem fuimus experti. quod enim piæ teneræque matri solet contingere, ubi numerosâ diversæ prole, quam sinu fovet et educat, ut natorum laboribus lusibusque sociam sese præsidemque amat præbere, et eorumdem contentionibus, studiis amoribus spes novas concipiat, et quidquid de unoquoque expectare debeat, gaudeat vaticinari: illud idem nobis contigisse fatemur. sex enim illos interrogavimus cùm eos in rebus anatomicis omnino concoctos et subactos reperimus, et de omnibus hujusce scientiæ partibus, adeò aptè et copiosè, adeò concinnè et eleganter responderunt ut liceat nobis vaticinari, illos sibi, patriæ et saluberrimo ordini non medicri decori et ornamento futuros

Quoniam autem ea est naturæ lex ut, quemadmodum non eadem est omnibus

corporibus venustas et elegantia, sic non sit eadem omnibus ingeniis acies et perspicacitas, non possumus nonnullos non distinguere, qui inter alios eminere visi sunt. illos igitur hic cum laude appellabimus, non quod aliorum laudes velimus deterere, sed ne debito laudum vectigali quasi defraudati alii viderentur. eminue=runt igitur inter baccalaureos vestros D.D. Delaguerenne, fourcroy, matthey, crochet et champagne, ita tamen ut illos commilitones alii, non longo quidem, sed saltem aliquo secuti fuerint intervallo. igitur maximo consensu in ea summa sententia eorum responsa cum omni laude esse excipienda. nobis vero nihil aliud superest, nisi ut horatiano illo vobis gratulemur: fortes creantur fortibus, et bonis est in juvencis et in equis patrum virtus, nec imbellem feroces progenerant aquilae columbam --- subsignaverunt examinatores M.M. moreau, Deslon Bacher, et jumelin.
per scrutinium probata fuere singulorum Baccalaureorum responsa et opera et sic conclusi J. C. DesEssartz Decanus.

Cum sententiam suam proferens, circa propositionem M. Barbeu du bourg, quae ab eodem M. Dubourg desideratum, a se susceptum et pro virili parte peractum fuisse declaravisset M. Duchanoy, illud quod jam Decano traditum, deputatis examin=atoribus esse submitterent; pro voto, in deputatos examinatores operis Mr Duchanoy circa medicatas aquas, appellavit ordo saluberrimus M.M. majault, Bertrand Sallin et Darcet, et sic conclusi J. C. DesEssartz Decanus.

Die vigesima sexta mensis novembris habita sunt comitia per schedulam sequentem convocata

Per juramentum

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores die jovis vigesima sexta mensis novembris anni 1778 hora decima matutina, Decanum litteras ab illustrissimo Regiorum sigillorum custode sibi missas legentem, et quid egerit referentem audituri et postea deliberaturi.
datum parisiis die lunae vigesima tertia ejusdem mensis et anni
J. C. DesEssartz Decanus

Coram doctoribus frequentissimis legit Decanus epistolam illustrissimi Regiorum sigillorum custodis quae sic se habebat
a versailles le 22 9bre 1778
Sa majesté, Monsieur, est dans l'intention de se faire rendre compte de tout ce qui a été fait a la faculté de medecine depuis les lettres patentes portant etablissement de la société royale de medecine. en consequence vous aurez agreable de m'envoyer incessamment des expeditions de tous les decrets qui ont été faits depuis ces lettres patentes et de me rendre compte de tout ce qui a été fait en vertu de ces decrets. au surplus l'intention de sa Majesté est qu'il ne soit absolument rien fait dans la faculté sur l'objet de ces decrets, jusqu'a ce que sur le compte qui sera rendu a sa Majesté, elle ait fait connoitre ses intentions. je suis, Monsieur parfaitement a vous
signé miromenil
infra scriptum legebatur
M. DesEssartz.

Legit deinde Decanus historiam eorum quae acta sunt in saluberrima facultate, a die vigesima prima septembris anni 1778, ad hunc usque diem, quam quidem historiam, titulo praemisso, Extracta e commentariis saluberrimae facultatis in alma universitate parisiensi, ad D.D. sigillorum Regiorum custodem illustrissimum, versalias tulerat, illius epistolae obtemperans.
Legit pariter libellum memorialem, de decretis interdictis, a se confectum, et eidem illustrissimo Regiorum sigillorum custodi oblatum. hic erat libellus ille memorialis

Reflexions sur les Decrets de la faculté de medecine de Paris depuis le 22 septembre 1778 et remis par son Doyen a Monseigneur le garde des sceaux le 24 novembre 1778.

Les decrets portés par la faculté de medecine de Paris depuis le 22 septembre

1778. et sur les objets desquels il lui est defendu de rien faire absolument jusqu'a ce que sa majesté ait fait connoitre ses intentions, ou ont quelque rapport a la société Royale de medecine, ou n'ont aucun rapport a elle

Decrets qui n'ont aucun rapport a la société Royale de medecine.

Celui du 22 septembre qui a nommé des commissaires pour repon=dre a la demande de Mr. De caumartin sur la fumée du charbon de terre.
Celui du trois octobre qui a admis les candidats a l'examen.
Celui du meme jour qui rejette la proposition faite d'etablir un comité exprès pour les maladies des artisans.
Celui du meme jour qui ordonne d'approuver la conduite du Recteur dans l'affaire qui a excité la nomination du coadjuteur et survivancier du greffier de l'université.
celui du 18 octobre jour de la St Luc concernant la liberalité de quelques Docteurs
celui du 2 novembre qui adjuge les prix aux dissertations qui les ont meritées, et determine l'objet du prix de l'année suivante
celui du 7 novembre qui regarde la nomination du Doyen et des professeurs.
Celui du même jour qui ordonne de poursuivre l'execution des arrets de la Cour contre les apothicaires qui refusent d'y obeir
celui qui refuse a Mr. Bucquet une demande faite d'apres un faux rapport
Celui du 11 novembre qui nomme un censeur.
celui du meme jour qui accorde des honoraires a l'avocat au conseil qui a fait les requetes de la faculté
celui du meme jour qui accorde des honoraires aux examinateurs des dissertations pour les prix
celui du même jour qui n'accorde point a Mr charles le Roi la regence a laquelle il n'a aucun droit
celui du 28 novembre qui approuve les reponses des Bacheliers
celui du meme jour qui a pour objet le Batiment des anciennes ecoles.
celui du meme jour qui nomme les examinateurs de l'ouvrage de Mr. Duchanoi.
enfin celui concernant la demande de Mr. Bosben du bourg, relativement aux eaux minerales artificielles: il n'est pas encor formé puisque la decision est renvoiée a une autre assemblée, qui n'a pas encor eté tenue
Certainement ces decrets n'interessent en rien l'etablissement de la société Royale de medecine, et ne seront jamais un attentat a l'autorité du Roi ni une desobeiss=ance a sa volonté.

Decrets qui ont rapport a la société Royale de medecine, ou que la société pretend avoir rapport a elle

I°. celui du 22 septembre qui ordonne de tres humbles representations a sa Majesté au sujet de l'etablissement de la société, de demander le secours et l'intervention de l'université, enfin d'ajouter vingt deputés aux quatre deja nommés pour suivre cette affaire.

il n'est pas a presumer que ce soit ce decret dont on ait voulu empecher l'exec=ution, puisque ce seroit faire dire a un Roi juste, qu'il ne veut pas que ses sujets lui fassent de tres humbles representations, lorsqu'ils se croient lesés par un etablissement nouveau et evidemment surpris a sa Religion; et si l'on parvenoit a interdire toute defense a la faculté ce seroit une nouvelle preuve de la necessité de sa reclamation

2°. ceux des 19 octobre et 2 novembre, qui ont pour objet l'etablissement d'un comité composé de 24 Docteurs, chargés de recueillir et d'examiner les observations medicinales communiquées a la faculté.

Les membres de la société n'ont point dissimulé que ce comité leur portoit ombrage, et qu'il leur importoit fort d'en empecher l'execution. ils ont fait a ce sujet plusieurs demarches. ils ont peint cet etablissement avec les couleurs qu'ils ont jugé les plus propres a choquer et a armer l'autorité du Roi contre la faculté.

il est necessaire pour detruire les impressions qu'on a voulu donner d'exposer
les motifs et l'objet reels de ces decrets.
De tout tems la faculté a tenu le premier de chaque mois une assemblée dans la
quelle les Docteurs rapportent les observations qu'ils ont faites sur les maladies
regnantes, en un mot sur tous les objets relatifs a la medecine. cette assemblée
est d'obligation suivant les ordonnances et les arrets de la cour, non seulement
pour la faculté de Paris, mais pour les autres facultés et colleges du Royaume
en 1770 la faculté jugea que ces assemblées seroient plus utiles si l'on nommoit
un secretaire pour recueillir les observations qui seroient communiquées soit
de vive voix, soit par ecrit, et si on les soumettoit a l'examen de quelques
commissaires. il etoit question dans ce projet d'inviter les facultés, les colleges
de medecine et les medecins des provinces a concourir avec la faculté aux
progrés de l'art. ce projet approuvé alors, n'a pu etre mis a execution
qu'en 1777. le nombre des Docteurs qui se sont rendus a ces assemblées et celui
des observations communiquées a eté si considerable que le tems des assemblées,
quoique tenües deux fois par mois, et le nombre des quatre commissaires ne
sont plus suffisans pour lire et examiner toutes les observations et tous les
memoires.
Tel est le motif qui a determiné a former le comité des 24, dont les fonctions
sont de communiquer leurs observations, de recueillir celles de leurs confreres,
de lire les memoires ou dissertations envoiés, de les examiner avec scrupule, afin
d'en elaguer tout ce qui est inutile, etranger ou erroné, et de ne conserver que
ce qui peut reellement augmenter les lumieres acquises, et etendre les limites
de l'art. leur ouvrage, fait et arreté entre eux ils doivent le communiquer a
la faculté entiére assemblée a cet effet. ils ne peuvent rien autoriser par
eux mêmes, rien faire imprimer sans l'attache de la faculté, de qui ils tiennent
leur mission, et a qui ils doivent compte de leurs travaux. ce comité est donc
celui de la faculté, il est dans son sein, composé de ses membres, et l'on peut
dire de ses membres les plus distingués. il a ainsi que l'assemblée du prima mensis
dont il est une extension et le supplement, la doctrine et les progres de l'art
pour objet. tous les citoyens qui en sont instruits y applaudissent.
Les membres seuls de la société en sont offensés; parcequ'ils en redoutent le
parallele, ils tremblent que le gouvernement voiant dans la faculté toutes
les lumieres qu'il desire pour le soulagement des peuples, ne juge l'etablissement
de la société, sinon absolument inutile, au moins peu avantageux et dont il seroit
possible de se passer, et par consequent d'epargner a l'etat une depense infructueuse;
ils le craignent d'autant plus qu'ils sont persuadés que les facultés et colleges
de medecine, les medecins même particuliers ne tarderoient pas a envoier leurs
observations, leurs travaux au comité, où ils auroient pour juges les plus celebres
praticiens de Paris, au lieu de les envoier a la société qui n'est presque composée
que de jeunes gens dont l'experience ne peut pas encor etre assés eclairée pour
prononcer sur le merite d'une observation.
La faculté de medecine ne peut hesiter un instant que le conseil de sa Majesté n'adop=
=tera pas le sistême des membres de la société, qui voudroient que sa majesté les
etablit les maitres exclusifs de la theorie et de la pratique medicinale. ils preten=
=dent que les lettres patentes portant leur etablissement leur assurent ce privilege
et c'est dans cet esprit qu'ils ont osé denoncer le comité de la faculté comme un
attentat a l'autorité du Roi. ils se sont bien gardés de hazarder une inculpation
aussi absurde, en faisant connoître le comité tel qu'il est reellement. ils n'ont
pu se dissimuler que les ministres auroient rejetté leurs plaintes avec le
mepris qu'elles auroient merité. c'est pourquoi ils ont jugé qu'il etoit necessaire
de leur donner une apparence de fondement, en pretant a la faculté un etab=
=lissement qu'elle n'a point fait, en le presentant comme s'etant nommé des
associés libres, honoraires, regnicoles etrangers, des correspondans regnicoles, etrangers,

en un mot, comme l'étant composée un comité semblable en tout a la société, par la ils ont accusé la faculté d'insulter a un etablissement fait par le Roi, ils n'ont pas rougi de dire que la faculté dressoit autel contre autel.

a ces calomnies il suffit sans doute de repondre ... cette nomination d'associés libres, honoraires, de correspondans est une imposture. la faculté n'a rien fait de semblable: elle invite les facultés et colleges de medecine a concourir avec elle aux progres de l'art. sans doute il n'appartient qu'aux membres de la société de faire un crime a la faculté de medecine de vouloir continuer, ce qu'elle a toujours fait, d'exciter l'emulation parmi les medecins de province comme parmi ses membres.

s'il est permis de s'arreter un moment sur l'etablissement supposé, est il donc vrai qu'il seroit un mal qu'il faudroit proscrire s'il existoit. cet etablissement procure=roit un commerce de connoissances medicinales entre la faculté de medecine de Paris et les medecins des provinces. or le bien qui en resulteroit ne seroit il pas tout pour les progrés de l'art et par consequent pour le soulagement des sujets du Roi. cet etablissement merite donc l'approbation la plus signalée de la part du gouvernement loin d'exciter son indignation.

La société dira t'on est etablie pour cette correspondance, et ce seroit lui enlever une partie des richesses qu'elle en attend. cela pourroit etre vrai. mais assurément on ne dira pas que ces richesses seront perdues si elles sont confiées a la faculté, ou qu'elles deviendront dangereuses entre ses mains. bien plus le veritable desir de contribuer au bonheur des peuples impose l'obligation d'ouvrir un depôt a ceux des corps de medecine ou des medecins particuliers, qui ne voudroient pas envoier leurs observations a la société. si c'est la ce que craint la société, elle annonce trop visiblement son impuissance pour faire tout ce qu'elle a promis, et la certitude qu'elle en a.

Resumons en deux mots, 1º l'accusation intentée contre la faculté est fausse 2º. le but des accusateurs est de se rendre maitres privilegiés de la Theorie et de la pratique de la medecine. cette pretention est un veritable attentat contre le bien public. elle ne sera jamais accueillie. un Roi juste et bienfaisant ne peut empecher la faculté de faire tout le bien dont elle est capable et de le faire de la maniere la plus fructueuse pour ses peuples. :/.

hunc libellum necnon et Decani agendi rationem probavit ordo saluberrimus et dein ad deliberationem, de iis quæ agenda essent, descendit. jam plures suam aperuerant sententiam, cum clarissimus Collega M. moreau, sibi dicere quid sentiret, nec liberum nec forsan tutum fore annotavit, cum audiretur a tribus in societate Regiâ, adversus facultatem militantibus, M.M. scilicet Coquereau Thouret et chamseru. se tacituros quoque, iis Doctoribus præsentibus plures alii declararunt. postquam dictos M.M. coquereau, Thouret et chamseru monuit Decanus, quam iniquum esset suffragiorum libertatem coercere, tollere, surrexerunt illi et e comitiis evasere. tunc ad deliberationem rursus vocati sunt Doctores singuli. collectis et numeratis suffragiis

saluberrima facultas, cui nihil unquam magis cordi fuit quam mandatis Regiis subditissimam sese atque obedientissimam præbere, auditis ab illustrissi=mo Regiorum sigillorum custode scriptis ad Decanum litteris, quibus postulaban=tur Decano singula decreta a die vigesimâ secundâ mensis septembris ad hunc usque diem lata, et vetabatur ne hæc decreta ulla exequeretur ordo salub=errimus; unanimi consensu statuit 1º. Regis voluntati, hisce in litteris nun=ciatæ esse obtemperandum ac proinde ab omnibus decretis a die vigesimâ secundâ mensis septembris ad hunc usque diem latis abstinendum esse, donec de iis suum judicium tulerit Rex æquissimus: 2º. ad integerrimum Regiorum sigillorum custodem deputandos esse citò citius Decanum pluresque Doctores, qui postularent ut ixè licentiam nulli reo denegatam, sui defendendi falsis criminationibus veritatem opponendi, et aperte retundendi inimicorum clam rebus novis studentium calumnias, ne, iis solis auditis, plecteretur salub=errima facultas, suis juribus et suis emolumentis defraudata. et sic conclusi.

S. C. DesEssartz Decanus

Die nonâ mensis Decembris convenere Doctores medici, sequenti schedulâ vocati.

Per juramentum

Convocantur Doctores medici omnes in Scholas Superiores, die mercurii nonâ mensis decembris anni 1778, horâ decimâ matutinâ, juxta conclusiones tribunalis academici, libellum nomine consultissimae facultatis jurium publici juris factum, nec non negotia de quibus in eo libello refertur, noscituri et posteà deliberaturi.

Datum parisiis die quintâ ejusdem mensis et anni J. C. DesEssartz Decanus.

Quot et quantis dissidiis agitatum fuerit tribunal academicum in re ad nominationem M. girault de Keroudou in vicarium fidelissimi Universitatis Scribae cum spe futurae successionis, narratum est in historiâ eorum quae acta sunt in comitiis academicis. hanc nominationem universitati odiosam totis viribus defendebat et tutari conabatur Mr. Sabouraux de la bonneterie consultissimae jurium facultatis Decanus. juris publici fecerat libellum memorialem, amplissimo Rectori, Decano saluberrimi ordinis, gallicae et normannae nationis procuratoribus injuriosum, mendaciis et calumniis refertum. hunc tribunali academico denunciaverat amplissimus Rector, postulaveratque ut de eo suis facultatibus, Decani Theologiae et medicinae, suis nationibus procuratores referrent. Lectus est libellus ille memorialis cum suis adjunctis et in deliberationem ventum est. Rogatis sententiis

multa promissa sunt, sed nihil factum est ad hunc usque diem.
Decani agendi rationem probavit ordo saluberrimus.
Jam comitia solvebantur, cum enixè petierunt M.M. Gervaise et Lezurier
ut de ultimo articulo quem proposuerat schedula monitoria comitiorum
die duodecimâ octobris proximè elapsâ habitorum tandem deliberaretur.
itaque, assentientibus caeteris, missa est in deliberationem institutio viginti
quatuor Doctorum consilii de observationibus medicis, anno praeterito
eâdem die decimâ octavâ octobris facta. collectis et numeratis suffragiis
Ex majori suffragiorum numero statutum est, consilium de Doctrinâ
dictum, quod juxta decretum die decimâ octavâ mensis octobris anni 1778
latum, viginti quattuor Doctores efformant, munera sibi credita adimplet-
-urum, donec saluberrima facultas ritè convocata, quam citissimè fieri
poterit, de ejus commodis vel incommodis, et is quae in eo sunt emendanda
certior, an et quale sit servandum, ultimis hac de re habendis in comitiis
pronunciaverit et sic conclusi J. C. Desessartz Decanus.
quod decretum subsignaverunt M.M. De l'Epine, Le clerc, Maigret, Leprieux.
Postridie, die nempe decimâ nonâ mensis octobris, post missam pro
defunctis, solita habita sunt comitia, in quibus vetus et nunquam omissum
dixere sacramentum Pharmacopaei praetoriani. nullus e chirurgis, licet
vocatus, venit, quapropter soluta iis denunciata fuit postulatio.
Epistolam a D.o agatange le Roi scriptam legit Decanus, quâ postulabat
vir ille, inter medicos serenissimi comitis Atrebatium numeratus, deputatos
qui remedii cujusdam ad morbos e lacte oriundos, debellandos, ut aiebat, potent-
-issimi, virtutes et effectus noscerent et examinarent, praesertim apud aegrot-
-antes mulieres, in nosocomiis Parisiensi degentes; de remedii naturâ et
administratione tacebat autor. postulatis Doctorum sententiis...
Ex longè majori suffragiorum numero saluberrima facultas statuit D.o
agatange le Roi respondendum esse, nullos fore appellandos deputatos
nisi priùs in libello et remedium et observationes quis constat, illud utile
esse et maximè proficuum declaraverit et sic conclusi J. C. Desessartz
Decanus

insurrexit Mr. Lezurier petens sibi dari actum reclamationis suæ hesternis in comitiis factæ adversus suffragia Doctorum Regentium qui consilium de doctrinâ dictum efformantes, in deliberatione de eodem consilio suam miscuerant cum cæteris Doctoribus sententiam. actum illum denegavit Decanus et postulavit ab ordine saluberrimo an actum illud concedendum esse censeret ac proinde de illâ Mri. Lezurier postulatione deliberaretur. Rogatis et collectis sententiis

Ex longè majori suffragiorum numero decrevit ordo saluberrimus, nullum esse deliberandi locum, quia postulatum a Mo. Lezurier actum nullatenus concedi potest, et sic conclusi. J. C. DesEssartz Decanus

Die sextâ novembris anni 1779, primâ die sabbati post festum omnium sanctorum convenere Doctores medici juxta schedulam sequentem

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores, die sabbati sextâ mensis novembris anni 1779, horâ decimâ matutinâ post sacrum 1o. clarissimos Collegas examini dissertationum ad præmia merenda millarum, propositos, de iis referentes; 2o. eosdem clarissimos collegas quæstionem, pro præmio anno 1780 distribuendo, proponentes audituri et postea deliberaturi; 3o. Decanum, professores, bibliothecæ præfectum et examinatorem unum ad comitia prima mensis dicta deputatum, electuri

Datum parisiis die sabbati trigesimâ mensis octobris ejusdem anni J. C. DesEssartz decanus.

hisce in comitiis, 1o. legit Decanus epistolam Mri. Buchoz doctoris medici, ordini saluberrimo offerentis quatuor primos fasciculos a se scriptæ historiæ generalis trium naturæ regnorum, quos libens et gratus accepit ordo saluberrimus, 2o. clarissimorum deputatorum, ad examinandas dissertationes pro præmio concurrentes, judicium legit Decanus, his verbis contentum.

Messieurs

vous avés proposé pour sujet du prix de cette année et dont la proclamation doit se faire dans la seance publique... quels sont les avantages de l'allaitement des enfans par leur mere, dans l'ordre physique, morale et politique. nous avons reçu quatre memoires au tems prescrit par votre programme; ces jours passés on nous en a remis un cinquieme qui n'etoit plus admissible, et que nous avons rendu sans l'examiner.

Vos commissaires qui m'ont chargé de vous rendre compte de leur travail et de leur jugement ont lu les quatre memoires, ils ont, en leur particulier, ecrit leurs reflexions sur chacun, et adjugé le prix dans un comité ad hoc. ils ont apporté et communiqué chacun leur jugement. tous ces jugemens particuliers se sont trouvés parfaitement uniformes.

Parmi les quatre memoires trois ont perdu de vüe la question telle que vous l'aviés proposée; l'un s'est etendu sur les maux aux quels s'expose une mere qui ne nourrit pas son enfant. un autre a dicté des loix pratiques a celle qui nourrit. un troisiéme enfin s'est livré longuement a la question metaphysique de l'influence de l'ame sur le corps. un seul a saisi la vraie question, ne s'en est jamais ecarté et a traité ses trois divisions avec une solidité, une eloquence capables d'operer la reforme que s'etoit proposée la faculté, en desirant que l'on rappelât les meres a un devoir sacré, l'allaitement de leurs enfants. ce memoire a pour devise, vir et uxor liberos communiter procreant, non item communiter educant. sed in eis propria sunt hujus et illius adjumenta, alere matrum est, erudire patrum, — lib. œconom. cap. 7.

Messieurs les commissaires pensent qu'il merite le prix que vous avés fondé sur le legs qui vous a eté fait par Mr. Malouin. ils n'ont point accordé d'accessit, parceque aucun des autres memoires ne leur en a paru digne, etant toujours loin de la question.

J. C. DesEssartz Doyen.

Quibus auditis saluberrima facultas ratum et gratum habuit clarissimorum deputatorum judicium et præmio donavit auctorem dissertationis, cujus hoc legitur epigramma, Vir et uxor. &c. censuit quoque nullum alium ad præmium accessisse, et sic conclusi. J. C. DesEssartz Decanus.

3° nunciatum est a clarissimis deputatis eisdem electam fuisse quaestionem de vermibus sequentem, pro praemio anno 1780 distribuendo.

I°. y a-t-il des signes certains de la presence des vers soit dans l'estomac, soit dans le canal intestinal. 2° quels sont ces signes, 3° quand la presence de ces insectes est-elle dangereuse; 4° quels sont les moyens curatifs dans les differentes circonstances?

hanc probavit ordo saluberrimus, jussit que proponendam et sic conclusi

J. C. DesEssartz decanus

4° clarissimi deputati quibus libellum memorialem et consilium de uno e collegiis universitatis Parisiensis versalias transferendo commiserat examinandum saluberrimus ordo, suas de utroque relationem et sententiam tradiderunt. quibus auditis

saluberrimus ordo et longè majori suffragiorum numero censuit peroptabilem esse versaliis in urbe Regum dilectissimorum domicilio et civium abundantissimâ, collegii Rectoriâ auctoritate, legibus academicis gubernandi, uno verbo verè ex omni parte academici institutionem; ast de re insolitâ, moribus, legibus, constitutionibus academiae Parisiensis prorsus adversâ, nefas sibi videri aliquid definire non postulante, imo inscio Regiorum sigillorum custode illustrissimo Cancellarii munus implente — academiae Parisiensis protectore et moderatore, et antequam a supremo senatu, per quem collegiorum et Universitatis totius institutio, disciplina, leges et opes vigent hac de re deliberandi copia facta fuerit. quapropter statuit a suo Decano, in tribunali Academico pronunciatum iri, saluberrimae facultatis voto, cuilibet deliberationi proposito aut proponendo de uno e collegiis universitatis Parisiensis versalias transferendo, supersedendum esse donec propositae translationis participes facti fuerint Regiorum sigillorum custos et supremi senatus procurator catholicus — et sic conclusi J. C. DesEssartz Decanus.

5° ad electionem Decani, professorum, bibliothecae praefecti, et aliis in comitiis prima mensis dictis examinatoris deventum est. gratias egit Decanus ordini saluberrimo, his verbis

Quid intra nostri magistratus annum huncce ultimum actum sit, vestram in memoriam, viri medicinae proceres, revocari jubet lex a majoribus prudenter sancita. verum ne prolixior et, comitiorum ordine servato, nimis dissecta taedium vobis pariat narratio, de conatibus laboribusque — adversus medicorum Regiam societatem, dicam I°. 2° de pertinaci pharmacopoeorum detrectatione, antiqua nostri ordinis jura apertè violantium. decreta deinreferam quibus scholae disciplinam et ordinis integritatem asseruistis.

vestrae defensioni vestraeque gloriae prospexeratis, a. M. P. consilium appellantes, unum juribus, privilegiis muneribus prosequendis aut vindicandis totum, alterum medicas observationes colligens, excudens, totique ordini cartas offerens; haec instituta, regiis placitis audacter adversantium citò coercendos impetus, clamitare non erubuit turba malevola, et veritatis heu! parum religiosa.

Quaecumque lata fuerant, a die vigesimâ secundâ mensis septembris decreta, jussu Regio manserunt interdicta. is erat apud Regni administros rumor, a vobis societatem Regiam aemulantibus, socios, correspondentes, regnicolas et extraneos, imò in arte medicâ prorsus peregrinos, sodales aggregatos fuisse, ut vestrae defensioni et populorum saluti invigilare, illicitum vobis et tanquam nefas sit praejudicatum. silere coacti, siluistis: siluerunt scholae a die decimâ quintâ decembris ad diem decimam tertiam januarii, quâ Regis mandato obtemperantes, in integrum restituti, quales ante prohibitionem existebatis, quidquid decretum prius fuerat patrandum esse jussistis.

ab illustrissimo Regiorum sigillorum custode benignè excepti, supplicem tradidistis codicem. supplex qua alma parens universitas exposuit sua et filiorum jura, tam arcto vinculo civium saluti juncta, ut illis neglectis, haec in maximum ruat periculum. quoniam de rebus medicis diversa judicet cumque aliis medicis commercium ineat ordo saluberrimus Parisiensis, nihil obstare nec obstare posse confessus est aequissimus Themidis princeps: ast quâ de causâ, nobis et almâ universitate nil nisi aequa et assueta petentibus, nihil tamen pronunciatum fuerit et edictum sileat alii. interea magnatum

potentum quæ patrocinio tecta et superbiens medicorum Regia societas, prop=
=ositum sibi in artem medendi universam dominium persequitur, urget apud -
autoritate pollentes, pertinaciter machinans, et dum verba, ô utinam vera
pacis et concordiæ jaciunt inter suos nonnulli insignes, novum acquirit robur
novam quæ sui tacitè sed obnixè efflagitat a supremo senatu confirmationem.
ædibus verò, in quibus Philiatros edoceat, caret facultas saluberrima, et bonoru=
=rum operum dives, perennibus suis benefactis illustrata, nihil sibi; sed civibus
usque allaborans jacet inops, et, si pro voto inimicorum res succedere possent
quod avertat Deus, jacebit ingloria, intra scholarum cancellos scientiæ tradens
elementa.

nec satis est novas injurias, novum dedecus addunt Pharmacopæi parisienses,
ad suum arbitrium, quibus magistris Medicis ars pharmacorum parandorum
subjecta vigebat, leges perrumpunt, cum majoribus suppliciter rogantibus
inita pacta frangunt, spretâ ipsius supremi senatus autoritate. ad hanc
confugistis, uniuscujusque juriam et saluti protectricem. frustra supplex
oblatus est libellus, frustra dies dictus est pharmacopæis. ad Themidis -
sanctuarium nondum patuit aditus. irrisis interea reclamationibus vestris
ad magisterium candidatos admittunt soli; et pseudo-magistris illis, inter
suos annumeratis, legitimorum magistrorum personam et munera coram
deputatis vestris exercenda tradunt. statuta quibus in posterum regantur
utpote quæ leges et ordini saluberrimo et pharmacopæorum societati com=
=munes habenda sint, priusquam autoritate supremi senatus sanciventur
postulastis: intercessioni vestræ, dictis si credere fas est, nullum dabitur
responsum; aut nullis aut ignotis parebunt statutis Pharmacopæi prout
lubebit, medicorum jura ludentes uti ludunt a duodecim et ultra mensibus.

Quæ varios inter Universitatis ordines, et in tribunali academico de
re communi dissidia moventur, vestrum est quoque, viri Medici, noscere
~~re communi dissidia moventur, vestrum est quoque, viri Medici, noscere~~ in lite
dissidia moventur: vestrum est quoque, viri Medici, noscere in lite
consultissimæ facultatis adversus D. D. Duval tunc rectoris fascibus
decoratum stetistis, vos que cum cæteris academicæ societatibus Rect=
=oriæ dignitatis, veri quæ Rectoris probè agentis tutores exhibuistis.
at Deo benigno volente, ab omni controversiâ liber quiescit D. Duval
nec decretum patrandi locus superest. sacra et artium facultas, fidelis=
=simi scribæ vices gesserunt, soli consultissimæ facultati gratum, resp=
=uunt, et ad certamen coram supremâ curiâ accinguntur. de ordinis
cujusque potestate, gravissima ponitur in medium quæstio. an in
arenam descendere æquum atque utile sit ordini saluberrimo, vestrum
erit judicare, ubi aperte promentur disceptantium spes ac voluntates.
hæc de externis, nunc de domesticâ disciplinâ pauca audiatis, quæso.
in comitiis et ad quamlibet magistratum non admissus est M. Carolus
Le Roi, cui id onus, quod lex aggregando concedit fuistis impertiti. nec
admissus est M. hallé, donec de suo in collegium studio et sincero amore
constiterit.

De piis erga pauperes ægros officiis singulis sabbati diebus exequendis
magis ac magis solliciti, nova sancivistis, a quibus absolvendis, in tantâ
rerum adversitate, deterruerunt incertum domicilium et nonnullorum
reluctantium dissidentia.

Quid in ultimis comitiis, die duodecimâ octobris habitis, et dictum et
decretum fuerit, quid die festo divi Lucæ. et postridie sit conclusum,
nullus vestrum oblitus est. quòd maximo occupationum, res præsertim
vestras spectantium, agmine, fuerim impeditus, nec potuerim vos de
consilio, Doctrinæ dicto, deliberaturos congregare, doleo multum, at
facile ignoscatis

Licet ad tuendam populorum salutem, et promovenda artis incrementa, studium vestrum, nullam unquam passum fuerit remissionem;
attamen fatendum est, duobus ab annis, comitiorum incolatis horis, plura

perfecta et grandiora. a frequentiori Doctorum numero excitata in dies de aegritudinibus noscendis curandis que praeceptorum vere hippocraticorum suppellex abundantior. summa cum voluptate audire fuit collegas juveniles adhuc aetate florentes, vix e subselliis egressos, scholae hujus institutis et methodo firmiter insistentes, plures de morbis nitide, eleganter, docte disserentes. hos inter, honoris gratia, juvat appellare M.M. Bourdois Delamotte et Delaplanche.

Qui remedia aut inventa quaelibet, civium sanitati utilia, severo subjicerent examini, et toti collegio referrent judicanda, deputatos octies appellastis. suum omnes munus adimplevere aequali diligentia, aequali doctrinae ubertate. verum unum e iis, eumdem collegam M. Delaplanche plaudentibus caeteris collaborantibus, laudabo. Kinakina ex insulis nostris allatae, et dictae Kinakina Piton, elementa interrogans, dividens, ponderans; vasa e zinco confecta, igne, salibus, condimentis omnibus que modis probans expertus ipse. metallorum permixtionem, vasis aeneis aut ferreis obvestiendis destinatam, accuratis tentaminibus subjectam exponens, in arte chemistarum versatissimum se, solertem, bene oculatum, suo judicio sapienter diffidentem probavit.

in hac enarratione, cujus pars prior injucunda quidem, altera vero generosos addit animos, veram habetis, viri medici, verum vestram imaginem. unicum restat nobis exequendum, grates nempe rependere maximas pro collatis beneficiis. vestram experiri benevolentiam dulcissimum est, Collegae clarissimi. e memoria nunquam excidet dies ille quo invitum me et reluctantem iterum Decanum esse voluistis. eadem nunc me benevolentia excipiatis, quaeso. quod ferre recusant humeri, onus deponenti faveatis. curis, vigiliis, laboribus, impensis que terminum nullum posuit animus officiorum bene memor, exhaustae, sub pondere fatiscunt vires, et corporis et animi. diffluenti rei domesticae tandem consulere suadet prudens consilium, jubent dilectissimi necessarii. tam gravibus momentis impulsus, primatus insignia et auctoritatem alteri transferenda vobis relinquo.

Decanum eligite, cujus labores, ordini quem perpetuo prosequar obsequio, pacem afferant et honorem.

aliquid boni facere si contigerit, suavissima fruor mercede, publicum memoris animi vestri monumentum, sumptibus vestris aere caelatam venerandi senioris effigiem offerens. tam incliti collegae virtutes eximias coram vobis enumerare supervacaneum foret. illum enim vidistis Decanum, eundem Decanum, jura facultatis medicae chirurgos adversus acriter et indefessis laboribus propugnantem. vidistis Decani vicarium ab ipsis judicibus legibus debitum obsequium generosa voce repetentem, vidistis a sede extraneis in comitiis oblata tanquam a turpi injuria abhorrentem; vestris contra in comitiis de defendenda collegii praecellentia, de servanda, quam leges imperii gallici dederunt, auctoritate unice cogitantem, unice dicentem, agentem unice. quanti valeant illius monita, quibus uti mihi jucundum semper fuit et utile, quanti valeat, qua me beatum complexus est, amicitia, attingere non valet oratio vel disertissima. hoc unum valeo, venerande et in aeternum mihi colende Magister, grates de toto pectore tibi solvere maximas et nunquam perituros memoriae atque reverentiae sensus jurare. te, tui depictam imaginem ordini saluberrimo donasti. hoc omnium et singulorum collegarum sinceri amoris legitimum grati animi pignus accipias. in medio nostri sedens, quem paterna rerum administratione, consiliis, exemplo fovisti, Nestor alter, diu tuearis et regas ordinem saluberrimum. tuam hanc intuentes effigiem, discant nepotes qualis debeat esse collegii medicorum Parisiensium socius. /.

hac effatus Decanus venerandi senioris Mi. De l'Epine aera caelatam et chartis impressam, eidem venerando seniori obtulit.

Dein pro sibi demandatâ provinciâ gratias egerunt singuli Professores.

Quibus absolutis Lecta est intercessio a Mo. Morand per ascensum publicum denunciata adversus decretum de Decani electione, confirmatione, &c. latum, anno praeterito. hâc intercessione nullam inferri posse moram Decani et professorum electioni agnovit pars Doctorum longè maxima, quapropter nullatenus fuit de illa intercessione deliberatum.

Insurrexit Mr. Lezurier postulans sibi veniam dari, observationes et argumenta proferendi adversus idem decretum de Decani electione, confirmatione latum die duodecimô mensis augusti anni 1778 et senatus consulto confirmatum.

interrogatus ordo saluberrimus an haec venia Mo. Lezurier concederetur, et longe majori suffragiorum numero statutum est Mum Lezurier nequaquam audiendum esse nec posse audiri quamdiu integrum vigebit senatûs consultum, quo decretum illud confirmatur et servandum sancitur, a M.M. Morand et Lezurier in jus trahendam esse priùs facultatem saluberrimam: et nunc ad electionem Decani, professorum et bibliothecae praefecti.. deveniendum esse. et sic conclusi. J. C. DesEssartz Decanus.

Electores sorte nominati sunt e majori ordine M.M. Moreau, Deslon et Lepreux, e minori M.M. alphonsus LeRoi et Simonnet qui solitum dixere sacramentum et in sacellum secesserunt.

e sacello in aulam regressi, unanimi voce in Decanum confirmarunt M. Joannem Carolum DesEssartz. hic vero munus jam gravius et iniquius factum recusavit amplissimas Electoribus tam benevolis grates rependens. Electoribus adjunxit se maxima Doctorum pars, M. DesEssartz enixè rogantium, ne incepta et probè gesta desereret nec ordinem, quem diligebat, suis relinqueret inimicis. adeò honorificis sollicitationibus vehementer quidem motus, at maximis rationum momentis in oratiunculâ objectis firmatus, vinci se non passus est.

Itaque in Decanum, plaudentibus omnibus proclamarunt Electores venerandum scholae antiquiorem M. De L'Epine, senex nunquam non colendus, animo fortis, potens gestis et consilio timuit ne tantam negotiorum molem quibus fere oppressa jacebat facultas saluberrima, tractare et gerere per senile corpus sibi non liceret. Rogavit quae ordinem saluberrimum et Electores in alium vellent oculos conjicere. Mum Maloet nominarunt Electores, Decanum volebant astantes omnes, solus ille noluit esse Decanus.

in Decanum proclamare gestiebant M. Franciscum Thiery, Regii e salubri consilio, verum aberat ille, et pro statutis caduca fuit haec proclamatio.

Difficilibus his in rerum circumstantiis, usibus tandem et consuetudinibus obtemperantes, in Decanum tres proposuerunt, e majori ordine M.M. Majault et Le Clerc, e minori M. Guillotin. suffragiorum pluralitate per viam scrutinii latorum appellatus est M. Guillotin, qui renuit. renuere pariter M.M. Majault et Leclerc. tres igitur alios proponere coacti sunt Electores clarissimi, et proposuerunt e majori ordine M.M. Thierry de Bussy et Maigret, e minori M. Levacher de la Feutrie. majori suffragiorum numero Decanus factus est Mr Levacher de la Feutrie, qui solitum dixit sacramentum, claves arcae, Decanatus insignia et statutorum codicem accepit, suum que munus incepit. S.



obitus Doctorum

Die undecimâ mensis aprilis anni 1779, terrestrem hanc vitam pro alterâ æternâ commutavit Mr. Jacobus albertus hazon; corpus que terræ sacræ die sequenti commissum est, in æde Deo sacrâ sub invocat=ione Sti nicolai ab arvis

Die verò decimâ septimâ ejusdem mensis in scholarum sacellum convocatus saluberrimus ordo interfuit sacro solemni in quo requiem illius animæ æternam postulavit

Die duodecimâ ejusdem mensis diem obiit supremum M. Josephus de jussieu et die sequenti tumulo mandatum est corpus illius in æde Deo sacrâ sub invocat=ione Sti nicolai a carduoto.

Die verò vigesimâ quartâ ejusdem mensis in scholarum sacello sacrum oblatum est ad æternam illius animæ requiem.

Die decimâ mensis augusti, fato eheu! nimis prematuro ereptus est Mr. Guill=elmus Michel, repositus que in æde Deo sacrâ sub invocatione Sti Sulpitii.

Die vero decima quartâ sequenti numen æternum pro æternâ ejus requie supplex oravit ordo saluberrimus in scholarum sacello.

Collegarum horumce laudationes funebres, typis mandatæ fuerunt et legunt=ur in codice comitia publica facultatis saluberrimæ die   mensis novem=bris habita, referente.

Comitia academica

ne tædium pariat iterata mentio postulationum, meritissimi Gallicanæ nationis procuratoris de suis observationibus et protestationibus circa nominationem Mi giraulde de keradon omissis a scribâ in commentariis, et consultissimi juris Decani, de sui ordinis conclusionibus in commentariis universitatis scribendis, ab iis vero rejiciendâ conclusione praeclaræ artium facultatis prolatâ in comitiis centuriatis die septimâ mensis octobris ultimi, satis erit has adversantes postulationes iteratas fuisse fere in singulis comitiis ordinariis: ~~has~~ que disceptationes totum comitiorum tempus consumsisse, lugentibus bonis.

Die duodecimâ mensis novembris anni 1778 comitia extraordinaria habita sunt, in quibus questus est Rector amplissimus infida esse universitatis commentaria, et recitavit viginti articulos omissos, inter quos notare fuit historiam eorum quæ in tribunali academico acta sunt occasione litis saluberrimæ facultatis adversus M. Guilbert de preval. Scriba insurrexit et petiit 1o. horumce articulorum denunciationem sibi communicandam, 2o. tempus responsis necessarium. ab eo commen=tariorum codicem postulavit jussit offerri amplissimus Rector. obtulit scriba, sed dare noluit, quin prius articuli modo recitati illi traderentur. quapropter recessit commentaria secum auferens. pauca post minuta ingressus est Mr. giraulde vices illius gesturus. munus scribæ, his in comitiis, adimplendi pro suffragiorum pluralitate, concessum est, salvis illius, si quæ sint, juribus.

Consultissimæ facultati conclusiones inscribendas postulanti Mo. sabourenx de la bonneterie Decano, respondit Amplissimus Rector se hanc postulationem nequidem in deliberationem missurum, quia conclusiones illæ quas paucis ab hinc horis ad ædes suas allatas, sunt in libello Compte rendu, contentæ, et rapidis oculis lectæ ipsi Rectori, singulis ordinibus et societatum academiæ=ducibus contumeliosæ visæ sunt de quibus referret in comitiis proximè habendis. et solutæ sunt comitia

in comitiis ordinariis die quintâ mensis decembris habitis, sex supplicibus indulsit tribunal academicum. M. martin consultissimæ facultatis antecessor comitia ingressus est et dixit de Bursâ a venerando Mo Demochares fundatâ in gratiam pauperis unius, quam quidem bursam in collegio Ludovici magni attentiunt hujus collegii administratores, traditis trecentarum librarum annuo

reditur. pactum cum administratoribus paraudum et coram tribunali academico
legendum fore statutum est.
Dº Duci d'aiguillon concessa est pars soli aedibus vacui, quam postulabat sub
conditionibus in pacto relatis
Statutum est libellum a Mº Sabourenx consultissimae facultatis decano
editum, Compte rendu, almae universitatis societatibus esse communicandum
Die 2º mensis januarii anni 1779 quinque supplicibus petitio concessa est.
Clarissimi praeclarae artium facultatis procuratores declararunt a suis
nationibus desiderari, et coram judicibus postulandum esse, suppressionem
libelli a Mº Sabourenx editi, cui titulus compte rendu. Sibi Saluberrimae
facultatis Decanus, quia a comitiis omnibus abstinere se decreverat
ordo saluberrimus, sed ejusdem ordinis decretum adversus libellum Di.
Sabourenx die 15ª decembris latum supra mensam reliquit et egressus
est.
Die decimâ nonâ ejusdem mensis comitia extraordinaria habita sunt
in quibus statutum est almam universitatem suo nomine in gratiam et tutelam
facultatis saluberrimae venturam et supplicaturam. tribunal academicum
ex professo convocandum fore, in quo libellus memorialis et supplex salub-
errimae facultatis legeretur, et ad ejus mentem scribendum esse, almae
universitatis libellum supplicem.
Die trigesimâ ejusdem mensis januarii ab almâ universitate, cerei oblati
sunt pro more, serenissimo aurelianensium duci, venerando archiepiscopo
ecclesiae parisiensis, illustrissimis curiarum proto praesidibus.
Die vero sequenti Regi beneficentissimo, augustae Reginae et mercatissimo
Regiorum sigillorum custodi vasalis cereos pariter obtulit alma universitas.
Die quintâ mensis februarii tribus supplicibus indulsit tribunal academicum
in comitiis ordinariis. Dixit sacrae facultatis Decanus a suo ordine
deputatos fuisse doctores qui consultissimam facultatem amicè impellerent
ad pacem et concordiam, deletis aut saltem neglectis conclusionibus
illius facultatis in re ad nominationem Mi. girault de Keroudou pertinente
et libello Mi. Sabourenx de la bonnelerie, compte rendu, oblivioni
damnando facilè obtinendam; cum vero hi deputati responsum ipsis
datum nondum retulissent, nihil a sacra facultate conclusum fuisse.
Mi. maguier et Monard, qui literis paedagogii sub nomine et dicatâ
universitatis fruentur, et simul serviunt ecclesiae Parisiensis cantori
primario, privilegiis et titulo paedagogorum universitati privati judicati sunt.
Die vigesimâ ejusdem mensis comitia extraordinaria habita sunt in
quibus sederunt almae universitatis patroni. lectus est libellus supplex
saluberrimae facultatis adversus societatem medicorum Regiam Regi
offerendus, et probatus, at Dº Mey patrono inclyto, qui libellum universit-
atis scribere non renuit traditus.
Die vigesimâ quintâ ejusdem mensis habita sunt comitia extraordinaria
in quibus actum est de libello Mi. Sabourenx dicto compte rendu, de
ejus suppressione obtinendâ, et procuratori in supremo senatu licentiâ
agendi, gallicè pouvoir, praebendâ.
Die sextâ mensis martii, in comitiis ordinariis supplices octo adfuerunt
et admissi. Pactum cum clarissimis Collegii Ludovici magni administra-
toribus ineundum, ad Bursam Di. pourchot tandem instituendam lectum
est. cum autem in eo juveni hac bursâ donato, licentia et potestas non
concederentur medicinae studendi, ne hoc pactum probaretur et perficeretur
intercessit saluberrimae facultatis decanus. aequam judicavit intercessionem
Tribunal academicum, et statuit, jus et potestatem medicinae studendi
Bursario concedendos esse, in pacto, alioquin rejiciendo, Decanumque salub-
errimae facultatis una cum Syndico et procuratore gallicae nationis nominavit

qui pactum illud ordinaverant, et subsignaverant.
Postea amplissimi Rectoris quem in judicium vocaverat persequens uu
publicum consultissima facultas, ab universitate esse segregandas, et
defendendas, statutum est unanimiter, reclamante consultissimae facultatis
Decano.
Die decimâ nonâ ejusdem mensis in comitiis ante supplicationes univers
itatis habitis, dixit venerandus sacrae facultatis Decanus, preces et monita
sui ordinis ad pacem stabiliendam a consultissimâ facultate neglecta fuisse,
ideo que sacram facultatem statuisse se cum caeteris ordinibus libenter
accedere adversus libellum D. Sabourenx de la Bonnetrie.
Die vigesimâ quartâ in Rectorem nominatus est M. clarissimus Batteu
antiquus philosophiae professor in navarraeo collegio, a praeclarâ artium
facultate, et die sequenti confirmatus a cunctis ordinibus Decanis et
procuratoribus confirmatus.
Die tertiâ aprilis in comitiis ordinariis probatae sunt rationes a D.o Lebel
redditae. decimpensis pro praemiis ab almâ universitate distributis
iteratae sunt controversiae circa nominationem D. Girault viri
fidelissimi scribae gaffuri, sed nihil conclusum. excepta tamen
repudiatione D. Bally in procuratorem almae universitatis, donec lis
tota fuerit composita; quae quidem repudiatio ab omnibus, nisi a
consultissimae facultatis Decano fuit pronunciata.
Comitia synodi habita sunt die decimâ tertiâ aprilis, et hac die suas
reddidit rationes universitatis bibliothecae praefectus vir clarissimus
eruditus D. Duval. has probavit tribunal academicum.
Die vigesimâ quartâ mensis aprilis, horâ pomeridianâ quartâ comitia
habita sunt extraordinaria, in quibus vir meritissimus D. Mey patronus,
quem nomine universitatis contexerat libellum supplicem adversus
societatem medicorum Regiam, coram patronis aliis in tribunali sedent-
ibus legit. hunc probaverunt astantes omnes, statutumque fuit
amplissimo Rectori petendum esse ab illustrissimo Regiorum sigillorum
custode diem quâ hunc supplicem libellum ipsi Regi offerret alma
universitas.
Diem postulavit sed non obtinuit amplissimus Rector, cui responsum est
a Regiorum sigillorum custode, fas se non licere universitati Regem
adire; sed sibi, libellum esse tradendum sic Rege volente.
Paucos post dies Decanis et procuratoribus cum suis adjunctis stipatus
amplissimus Rector illustrissimum Regiorum sigillorum custodem
adiit, illi que pauca, sed gravissima loquens, tradidit almae universitatis
libellum supplicem typis expressum. obstupescere visus est Regiorum
sigillorum custos, et questus est acriter, hunc libellum supplicem typis
fuisse expressum, et nomine Regis prohibuit ne vel unicum exemplar
cuilibet daretur. &
Die primâ maii, duobus supplicibus indulsit tribunal academicum.
D.D. D'arragon et Cenier deputati ad opus geographicum D. Grenet
examinandum de eo referentes auditi sunt. audito meritissimo sindico
placuit tribunali consilium et propositum opus a D.o Grenet probandum
esse. et sub auctoritate Academiae esse typis mandandum.
Postulavit M. Moultlier sibi concedi deputatos qui suum geographicum
libellum examinarent et de eo, junctis quae cartis geographicis referrent.
Deputati nominati sunt.
Die quintâ mensis junii comitia solita habita sunt in quibus procurator
fidelissimus picardorum nationis nuperrime electus sedit Nicolaus Francis[cus]
Drouzel, sex supplicibus indulsit universitas
peracta fuit et consummata res ad bursam D. Pourchot pertinens.

Die tertiô mensis julii novem adfuere supplices in comitiis ordinariis eorum quae supplicatio grata fuit. visae approbatae fuerunt chartae geographicae D. grenet. sex millia librarum absque ullo reditu mutuata sunt honorandae Gallorum nationi, quae tali pecuniâ indigebat.
Die septimô mensis augusti in comitiis ordinariis supplicati sunt quinquaginta, et admissi, decem et novem pariter admissi sunt ante praemiorum distributionem. inter paedagogos universitatis admissus est M. Duvivier. potestas concessa est meritissimo syndico et integerrimo quaestori paciscendi cum collegii Ludovici magni administratoribus, circa debita a collegio dicto d'ave maria; quae debita solvi debent ab administratoribus quantum vires illius collegii patientur.
Die vigesimô octavô mensis augusti per antecessum habita sunt comitia ordinaria, unus admissus fuit supplex, nihil quod alicujus momenti fuit agitatum nec conclusum.
Die secundô mensis octobris comitia ordinaria habita sunt, supplicibus quinque postulata concessit tribunal academicum. bursa D. Pourchot collata est in juvenem dictum Trollé decem et novem annos natum.

Res Gestae apud chirurgos Parisienses.

Per hunc annum academicum a mense novembris anni 1778 ad eundem usque mensem anni 1779, nullus admissus fuit inter chirurgos parisienses, quia nullus aderat admittendus.
sed inter hernianos admissus fuit D. Rouzeau.

Obstetrices matronae in aedibus san-cosmianis examine tentatae et admissae praesente Decano.

intra mensem novembrem anni 1778	D. Lecorï
intra decembrem ejusdem anni	D. aubin
intra mensem julii anni 1779	D.D. marchand, et quentin.
intra septembrem ejusdem anni	D. D'orgemont, malher, hoyau, Rouzeau et queriot

Res Gestae apud Pharmacopaeos Parisienses.

Plures variis examinibus tentati sunt ~~art~~ nullus a facultate fuit admissus, propter rationes in commentariis scriptas, et juxta saluberrimae facultatis decreta, imo eorum inter Pharmacopaeos parisienses nominationi intercessit juridice facultas saluberrima, et adhuc sub judice lis est.
haec sunt nomina eorum qui examinibus tentati sunt a mense novembris anni 1778. ad mensem eumdem anni 1779
D.D. Duparc, De La planche, Desprez, Ménacher, Pujol, Tanloigne, Caubet, Despres alter, Coustanti, Le pic. froidefont, moringlane, josse, volpeliere, Porcher, trouillet, Devosne, quinquet, Le grand, Delunel.
Die vigesimô quartâ mensis augusti anni 1779 Decanus, pharmaciae professor uterque, rei herbariae itemque chemiae professor comitantibus pharmacopaeorum praefectis, pharmaceuticas officinas perlustraverunt, per tres dies.
Die undecimâ mensis septembris Decanus, pharmaciae professor uterque rei herbariae item et chemiae professor, comitantibus seplasiariorum praefectis seplasiariorum officinas lustravere per tres dies.

hic finis partis historicae commentariorum facultatis a mense novembris anni 1778, ad diem sextam ejusdem mensis anni 1779
Joanne Carolo Desessartz Decano.

Commentariorum Saluberrimæ facultatis Parisiensis Pars altera

codex rationarius

accepti et expensi ordinarii et extraordinarii Decano Mº Joanne Carolo Desessartz a die septimâ mensis novembris anni 1778 ad diem sextam ejusdem mensis, anni 1779

Pars prior

Tabula accepti.

Caput primum

Ex annuo reditu facultati.

a Mº guillotin pro annuâ locatione majorum facultatis ædium, accepit Decanus trecentas et quinquaginta libras ... 350 ᵗᵗ

a priore facultatis apparitore pro annuâ locatione ædium quæ amphitheatro sunt contiguæ, accepit Decanus bis octoginta libras. - - - - - - - - 160 ᵗᵗ

pro locatione scellæ vinariæ in ædibus facultatis, per sex menses quinquaginta libras. - - - - - - - 50

ab urbis quæstore D. Thevenin pro reditu anni proventus a Rege debiti ex majori contractu accepit Decanus trecentas — viginti sex libras, asses tredecim et quatuor denarios - - - - - - 326 13 4

ab altero urbis quæstore Dº Robillard pro reditu anni proventus ex minori contractu accepit Decanus quinquaginta libras et unam sex asses et octo denarios - - - - - - - - 51 6 8

ex annuo reditu ab armoricorum provinciâ debito ob contractum quingentarum librarum accepit Decanus trecentas et sexaginta libras. - - - - - - - 360

ex annuo reditu ab eâdem provinciâ debito ob alterum contra=ctum trecentarum viginti quinque librarum accepit Decanus ducentas triginta quatuor libras - - - - - - 234

ab eâdem provinciâ propter alterum contractum ducentarum et quinquaginta librarum, accepit Decanus centum et octoginta libras 180

ob novum contractum ab eâdem provinciâ debitum accepit Decanus ducentas et viginti duas libras. - - - - 222

ob novos contractus ex dono Mⁱ malouin accepit Decanus

1º. ex mutuatâ pecuniâ ad res canadenses, gallicè, sur les — emprunts du canada pro reditu anni 1778 ducentas et quatuor libras. - - - - - - - - - 204

2º. ex eodem ærario pro reditu anni 1779 eamdem summam 204

3º ex publicanorum contractibus, gallicè sur les billets ou actions des fermes, pro reditu anni 1778 trecentas et viginti quatuor libras 324

4º ex eodem ærario pro reditu anni 1779 eamdem summam 324

summa hujus paginæ est de deux mille neuf cens quatre-vingt dix livres

5º ex aliis contractibus, gallicè billets de fermes, pro reditu anni 1778 quadringentas et triginta duas libras - - - - - - -	432^{lt}	
6º ex eodem aerario, pro reditu anni 1779 eamdem summam - - -	432	
7º centum et octo libras - - - - - - - - - - -	108	
8º ex eodem aerario pro reditu anni 1779 eamdem summam - - -	108	
ab universitatis quaestore pro honorario sex professoribus ab universitate concesso accepit Decanus ducentas supra mille libras - -	1200	
a postarum quaestore, pro honorario sex professoribus a Rege concesso, accepit Decanus mille et octingentas libras - - - -	1800	

Caput secundum

a Baccalaureis in quaestionibus quodlibetariis physiologicis pro stipendio lectorum et horto,

ab unoquoque quatuor libras et decem asses, unde ab undecim accepit Decanus quadraginta novem libras et decem asses - - -	49^{lt}	10^{s}

Caput tertium

a Baccalaureis in iisdem quaestionibus physiologicis, pro horto,

ab unoquoque tres libras cum quatuor assibus unde ab undecim accepit Decanus triginta quinque libras et quatuor asses - - -	35	4^{s}

Caput quartum.

ab iisdem baccalaureis in iisdem quaestionibus physiologicis pro anatomia et schedulis non registratis

ab unoquoque libras sexdecim, unde ab undecim accepit Decanus centum septuaginta et sex libras - - - - -	176

Caput quintum.

Pro aulaeorum usu

ab unoquoque baccalaureo in thesibus physiologicis accepit Decanus libras octodecim, unde ab undecim accepit centum nonaginta et octo libras - - - - - - -	198
ab iisdem baccalaureis ob eamdem causam in thesibus medico-chirurgicis eamdem summam - - - - - -	198
ab unoquoque novo Doctore in actibus pastillariis accepit Decanus sex libras, unde a tredecim accepit septuaginta et octo libras - - - - - - - - - - - -	78

Caput sextum

pro reliquâ pecuniâ propter absentiam Doctorum ab actibus.

in actu quodlibetario cui extra ordinem praefuit M. Cristophorus nicolaus De jussieu propter absentiam viginti et octo Doctorum centum et duodecim libras - - - - - - - - -	112
in actu quodlibetario cui praefuit extra ordinem M. Edmundus Joachimus Bourdois de la motte propter absentiam novemdecim Doctorum, septuaginta sex libras - - - - - -	76
in actu quodlibetario cui extra ordinem praefuit M. Tussanus franciscus nicolaus Navier propter absentiam viginti et trium Doctorum nonaginta et duas libras - - - - - -	92
in actu quodlibetario cui extra ordinem praefuit M. franciscus Doublet propter absentiam novemdecim Doctorum septuaginta et sex libras -	76

summa hujus paginae est de cinq mille cent soixante dix livres, quatorze sols.

in actu quodlibetario cui extra ordinem præfuit M. franciscus nicolaus Simonnet, propter absentiam decem et octo Doctorum accepi septuaginta et duas libras - - - - - - - - 72

in actu quodlibetario cui præfuit extra ordinem M. Joannes baptista claudius Jeanne des Longrois, propter absentiam decem et octo Doctorum eamdem summam - - - - - - - - 72

in actu quodlibetario cui præfuit extra ordinem M. augustinus thomas de Vauzème propter absentiam decem et novem Doctorum septuaginta et sex libras - - - - - - - - 76

in actu quodlibetario cui præfuit extra ordinem M. joannes jacobus Le Roux des tillets propter absentiam decem et novem doctorum, idem 76

in actu quodlibetario cui præfuit extra ordinem M. Ludovicus carolus hallot propter absentiam unius et viginti Doctorum quatuor et octoginta libras - - - - - - - - 84

in actu quodlibetario cui præfuit extra ordinem M. joannes franciscus Marinier propter absentiam viginti Doctorum octoginta libras - - - - - - - - 80

in actu quodlibetario cui præfuit extra ordinem M. J. B. Josephus Thery propter absentiam unius et viginti Doctorum octoginta et quatuor libras - - - - - - - - 84

in examine anatomico singulis Doctoribus distributa fuit summa quatuordecim librarum et octo assium, unde propter absentiam viginti Doctorum accepi Decanus summam ducentarum octoginta et quatuor librarum - - - - - - - 284

in examine chirurgico singulis Doctoribus distributa est summa tredecim librarum et quatuor assium, unde propter absentiam undecim Doctorum accepit Decanus summam centum quadraginta et quinque librarum cum quatuor assibus - - - - - - 145 4

in examine de materia medicinali singulis Doctoribus distributa est summa quadraginta quatuor librarum, unde propter absentiam undecim Doctorum accepit Decanus summam quadringentarum octoginta quatuor librarum - - - - - - 484

Caput Septimum

a medicinæ studiosis pro jure inscriptionum et sigilli

Per totum annum academicum, suum in codice nomen scripserunt unus et quadringenta medicinæ studiosi, ut patet ex isto codice inscriptionum. singuli solverunt sex libras, unde numerabitur summa quadringentarum et sex librarum supra duo millia - - - - - - - - - 2406

pro jure sigilli, viginti litteris et unicæ appositi, pro quibus singulis sex solvuntur libras Decanus accepit centum viginti et sex libras - - - - - - - - 126

Finis accepti

summa hujus paginæ est de trois mille neuf cens quatrevingt neuf livres, quatre sols
itaque summa totius accepti est de douze mille cent quarante neuf livres, dix-huit sols.

Pars altera
Tabula expensi
Caput primum

in ultimis rationibus redditis a Mo. Joanne Carolo DesEssartz exdecano coram facultate die trigesima mensis augusti anni 1778 Mo. DesEssartz debebatur 1o summa de trente sept mil trois cent soixante et dix neuf livres, sept sols, neuf deniers - - - 37379ᶫ 7ˢ. 9ᵈ.

2o. ipsi pro rebus et impensis caducis concessa est summa de Sept cent quarante deux livres - - - - - - - 742

Mo. DesEssartz ob solitum honorarium ipsi a facultate concessum numerabitur summa centum et quinquaginta librarum - - 150

majori apparitori propter operam extraordinariam concessit facultas quinquaginta libras - - - - - - 50

minori apparitori ob eandem causam, viginti quinque libras 25

Singulis Doctoribus praesentibus, aulicis et causariis distributi sunt calculi duo argentei, Decano et antiquiori magistro quatuor, unicuique bidello unus, unde pro ducentis et viginti quatuor calculis argenteis numerabitur summa trecentarum nonaginta et duarum librarum - - - - - - - - - 392ᶫ

(marginal note:) Vidi quittancis

Caput secundum

Solvit Decanus Mo. Bourdon dupetit Physiologiae professori

ex aere facultatis nonaginta libras - - - - - - 90

ex aere academico ducentas libras - - - - - 200

pro honorario professoribus a Rege concesso et a postarum quaestore soluto trecentas libras - - - - - - - - 300

Mo. Coquereau pathologiae professori

ex aere facultatis nonaginta libras - - - - - - 90

ex aere academico ducentas libras - - - - 200

pro honorario professoribus a Rege concesso trecentas libras 300

Mo. Langlois chirurgiam latino idiomate docenti

ex aere facultatis nonaginta libras - - - - - 90

ex aere academico ducentas libras - - - - - 200

pro honorario professoribus a Rege concesso - - - - 300

Mo. Duhaume chirurgiam gallico idiomate docenti

ex aere facultatis nonaginta libras - - - - - 90

ex aere academico ducentas libras - - - - 200

pro honorario professoribus a Rege concesso trecentas libras 300

Mo. Defrasne materiae medicinali professori

ex aere facultatis nonaginta libras - - - - - - 90

ex aere academico ducentas libras - - - - - 200

pro honorario professoribus a Rege concesso trecentas libras - - 300

Mo. Lepreux utriusque pharmaciae professori

ex aere academico ducentas libras - - - 200

pro honorario professoribus a Rege concesso trecentas libras - 300

Summa hujus paginae est de quarante deux milles cent quatre vingt huit livres, sept sols, neuf deniers —

Caput tertium

Refusionum jura solvit Decanus

mo. De l'Epine antiquiori scholarum magistro quatuor libras	4	
mo Philip Decano quatuor libras	4	
mo Le vacher ex decano, duas libras	2	
unicuique professori duas libras, unde sex professoribus	12	
mo Bucquet chemiae professori duas libras	2	

Caput quintum

Pro demonstrationibus in amphiteatro celebratis solvit Decanus. mo. Coquereau pathologiae professori pro anatome in amphiteatro celebrata triginta libras	30	
mo. Delaplanche qui partes fecit et demonstravit triginta libras	30	
pro impensis hujus cursus septuaginta et quinque libras cum quindecim assibus	75	15
mo Langlois chirurgiae latinae professori pro operationibus expositis triginta libras	30	
mo. goubelly qui partes fecit et demonstravit triginta libras	30	
pro impensis hujus cursus septuaginta tres libras et asses quinque	73	5
mo. Duhaume chirurgiae gallicae professori pro operationibus chirurgicis expositis triginta libras	30	
mo. goubelly qui partes fecit et demonstravit triginta libras	30	
pro impensis hujus cursus septuaginta et quindecim libras cum assibus undecim	75	11
mo. Andry qui matronas primum edocuit, quinquaginta libras	50	
pro impensis demonstrationum triginta et tres libras	33	
eidem magistro qui artem obstetriciam demonstravit quinquaginta pariter libras	50	
pro impensis hujus demonstrationis sexaginta quinque libras et quinque asses	65	5
pro impensis cursus pharmaceutici viginti duas libras cum septemdecim assibus	22	17
manum et industriam probenti Do Salome pharmacopaeo parisiensi, viginti libras	20	

Visis quittanciis

Caput quintum

pro Rectorem amplissimum ita procedentem comitantibus Doctoribus solvit Decanus		
die undecima decembris anni 1778 viginti et octo Doctoribus Decano et apparitoribus distributi sunt triginta et duo calculi argentei, unde summa quinquaginta et sex librarum	56	
et pro offertorio viginti quatuor [illegible] asses	1	[illegible]
Die decima nona mensis martii anni 1779 viginti et octo Doctoribus, Decano et apparitoribus distributi sunt triginta duo calculi argentei, unde numerabitur summa quinquaginta sex librarum	56	
pro offertorio triginta et duos asses	1	12
Die decima octava mensis junii anni 1779 viginti duobus doctoribus Decano et apparitoribus distributi sunt viginti septem calculi argentei, unde numerabitur summa quadraginta quinque librarum		

Summa hujus paginae est de sept cens quatre vingt quatre livres dix neuf sols

et decem assium - - - - - - -	45	10
pro offertorio viginti quatuor asses - - - - -	1	4
Die septima octobris ejusdem anni viginti novem Doctoribus, Decano et apparitoribus distributi sunt triginta tres calculi argentei unde summa quinquaginta et sex librarum cum quindecim assibus - - - -	57	15
pro offertorio viginti et octo asses - - - - -	1	8

Caput sextum

Pro rebus sacris solvit Decanus,

pro anniversario Mi Guillelmi Lucon viginti quinque libras - -	25		
pro anniversario Mi michaelis de colonia octo libras - - -	8		
Do Delagrange facultatis capellano pro missis et obitibus in scholarum sacello per annum celebratis, centum triginta et octo libras cum novem decim assibus - - - - -	138	19	
apparitoribus per hoc temporis spatium ad sacra ministrantibus viginti septem libras cum undecim assibus et sex denariis - - -	27	11 s.	6 d
dicto Do fradon cerario pro candelis cereis per annum suppeditatis, centum quinquaginta quinque libras cum tribus assibus et novem denariis	155	3	9
Theodoro petro cruchot majori apparitori pro pane azymo et vino suppeditatis ad missarum celebrationem, mundatis sacello et ejus linteis, necnon et scholis superioribus undecim et centum libras - -	111		
pro offertorio et scamnis die divo Lucæ sacrâ undecim libras et sexdecim asses - - - - - -	11	16	
pro sacro solemni celebrato in sacello eâdem die Doctoribus præsentibus distributi fuere novem decim calculi argentei supra centum unde summa ducentorum et octo librarum cum quinque assibus - -	208	5	
Die undecimâ mensis aprilis anni 1779 Doctoribus funera Mi hazon ad ecclesiam Sti nicolai in campis comitantibus distributi fuere calculi argentei triginta et tres, unde summa quinquaginta septem librarum et quindecim assium - - - - -	57	15	
pro requie æternâ illius animæ in sacello scholarum postulatâ quindecim libras et quindecim asses - - - - -	15	15	
Die duodecimâ mensis aprilis anni 1779 Doctoribus funera Mi Josephi Dejussieu comitantibus in ecclesiam Sti nicolai de carducto distributi sunt triginta et sex calculi argentei unde summa trium et sexaginta librarum - - - - - -	63		
pro requie æternâ illius animæ in sacello scholarum postulatâ quindecim libras et quindecim asses - - - - -	15	15	
Die decimâ mensis augusti anni 1779 Doctoribus funera Mi michel comitantibus in ecclesiam Sti sulpitii distributi sunt triginta et duo calculi argentei, unde summa quinquaginta sex librarum - -	56		
pro requie æternâ illius animæ in sacello scholarum postulatâ quindecim libras et quindecim asses - - - - -	15	15	

Caput septimum

Pro facultatis bibliothecâ solvit Decanus,

Mo Jeanroy bibliothecæ præfecto, pro annuâ pensione libras trecentas - - - - - - -	300
Theodoro petro cruchot majori apparitori pro annuo ministerio ad bibliothecam pertinente quinquaginta libras - - - -	50

Summa hujus paginæ est de treize cens Soixante cinq livres, douze Sols, trois deniers —

Visa — quittances

caput octavum

pro annuis pensionibus a facultate concessis

viduæ Mr. vieillard quadringentas libras	400	
viduæ Mr. Dienert quadringentas libras	400	
viduæ Mr. Davis trecentas libras	300	
viduæ Mr. Dalliot pro novem mensibus trecentas libras	300	

caput nonum

pro sumptibus factis in gratiam baccalaurei qui præmium in concursu consecutus est

in examine anatomico Mr. mathey viginti quatuor libras	24	
Do. quillau qui thesim physiologicam typis excudit quadraginta libras	40	
pro sumptibus hujus theseos libras tres et septuaginta cum novem decim assibus	73	18
in examine chirurgico viginti quatuor libras	24	
Do. quillau qui thesim chirurgicam D. mathey typis excudit viginti libras	20	
pro sumptibus hujus theseos quinquaginta et octo libras cum decem assibus	58	10
pro sportulis Decano et antiquiori scholarum magistro in examine anatomico ejusdem baccalaurei duas libras et decem asses.	2	10
pro impensis ejusdem baccalaurei die divo lucæ solutis decem libras et octo asses	10	8

Vide quittancias

caput decimum

pro tributis annuis

pro pauperibus juxta senatus consultum asses tredecim		13
Theodoro petro cruchot propter reditus facultatis acceptos duodecim libras	12	
Do. germain pro annuo tributo dicto vingtiemes quod ædificia facultatis locata debent Regi continet duodecim libras cum quatuor assibus	12	4

Caput undecimum

pro impensis annuis ad comitia, scholas inferiores et ædificia pertinentibus

Do. quillau facultatis typographo, qui per annum schedulas monitorias, programmata et ea quæ leguntur in comitiis publicis typis excudit centum nonaginta sex libras supra duo millia cum decem assibus	2196	10
viduæ theodori cruchot quæ anno 1777 historiam rerum gestarum circa sectionem symphiseos ossium pubis, variis chartis pictis vel auratis obvestivit quinquaginta quinque libras	55	
eidem quæ historiam comitiorum publicorum Regi, principibus, Regni administris, magistratibus offerendam, chartis et variis pellibus obvestivit trecentas nonaginta novem libras	399	
dicto Copiot qui per annum programmata valvis affixit ducentas et quadraginta libras	240	

pro quadringentis et viginti calculis argenteis qui per annum in comitiis prima mensis dictis, Doctoribus præsentibus sunt

summa hujus paginæ est de quatre mille six cens soixante huit livres. treize sols

distributi numerabitur summa septingentarum et quindecim librarum - - - - - - - - - - - -	715	
pro nonaginta et octo calculis argenteis qui clarissimis deputatis ad examinandas dissertationes ad præmium concurrentes distributi sunt septuaginta libras et unam supra centum, cum decem assibus ..	171	10 s.
accenso qui postridie festi divi Lucæ vocavit chirurgos novem libras	9	
pro litteris ad decanum facultatem missis sexaginta libras - - -	60	
pro aulæis per annum tum in sacello tum in scholis inferioribus parie-tibus affixis centum et quadraginta quinque libras, et decem asses	145	10 s.
pro ignibus per annum accensis Theodoro cruchot sexaginta ~~tres~~ libras supra centum cum decem assibus - - - - - -	163	10
Dicto Lenoble fabro plumbario centum et tredecim libras, octo asses	113	8.
dicto Noury tegularum reparatori, octoginta quatuor libras, decem asses	84	10
Dicto blondel ædium structori ducentas sexaginta et sex libras	263	.

Caput duodecimum

pro sumptibus præmii solemnibus in comitiis distributi, illorumque comitiorum a Mo. maloüin institutorum solvit Decanus,		
pro cereis candelis in iis comitiis accensis centum et duodecim libras .. - - - - - - - - - -	112	
pro aulæis quibus cooperta sunt scholæ exteriores sorbonæ - ducentas et sexaginta libras - - - - - - - - - -	260	
pro nuntiis publicis schedulas ferentibus et aliis minutis impensis juxta memoriale theodori cruchot, sexaginta quinque libras et septem asses - - - - - - - - - - ..	65	7 s.
medico clarissimo Do. Goutard qui præmium consecutus est libras trecentas - - - - - - - - - - -	300	

visis quittanciis

Caput tredecimum

Pro donis et ceremoniis annuis.

primâ die mensis Januarii anni 1779 janitoribus proto-præsidum senatûs parisiensis, subsidiorum curiæ, procuratoris et patroni catholicorum, urbanæ politiæ propretoris, singulis sex libras. sex efficiunt triginta sex libras - - - - - - - - - -	36	
protopræsidis senatus parisiensis servo cubiculario, viginti quatuor libras - - - - - - - -	24	
urbanæ politiæ propretoris servo cubiculario -- idem. - - -	24	
janitori collegii Ludovici magni sex libras. - - - - -	6	
alteri janitori ejusdem collegii tres libras - - - - -	3	
pro rhedâ rectoriâ die prima januarii viginti quinque libras quatuor asses. - -	25	4
illustrissimi Regiorum sigillorum custodis janitori sex libras. - -	6	
pro rhedis rectoriis ad illius ædes sex libras. - - - -	6	
pedisequis famulantibus Doctores Decanum comitantes sex libras	6	
custodi helvetico facultatis tres libras - - - - - -	3	
Typographi facultatis parvis ministris tres libras - - - -	3	
janitori ædis Regii rectoris generalis sex libras - - - - -	6	
pro rhedis rectoriis duas libras et duodecim asses. - - - - -	2	12
Decano, censori et duobus apparitoribus comitatum præbentibus Rectori amplissimo cereos offerenti archiepiscopum Duci serenissimo, venerando archiepiscopo et magistratibus, Decano scilicet sex libras, censori tres et unicuique apparitori triginta asses, unde emergit summa duodecim librarum - - - - -	12	

summa hujus paginæ est de deux mille sept cens vingt-cinq livres, onze sols —

iisdem versalias euntibus cum Rectore, Regi augustissimo et augustæ Reginæ cereos offerente, Decano scilicet duodecim libras, censori sex, unicuique apparitori tres, unde summa viginti quatuor librarum . 24

famulantibus pedissequis sex libras - - - - - . 6

notario, pro quatuor electionis Decani testimoniis duodecim libras 12.

Caput Decimum quartum

impensa extraordinaria

Clarissimo viro D° Delt'aubin pro effigie venerandi scholarum antiquioris magistri, juxta decretum facultatis ære incisam et chartis impressam septingentas nonaginta et quatuor libras - - - 794

D° Loault facultatis procuratori in supremo senatu, pro litibus adversus pharmacopæos ... ducentas et quadraginta libras - - - 240

pro rhedis vectoriis Decanum versalias ferentibus, illustrissimo Regiarum sigillorum custodi extracta commentariorum facultatis a mense julio ad mensem usque decembrem anni 1778 traditurum et varia responsa ab eo quæsiturum, quinquaginta libras et octo asses - - - - - - - - - - 50 | 8

pro libelli memorialis et supplicis ordinis saluberrimi Regi Regni administris, magistratibus, tribunali academico offerendi, aliis que pluribus missis exemplaribus septingentas sexaginta et octo libras - - - - - - - - - - 768

pro aliis exemplaribus ejusdem libelli [illegible] que compendii trecentas nonaginta et duas libras - - - - 392

scribæ pro libello memoriali facultati adversus D. vitet medicum lugdunensem quinque libras . 5

pro libellis memorialibus D.D. huo de miromeny, de maurepas amelot, Lenoir missis circa nostrarum ædium conditionem miserandam, aliarum que necessariam constructionem quatuordecim libras et octo asses - - - - - - - - - 14 | 8

pro impensis minutis a Theodoro petro cruchot solutis juxta ejus libellum memorialem quadringentas septuaginta sex libras et quatuor asses . - - - - - - - - 476 | 4

viginti quinque millia librarum a Decano mutuata sunt pro rebus facultatis, juxta decretum facultatis illi memorabiliter hujus summæ reditus annuus, scilicet summa ducentarum quinquaginta librarum supra mille - - - - - - - - - 1250

pro Rhedis meritoriis per annum a Decano solutis centum et quinquaginta libras, volente saluberrima facultate. 150

summa hujus paginæ est de quatre mille cent quatre vingt deux livres —

summa totius expensi est de cinquante cinq milles, huit cent quinze livres trois sols; summa totius accepti est de douze milles cent quarante neuf livres dix huit sols; ideoque summa expensi superat summam accepti de la somme de quarante trois milles, six cens soixante cinq livres, quinze sols —

29 déc. 1781 Anno Domini millesimo septingentesimo octogesimo primo, die vigesimâ nonâ mensis Decembris, horâ post meridiem tertiâ, saluberrima facultas convocata ut audiret rationes Decanatûs Magistri Joannis-Caroli Desessartz à mense

Ratification le 29 Xbre 1781 des Comptes de Nov. 1778 à Nov. 1779.

Novembris 1778 ad mensem Novembrem anni 1779 latas et gratis habet unanimi consensu rationes numerarias supra scriptas, ei gratias agit pro rebus bene gestis, solitum annuit honorarium centum et quinquaginta libellarum, scilicet Apparitori annuit quinquaginta libellas, minori vero viginti quinque; insuper decrevit singulis doctoribus presentibus auditis et Censoribus, distribuendos esse duos calculos argenteos, Decano et antiquiori Magistro quatuor, unicuique Bedello unum; agnoscitque dicta Magistrorum ordinis antiqui Decano deberi summam de quarante trois milles six cents soixante cinq livres quinze sols à Magistro Thomâ Levacher delafeutrie Exdecano providendam et sic audiri

Levacher delafeutrie Exdecanus et Academiae Censor.

Philip Decanus, De La Rivière, Dejean, Coibus, Majault, Morand, Desse Leger, Chevalier, L. Dirhemaeres, Doulcet, Millin, Darcet, Douglée, Vollant, Duhaume, Leigs, Le Preux, Coutavoz, Lenoine aegrotat, acce ... Coutavoz, Cotton, Desfraisne, Cotton pro Dno Levacher, Leigs pro D. Baron, Pajon de Moncets et pro domino Bernard, Jumelin pro Dno D. Langlois, Coquereau, Lapiper, Maillaton, Solier, Marimère, Bourdois Delamotte, Bagot et pro Dno Vacher, de Brotonne, Goubelly, Mahon, De Jussieu, Mathey, Le Roy, Desfilles, De Wenzel, Mc Criacher et pour, Derhiart, Delaplanche, Jeanroy, Guindant et pro Do Dumangin, Dumangin, Doyrlan, Borquillon, Desbois, Navier, Mathey pour M. Nizon, Mayput, Bailly, Doublet, Levennes, Guinée, Simonnet, Muiré fils, Muiré père aegrotat, Jallien, Thierry, Le Roy, fr. A. Delaloucette, pro me et patre, Descemet, Bidault, Montabourg, Moriseau Delalande, Munier J., Duhaume et pro D. Petit aegrotat, Munier J., Millet, Guillotin, ... pro me et ... pr. ... Jallet, Dufresnay, Missa, Boyrot, Hallot, Quinet, A. L. De Jussieu, Berchen, Gervaise, Eleve, Grandclas, DeVilliers, pro et de ..., Berthollet, ...

Commentariorum
Saluberrimæ facultatis Parisiensis
Pars Historica

Incipiens die Sabbati sextâ mensis Novembris anni 1779 ad diem Sabbati quartam mensis cognominis anni 1780 M.º Thomâ Levacher de la feutrie Decano.

Comitia diei 6.º Novembris 1779.

Die Sabbati sextâ mensis Novembris anni 1779 post festum omnium Sanctorum primâ, majoribus comitiis dicatâ convocati sunt à M.º Joanne-Carolo Desessartz Decano Doctores Medici omnes in Scholas Superiores horâ decimâ matutinâ, post Sacrum, Decanum, Professores, Bibliothecæ Præfectum et Examinatorem unum ad Comitia primâ mensis dicta Deputatum electuri.

Peractis ut dictum est in historiâ præcedentis Decanatûs quibuslibet in antecænium peragendis, postquam et novus Decanus M. Thomas Levacher de la feutrie solitum intra manus decedentis à Magistratû Decani dixit Jusjurandum, clarissimi Electores M.M. Moreau, Le Preux, Delon, Le Roi, Simonnet, consueto jurejurando obstricti in sacellum abierunt Professores electuri; indèque paulò post redeuntes in Comitia palàm pronuntiarunt se elegisse in Professorem Scholarum M.M. Lezurier, Lafisse ex majori ordine; ex minori verò M. Solier de la Romillais.

In Professorem utriusque Pharmaciæ M.M. Leys, Guenet ex majori ordine, ex minori verò M. Bacher... In Professorem Chirurgiæ Gallico idiomate M. Dumangin ex majori ordine, ex minori, M.M. Gaillotiy, Desbois de Rochefort... In materiæ medicæ Professorem M. Nollon ex majori ordine; Ex minori M.M. Nizon, Bayet... In Professorem Chirurgiæ latino sermone ex majori ordine M. Bidault, ex minori M.M. Jumelin, Desfarnes... In præfectum Bibliothecæ M. Majault ex majori ordine, ex minori M.M. Saillant, Rouvel de Vauzesmes...

Denique in Professorem Anatomes et artis obstetriciæ in gratiam matronarum M. Sigault.

Jam verò nominati Doctores non, ut anteà, eadem sortem experti sunt, sed viâ scrutinii ex majori suffragiorum numero renuntiati sunt Professores hoc ordine: Scilicet Scholarum, M. Solier de la Romillais; utriusque Pharmaciæ, M. Guenet; Chirurgiæ gallico idiomate, M. Desbois de Rochefort; Materiæ Medicæ, M. Nollon; Chirurgiæ latino idiomate, M. Jumelin; Bibliothecæ

Prefectus, M. Roussel de Vauzesme; et absque scrutinio, Anatomes et Artis obstetriciae in gratiam Nationarum M. Sigault; qui quidem omnes, tactis evangeliis, consuetum intra Decani manus juramentum dixerunt; et ita concludit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Caput Primum

Acta in Scholis Inferioribus, Amphitheatro et apud Cancellarium Universitatis

Theses Pathologicae

Die Jovis tertiâ mensis februarii anno 1780 propugnavit in scholis inferioribus thesim suam pathologicam Baccalaureus noster franciscus de fourcroy, Praeside M. Joanne Colombier, et erat quaestio talis: an ut in febribus intermittentibus ita in plerisque morbis periodicis salubris Kinakina usus? affirmativè concludens, proponebatque ab octavâ ad meridiem.

Apertâ scrutinii capsâ praesentibus qui argumenta proposuerant Doctoribus cappatis; probata fuere Baccalaurei responsa.

finitâ disputatione, antequam dicerentur quodlibeta, legit major facultatis Apparitor nomina et agnomina Doctorum in saluberrimâ facultate Parisiensi actu Regentium thesimque proximis disputationibus agitandam.

Catalogus Doctorum in saluberrimâ facultate Regentium
die 6.ª mensis Novembris anni 1779.

Magister Guillelmus-Josephus Del'Epine Parisinus, antiquior scholae Magister, antiquus facultatis Decanus.

M. Raimundus Delarivière, Parisinus.

M. Antonius Casamajor, Benearnensis.

M. Ludovicus-Maria Poussé, Parisinus, Eques et Censor regius.

M. Hyacinthus-Theodorus Baron, Parisinus; antiquus facultatis Decanus, nec non Castrorum Regis et Exercituum in Germaniâ et Italiâ Protomedicus.

M. franciscus-felicitas Cochu, Sangermanus Parisiensis.

M. Claudius-Carolus Desjean, Parisinus.

M. Gaspardus Cochon Dupuy, Rupifortensis, Regii Ordinis Eques, Regis Consiliarius, et in Arce maritimâ Rupifortensi Anatomes et Chirurgiae Professor Regius.

M. Michael-Josephus Majault Dualensis, antiquus Regis Exercituum in Germaniâ Med.

M. Michael-Philippus Bouvart Carnutensis, Regii Ordinis Eques, Regiae Scientiarum Academiae Socius.

M. Joannes Jacobus Belleteste, Parisinus, antiquus facultatis Decanus.

M. Laurentius Ferret Parisinus, Ecclesiae Cameracensis Canonicus.

M. Exuperius-Josephus Bertin, Rhedonensis; Supremi Valachiae et Moldaviae Principis Medicus; antiquus Regis Exercituum et Castrorum Medicus Primarius; nec non è Regiâ Scient. Academiâ.

M. Ludovicus-Guillelmus Lemonnier, Parisinus, Consiliarius Medicus Regis Ordinarius Primarius; Regiarum Parisiensis, Londinensis et Berolinensis Academiarum Socius et in Horto Regio Botanices Professor ac Demonstrator.

M. Benjaminus-Ludovicus Lucas de Laurembert, Laudunensis.

M. Petrus Bercher, Parisinus, antiquus facultatis Decanus, Regiae Hispaniarum Infantis, dum viveret, nec non Regii Exercitûs ad Infimum Rhenum in ultimo bello Medicus Primarius.

M. Julianus Busson, Dinannaeus, Nosocomiorum Regiorum in Britanniâ Inspector et Serenissimae Atrebatum Comitissae Medicus Primarius.

M. Josephus, Maria-Franciscus Lassone, Carpentoracensis, Regis ab omnibus Consiliis, Archiatrorum Comes, Designatus; Augustissimae Reginae Medicus Primarius; è Regiâ Scientiarum Academiâ; facultatis Medicinae Monspeliensis Doctor Aggregatus et honorarius. Regius Librorum Censor.

M. Petrus-Josephus Macquer Parisinus, Regiae Scientiarum Academiae Socius; in Horto Regio Chemiae Professor et Censor Regius.

M. Petrus Lallouette, Parisinus, Regii Ordinis Eques.

M. Natalis-Maria De Gevigland Parisinus. Regiorum in Germaniâ Ducum et militarium Nosocomiorum nuper Medicus.

M. Joannes-Stephanus Guettard, Senonensis, Regiarum Academiarum Parisiensis, Rupellensis, Florentinae et Stokolmiensis Socius: Censor Regius, et Historiae naturalis Musaei Serenissimi Ducis Aurelianensis Custos.

M. Carolus-Ludovicus Liger Altissiodoreus. Consiliarius Regis Medicus Ordinarius in urbe et Comitatu Altissiodorensi.

M. Franciscus Bernard, Abrincensis.

M. Petrus Chevalier de la Hamonais, Rhedonaeus. Regi à Consiliis et Secretis.

M. Petrus Poissonnier Divionaeus, Regis in Sacro Consistorio Consiliarius; Regi à Consiliis Medicis; in Regiis urbibus maritimis et Coloniis Totius Medicinae Praefectus; è Regiâ Scientiarum Academiâ Parisiensi; Academiarum Brestensis, Divionensis, Londinensis, Melitensis, Stockolmiensis et Petropolitanae Socius; Censor et Professor Regius.

M. Joannes-Claudius Munier Laudunensis; antiquus Consiliarius Medicus Regis Ordinarius; Domûs Regiae Invalidorum Protomedicus.

M. Franciscus Bidault, Parisinus.

M. Paschasius Borie, Palensis.

M. Stephanus Pourfour du Petit Parisinus, Pathologiae Professor.

M. Antonius Petit Aurelianus, in Horto Regio Anatomes et chirurgiæ Professor; è regiâ Scientiarum Academiâ, et militarium Regni Nosocomiorum Inspector.

M. Ludovicus-Gabriel Dupré Remensis; M. Principis Condæi Consiliarius Medicus.

M. Bartholomæus-Tiranus Leclerc Rhotomagensis; Consiliarius Regis Medicus in agro Castelleto.

M. Dionisius-Claudius Doulcet, Parisinus.

M. Natalis-Andreas-Joannes-Baptista Chesneau, Cenomanus.

M. Dionisius Poultier Dela Breuille Insulismensis S. Comitis Gallo Provinciæ Med. Primarius.

M. Stephanus-Ludovicus-Geoffroy Parisinus, Regi à Consiliis et secretis; Societatis Botanicæ florentinæ necnon Patrioticæ Stockolmiensis socius.

M. Bernardus-Nicolaus Bertrand Parisinus.

M. Anna-Carolus Lorry. Parisiensis.

M. Joannes-Jacobus Mesnene, Andegavensis.

M. Jacobus Barbeu Dubourg Cenomanensis, Regiæ Scientiarum Academiæ Stockolmiensis, Societatis Regiæ Monspeliensis, Societatis Medicæ Londinensis, et Philosophicæ Americanæ Socius.

M. Petrus-Augustus Adet Parisiensis

M. Ludovicus-Joannes-Baptista Corniet. Parisinus.

M. Anna-Claudius Dorigny. Parisinus.

M. Franciscus Thierry, Tullensis; Eques; Regis è Salubri Consilio; Regii Medicorum Nanceïanorum Collegii Socius honorarius; Regiæque ejusdem Societatis Scientiarum, ac humaniorum Litterarum Academiæ; nec non Biterrensis, olim.

M. Joannes Mac-Mahon Laonensis Hibernus; antiquus Exercituum Regis et Nosocomiorum Militarium Medicus; Regiæ Scholæ militaris Medicus ordinarius.

M. Ludovicus-Alexander Gervaise, Ambianensis.

M. Martinus Nouguez, Aturensis.

M. Joannes-Franciscus-Clemens Morand. Parisinus; Eques; Stanislai primi Poloniarum Regis olim Consiliarius Medicus et Regiorum Exercituum à Consiliis Medicis.

M. Jacobus-Ludovicus Alleaume, Parisinus; antiquus facultatis Decanus ac militarium Nosocomiorum ad Regis Exercitum, nec-non insulis Americanis nuper Medicus.

M. Carolus Geille de St. Leger. Claromontanus; Eques; Consiliarius Regis Medicus ordinarius; Primi Ordinis et totius Equestris Agminis in Exercitu Medicus primarius.

M. Petrus-Maria Malvet. Parisinus Gallicarum Principum Medicus primarius.

M. Ludovicus-Petrus-Felix-Renatus Le Thieullier, Parisinus, Antiquus facultatis Decanus, Regis Consiliarius et in majori Consilio, et in magnâ Regiæ domus et Franciæ Præfecturâ, Medicus ordinarius.

M. Edmundus-Thomas Moreau Senonensis.

M. Claudius Josephus Gentil Bisuntinensis, militarium Nosocomiorum nuper Medicus.

M. Joannes Baptista Bajolle, Salmuriensis; non Regens.
M. Simon-Antonius Bringaud, Pontesianus.
M. Jacobus Gourlez Dela Motte, Parisinus.
M. Petrus-Abraham Pajon de Moncets, Blæsæus; Eques; in Urbis Præfectura Medicus; Academiæ Regiæ Catalaunensis; nec non Societatis Rei agrariæ Aurelianensis Socius.
M. Josephus Lieutaud archiatrorum Comes.
M. Joannes-Nicolaüs Millin dela Courvault, Nivernensis.
M. Henricus-Michael Missa, Rhemensis; Regii Medicorum Nanceianorum Collegii Socius honorarius; antiquus Regis Exercituum in Germania Medicus Ordinarius, Censor Regius, Academiæ Catalaunensis Socius.
M. Petrus-Josephus Morizot Des Landes, Catalaunensis.
M. Acriadus Vachier, Auriacensis.
M. Guido-Darié Despatureaux, Bituricus.
M. Joannes Descemet, Parisinus; Rei herbariæ Professor; Regius Censor.
M. Maximilianus-Josephus Leys, Audomarinus.
M. Marinus-Jacobus-Clarus Robert, Cadomensis; Serenissimi Dispontini Ducis, dum viveret Archiater, nec non à Consiliis et Secretis.
M. Guillelmus Fumée, Bajocensis.
M. Franciscus-Ludovicus Thomas d'Onglée, Cenomanus.
M. Natalis-Nicolaus Mallet, Carnutæus.
M. Joannes-Armandus Roussin de Montabourg, Parisiensis.
M. Stephanus Gresin D'huaume, Blesensis.
M. Petrus-Joannes-Claudius Mauduyt de la Varenne, Parisiensis.
M. Cæsar Coste, Arelatensis, Censor Regius.
M. Achilles-Guillelmus Le Begue de Presle, Aurelianensis, Eques et Censor Regius.
M. Nicolaüs Jeanroy, Tullensis; Regii Medicorum Nanceianorum Collegii Socius honorarius.
M. Cosma-Augustinus Lezurier, Rhotomagæus.
M. Simon Vacher, Bisuntinus; Regis Exercituum in Insula Corsica Medicus Primarius.
M. Carolus Sallin, Grayaeus-Bisuntinensis; Scholarum Professor designatus; Consiliarius Regis Medicus in quo Castelleto.
M. Ludovicus-Gilbertus Boyrot de Joncheres, Bituricensis.
M. Hugo Gauthier, Riciacus Lingonensis, Consiliarius Regis Medicus.
M. Franciscus Thierry de Busy, Tullensis; Consiliarius Regis Medicus Ordinarius in Supremo Senatu Parisiensi.
M. Joannes d'Arcet, Severopolitanus;
M. Josephus Philip, Intervallensis Glandatensis utriusque Pharmaciæ Professor.
M. Joannes-Baptista-Alexander Maigret, Parisinus
M. Carolus-Ludovicus-Franciscus Andry, Parisinus, Anatomes et Artis obstetriciæ Professor.
M. Joannes-Stanislaus Mittié, Parisinus, Regiæ Scientiarum et litterarum Nanceii Aca

demiae Socius, nec non Stanislaï Primi Poloniarum Regis olim Medicus ordinarius.
M. Josephus-Jacobus Gardane, Massiliensis; Censor Regius, è regiâ scientiarum Societate Monspeliensi, Regiorum Nancei et Massiliae Academiarum Socius.
M. Joannes-Antonius Elie de la Poterie, Constantiensis, antiquus Regis in portu Brestensi Medicus, nec-non militarium Regni nosocomiorum Inspector.
M. Edmundus-Claudius Bourru Parisinus, Chirurgiae gallico idiomate Professor.
M. Ludovicus-Claudius Guilbert, Parisiensis, è Societate Medicâ Edimburgensi, antiquus Regis exercituum Medicus ordinarius.
M. Paulus-Gabriel Lebreux Parisinus.
M. Antonius-Joannes-Baptista-Maclovius Guenet Rothomagaeus, utriusque Pharmaciae Professor designatus.
M. Carolus-Nicolaus d'Eslon Tullensis, Serenissimi Comitis Atrebatum Medicus ordinarius.
M. Henricus Raimond Augustodunensis, Regis exercituum in Insulâ Corsicâ Medicus.
M. Joannes-Baptista Langlois Abrincensis.
M. Ludovicus-Alexander Cézan Parisinus.
M. Joannes-Carolus Des Essartz Lingonensis, Ex-Decanus et Academiae Censor.
M. Joannes Colombier, Tullensis.
M. Bertrandus Dupuy Arreensis in Valle Aurensi.
M. Thomas Levacher de la Feutrie Ebroïcensis saluberrimae facultatis Decanus.
M. Joannes-Baptista-Eugenius Dumangin Castro-theodoricus.
M. Joannes-Augustinus Coutavoz Parisinus.
M. Franciscus-Maria Lemoine Parisinus.
M. Joannes-Baptista-Michael Bucquet Parisinus, Censor Regius, è regiâ Scientiarum Academiâ, Chemiae Professor.
M. Carolus-Jacobus-Ludovicus Coquereau Parisinus.
M. Josephus-Ignatius Guillotin Santo.
M. Claudius Lafosse Lugdunaeus.
M. Benjaminus-Michael Solier de la Romillais Rhedonaeus apud Armoricos Physiologiae Professor designatus.
M. Joannes-Jacobus Rollan Parisinus Materiae Medicae Professor designatus.
M. Antonius-Laurentius De Jussieu, Lugdunaeus, Eques, Regi à Consiliis et secretis, Regiae Scientiarum Academiae Socius.
M. Claudius-Andreas Goubelly Parisinus.
M. Philippus-Alexander Bacher Thannensis Alsata.
M. Claudius-Antonius Caille, Mortaviensis apud Sequanos è Societate Medicâ Edimburgensi.
M. Franciscus-Ludovicus Guindant ex Virzione apud Bituriges, è regiâ Scientiarum Academiâ Monspeliensi.
M. Joannes-Jacobus Paulet Anduziensis Dioecesis Alesiensis apud Occitanos: Non-Regens.
M. Joannes-Franciscus-Jacobus Rousille de Chamseru Carnuteus.
M. Ludovicus-Carolus-Henricus Macquart Rhemus.

M. Eduardus-franciscus-maria Bosquillon, Ambianensis, Eques. chirurgiæ latino idiomate Professor. e Societate Medicâ Edimburgensi Professor et Censor regius.
M. Jacobus-franciscus DeVilliers Sur-maxensis Pictonum antiquus Regis Exercituum Medicus ordinarius in Germaniâ; Regiæ Scholæ veterinariæ Medicus.
M. Carolus-Ludovicus Varnier Parisinus.
M. Theobaldus Nizon Sacro-Cæsareus apud Bituricenses.
M. Carolus-Jacobus Saillant Parisinus
M. Henricus-Joannes Baget Parisinus
M. Josephus Cotton Gratianopolitanus.
M. Joannes-franciscus-Achilles Lallouette Eques Parisinus.
M. Ludovicus Desbois de Rochefort Parisinus, Eques. chirurgiæ gallico idiomate Professor designatus, Censor Regius.
M. Antonius-Chaumont Sabatier Parisinus.
M. Felix Vicq d'Azyr Valonensis apud Constantienses; Scholarum Professor; è regiâ Scientiarum Academiâ: Serenissimi Comitis Atrebatum Consiliarius Medicus, Regii Medicorum Nanceianorum Collegii Socius honorarius.
M. Thomas LeTenneur Granvillæus Constantiensis.
M. Joannes-Jacobus DelaPorte Parisinus.
M. Joannes-Carolus DesBrotonne Laudunensis.
M. Joannes-Baptista Jumelin Constantiensis, chirurgiæ latino idiomate Professor designat.
M. Joannes-Mathæus Desfrasne Sequanus.
M. Alphonsus-Vincentius-Ludovicus-Antonius LeRoy Rothomagæus, chirurgiæ gallico idiomate Professor designatus.
M. Joannes-Baptista Baignieres Parisinus
M. Claudius-franciscus Duchanoy Sequanus.
M. Deodatus Jeanroy Tullensis, Bibliothecæ Præfectus.
M. Maria-Zorobabel Aunier Parisinus. Regis in Coloniis Orientalibus nuper Medicus, Domûs Regiæ Invalidorum Decanus et militum Medicus à Rege designatus.
M. Augustinus Thouret Lexoviensis.
M. Henricus-Alexander Tessier Carnutensis, Clericus.
M. Joannes Thaurauy Claromontensis non Regens.
M. Joannes-Renatus Sigault Divionæus, Anatomes et artis obstetriciæ in gratiam Matronarum Professor designatus; è Regiâ Scientiarum Academiâ Divionensi à Rege, propter symphiseos pubis dividendæ excogitatam operationem pensionatus.
M. Christophorus-Nicolaus DeJussieu Lugdunæus.
M. Joannes-Natalis Hallé Parisinus. non Regens.
M. Michael-franciscus DelaPlanche Parisinus.
M. Bernardus-Joachim Bourdois De la Motte Senonensis.
M. Tussanus-franciscus-Nicolaus Navier Catalaunensis.

M. Franciscus Doublet Carnutensis, in Supremo Senatu Parisiensi Patronus.
M. Franciscus-Nicolaus Simonnet Parisinus in Supremo Senatu Patronus.
M. Joannes-Baptista-Claudius Jeannet Des Longrois Arcyanus Trecensis
M. Augustinus Rousnel De Nauzerme Allineus apud Altissiodorenses Bibliothecae facultatis Praefectus designatus.
M. Joannes-Jacobus Le Roux Des Tillets Parisiensis.
M. Ludovicus-Carolus Hallot Lingonensis.
M. Joannes-Franciscus Marinier Nivernensis.
M. Joannes-Baptista-Josephus Théry Atrebatensis.

Thesium Pathologicarum Series

Die Martis octavâ mensis ejusdem februarii propugnata fuit à Baccalaureo nostro Petro Lasservolle Praeside juxtà ordinem suum M.^o Joanne-Carolo Des Essartz Ex-decano et Academiae Censore Collegiique Medici Lugdunensis socio Thesis therapeutica de Emeticorum viribus et agendi modo.

Apertâ scrutinii capsâ, rata et grata habuit facultas unanimi consensu, responsa Baccalaurei.

Die Jovis decimâ mensis ejusdem thesim suam pathologicam propugnavit Baccalaureus noster Stephanus Crochet cui juxtà ordinem suum praefuit M. Ludovicus-Alexander Cezan an hystericis affectibus radix Brasiliensis affirmativè concludentem.

Apertâ scrutinii capsâ unanimi consensu Baccalaurei responsa probavit saluberrima facultas.

Die martis decimâ quintâ mensis ejusdem propugnavit thesim suam pathologicam Baccalaureus noster Jacobus De Wenzel an Specificum Viperae morsûs antidotum alkali volatile affirmativè concludentem; huicque juxtà ordinem suum praefuit M. Joannes-Baptista Langlois.

Reseratâ capsâ Baccalaurei responsa unanimiter approbavit facultas.

Die Jovis decimâ Septimâ mensis ejusdem pathologicam suam thesim propugnavit Baccalaureus noster Claudius-Ludovicus Berthollet Praeside M. Ludovico-Alexandro Cezan M. Henrici Raimond propter legitimam causam absentis vices gerente de aquarum hepatisatarum naturâ compositione artificiali et virtutibus.

Reserato scrutinio probata sunt unanimi consensu Baccalaurei responsa.

Die Martis vigesimâ Secundâ mensis ejusdem propugnavit thesim suam Pathologicam Baccalaureus noster Henricus-Hercules Champeaux du Vernay Praeside juxtà ordinem suum M. Carolo-Nicolao D'Eslon an in febribus malignis post venae sectionem citò citiùs Emeticum? affirmativè concludentem.

Aperto scrutinio probata sunt unanimi consensu Baccalaurei responsa.

Die Jovis vigesimâ quartâ mensis ejusdem propugnavit thesim suam pathologicam Baccalaureus noster Nicolaus Chambon de Montaux Praeside juxta ordinem suum M. Antonio-Joanne-Baptista-Maclovio Guenet an in morborum therapeiâ habenda sit ratio epidemiae grassantis? affirmativè concludentem.

Reseratâ capsâ probata sunt Baccalaurei responsa.

Die martis vigesimâ-nonâ mensis ejusdem propugnavit thesim suam pathologicam Baccalaureus noster Stephanus Fouquet de Pellegrue Praeside juxta ordinem suum M. Paulo-Gabriele Le Preux in quâ probavit morbum pravâ medendi methodo exacerbatum curato difficiliorem esse.

Reseratâ scrutinii capsâ, probata fuerunt Baccalaurei responsa.

Die Jovis Secundâ mensis Martii propugnavit thesim suam pathologicam Baccalaureus noster Joannes Grozieux de la Guerenne Praeside juxta ordinem suum M. Ludovico-Claudio Guilbert affir

mativè concludentem an variolis narcotica?

Aperto scrutinio probata fuerunt unanimi consensu Baccalaurei responsa.

Die martis septimâ mensis ejusdem martii propugnavit thesim suam pathologicam affirmativè concludentem, Preside juxtà ordinem suum M. Edmundo-Claudio Bourru, Baccalaureus noster Paulus-Augustinus-Olivarius Mahon de Mounay an in acutis diaeta è solis vegetalibus?

Aperti scrutinii capsâ probata sunt unanimi consensu responsa Baccalaurei.

Die Jovis nonâ mensis ejusdem Martii propugnavit thesim suam Pathologicam Baccalaureus noster Carolus-Ludovicus-Maria-Gabriel Dupré, Preside juxtà ordinem suum M. Joanne-Antonio Elie de la Poterie sub hocce titulo: quid in corpus animatum valeat Medicus.

Reseratâ scrutinii capsâ probata sunt unanimi consensu Baccalaurei responsa.

Die Martis quartâ mensis Aprilis propugnavit thesim suam pathologicam Baccalaureus noster Antonius Mathey, Preside juxtà ordinem suum M. Josepho-Jacobo Gardane sub hocce titulo: de morbis à cessatione menstruorum vulgò dictâ temis critique.

Reserato scrutinio probata sunt unanimi consensu Baccalaurei responsa.

Orationes Publicae

Die Dominicâ trigesimâ mensis Januarii publicam orationem habuit M. felix Vicq d'Azyr Scholarum Professor pro solemni Scholarum inauguratione in quâ quantum promovendae Medicinae Graecorum labores, renovandae verò Medicorum Parisiensium vigiliae profuerint ostendit.

Die Dominicâ Sextâ mensis februarii elegantissimam orationem habuit M. Edmundus-Claudius Bourru chirurgiae gallico idiomate professor in quâ designavit apprimè Le Point où le Chirurgien doit s'arrêter dans les differentes sciences dont l'étude lui est necessaire.

Die Dominicâ tertiâ mensis Septembris publicam orationem habuit M. Thomas Levacher de la feutrie Decanus pro Licentiatorum Hesperiis, Paranymphis et Vesperiis in quâ Licentiatis quid Deo et Religioni, quid Regi et Patriae, quid saluberrimae facultati deberent omni quantam potuit verborum energiâ explanavit.

Cursus Publici

Die Jovis vigesimâ quartâ mensis februarii M. Stephanus Pourfour-du-Petit Scholarum Professor pro Pathologiâ, Corporis humani partium structuram et usus super virili cadavere Philiatris in facultatis amphitheatro edocere incepit, partes oculis subjiciente M. Claudio-Andreâ Goubelly facultatis Doctore-Regente.

Die Jovis sextâ mensis Aprilis M. Eduardus-franciscus-Maria Bosquillon chirurgiae Professor operationes chirurgicas in amphitheatro facultatis publicè exponere incepit, quas in cadavere humanum perfecit idem M. Claudius-Andreas Goubelly saluberrimae facultatis Doctor-Regens.

Die Lunae vigesimâ quartâ mensis ejusdem M. Edmundus-Claudius Bourru chirurgiae Gallico idiomate Professor operationum chirurgicarum cursum incepit manuum industriam praestante eodem M. Claudio-Andreâ Goubelly saluberrimae facultatis Doctore-Regente.

Die Mercurii decimâ-septimâ mensis Maii M. Carolus-Ludovicus-franciscus Andry anatomes et artis obstetriciae in gratiam Matronarum Professor, cursum anatomicum ad artem obstetriciam referendum incepit, partes secante et oculis subjiciente eodem M. Claudio-Andreâ Goubelly saluberrimae facultatis Doctore-Regente.

Die verò Lunae quintâ mensis Junii idem M. Carolus-Ludovicus-franciscus Andry in eodem loco, hoc est, in amphitheatro facultatis, artem obstetriciam Matronas edocere cepit, varias encheiresis absolvente eodem M. Claudio-Andreâ Goubelly saluberrimae facultatis Doctore-Regente.

Die Lunæ decimâ Sextâ mensis Octobris horâ ipsâ decimâ matutinâ Magister Josephus Philip utriusque Pharmaciæ Professor, Pharmaciæ Specimen exponere incepit operationibus Pharmaceuticis manum industriam præstante Jacobo-Cæsare Liège Pharmacopæo Parisiensi peritissimo, in Scholarum amphitheatro.

De Licentiatis.

Die Dominicâ vigesimâ mensis Augusti convocati sunt Doctores Medici omnes cappati horâ post meridiem tertiâ in aulam exteriorem illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis comitaturi præbituri Decano Baccalaureos Emeritos offerenti meritissimo Ecclesiæ Parisiensis et Academiæ Cancellario.

Hâc in Actione eleganti quantum potuit oratione de Sacerdotii et Medicinæ excellentiâ Decanus meritissimo Cancellario Baccalaureos medicos duodecim obtulit, à quo pariter eleganti pariter oratione responsum est Decano, oblati sunt à Baccalaureis, pro more, meritissimo Cancellario, et Emeritis quibuscumque præsentibus viris amygdala saccharo obducta, singulis que Doctoribus distributus est calculus argenteus.

Die Sabbati vigesimâ Sextâ mensis ejusdem convocati sunt Doctores Medici omnes in aulam inferiorem illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis sub hâc verborum formulâ

De Mandato Dignissimi Domini Cancellarii Ecclesiæ et Universitatis Parisiensis

Comparebunt in Aulâ illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis die Sabbati proximo vigesimo-sexto mensis Augusti horâ decimâ matutinâ

MM.

Claudius-Ludovicus Berthollet, è loco Talloires, propè Anneci, Diœcesis Genevensis,

Nicolaus Chambon de Montaux, Lingonensis,

Henricus-Hercules Champagne du Fresnay, Catalaunus,

Stephanus Crochet, Cluniacensis, Diœcesis Matisconensis,

Carolus-Ludovicus-Maria-Gabriel Dupré, Æduensis,

Stephanus Foucignet de Polleyne, Vazatensis,

Antonius-Franciscus De Fourcroy, Parisinus,

Joannes Grozieux de la Guerenne è monte Lucio apud Boios Diœcesis Bituricensis,

Petrus Laservolle, ex agro Petrocoriensi,

Petrus-Augustinus-Olivarius Mahon de Houssay Carnutensis,

Antonius Mathey, Æduus,

Jacobus De Wenzel, Tornacensis,

Emeriti Saluberrimæ Facultatis Baccalaurei, ibi, per Dei gratiam, Licentiæ gradum et Benedictionem apostolicam recepturi.

Datum Parisiis Die Lunæ vigesimâ primâ mensis Augusti, anno 1780, Signatum Chevreuil

itaque

Convocantur Doctores Medici omnes in Aulam inferiorem illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis eodem die Sabbati vigesimo-Sexto mensis Augusti, anni 1780, horâ Septimâ matutinâ Licentiandorum Actoribus affuturi.

Datum Parisiis Die Martis vigesimâ-Secundâ ejusdem mensis et anni.

Thomas Walker de la Feutrie, Decanus.

Die Dominicâ vigesimâ Septimâ mensis Augusti convocati sunt Doctores Medici omnes in Scholas inferiores horâ post meridiem tertiâ publicis Vesperiarum actionibus interfuturi; verum cùm illustrissimo Protopræsidi Supremi Senatus placuisset Emeritis Baccalaureis indicere diem Lunæ vigesimum octavum mensis

presentis ad audiendam consuetam facultatis invitationem, publicas Vesperiarum actiones quæ die Dominicâ proximâ celebrandæ fuerant Die Dominicâ sequenti tertiâ mensis Septembris celebrandas esse Decanus Doctores omnes presenti schedulâ admonuit

Doctor Sapientissime

Cum illustrissimo Supremi Senatûs Protopræsidi placuerit Emeritis Baccalaureis nostris indicere diem Lunæ vigesimum octavum hujusce mensis Augusti, ad audiendam consuetam facultatis invitationem, Monitum te velim publicas Vesperiarum actiones quæ die Dominicâ proximâ celebrandæ fuissent, Die Dominicâ sequenti, tertiâ mensis Septembris, esse celebrandas.

Datum Parisiis die Jovis vigesimâ quartâ mensis Augusti, anno 1780

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus

Januariò die sabbati vigesimo-sexto indicto, horâ septimâ matutinâ convenerunt convocati Doctores in aulam inferiorem Illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis cum dignissimo Ecclesiæ et Universitatis Parisiensis Cancellario, ibique sequentem Licentiandorum Rotulum more consueto confecerunt.

Ordo Licentiandorum anno 1780.

Carolus-Ludovicus-maria-Gabriel Dupré.
Antonius Matthey.
Antonius-franciscus De fourcroy.
Claudius-Ludovicus Berthollet
Stephanus Crochet.
petrus-augustinus-Olivarius Mahon du Hournay.
Petrus Lasvolle
Henricus-hercules Champagne Du fresnay.
Joannes Grosieux de la Guerenne.
Nicolaus Chambon de Montaux.
Jacobus de Wenzel
Stephanus fourignet de Pelleyne

Quo quidem confecto rotulo et à meritissimo Cancellario nominis ac à Decano subsignato, ascenderunt omnes in aulam Ordinationum ibique vocatis pro suo quisque ordine à Majori facultatis Apparitore Licentiandis, Mr Dupré inter illos primo solvendam quæstionem proposuit Meritissimus Cancellarius an in morborum curatione crisi occurrendum an favendum? Eâque solutâ omnibus Licentiandis simul in genua procumbentibus meritissimus Dom Cancellarius Benedictionem apostolicam et Licentiam Medicinæ legendæ, interpretandæ et faciendæ hîc et ubique terrarum impertitus est; indeque ad altare Martyrum in Ecclesiâ Metropolitanâ progressi Licentiati, tacto altare, Juraverunt se Religionem catholicam, apostolicam et romanam ad effusionem sanguinis usque tuturos; tandemque simul supplicarunt ac impetrarunt ut Vesperiis et Doctoratui admitterentur, [illegible]

[illegible]

Quæstiones in Doctoratuum actibus agitatæ

Die Martis quintâ mensis Septembris, Magistro francisco Thierry de Bussy Præside, Magister Carolus-Ludovicus-Mariâ-Gabriel Dupré doctoratûs lauream adeptus est praesenque agitata quæstio fuit

An Apoplexiæ { venæ Sectio è Saphenâ ? / Emeticum ?

Die sabbati nonâ mensis ejusdem, Mo Stephano Grosin Dhuaume Præside, Doctoris insignia consecutus est M. Jacobus de Wenzel Lacutis Imperii Baro, porteaque enucleata fuit quæstio sequens

an ad perficiendam operationem Cataractæ instrumentum { unicum ? / multiplex ?

Die martis decimâ nonâ mensis ejusdem Doctoris gradum adeptus est in saluberrimâ facultate Magister Paulus-Augustinus-Olivarius Mahon de Hounay, Magistro Cosmâ-Augustino Lezurier præside huicce thesi

An in febribus infantium à glutinoso spontaneo { absorbentia ? / Emetico-cathartica ?

Pro doctoratu M. Petri Lasservolle, Licentiati Medici die Jovis vigesimâ primâ mensis ejusdem horâ ipsâ undecimâ matutinâ, Præside M.° Paulo-Gabriele Leprieur M. Simonis Pochet vices gerente proposita fuit sequens quæstio

An in insitione variolarum major habenda sit ratio { Status variolas recepturi ? / Puris eligendi ?

Die Veneris vigesimâ secundâ mensis ejusdem septembris, Doctoratus gradum adeptus est M. Stephanus Crochet Licentiatus Medicus M.° Natali-Mariâ de Gevigland præside M. Caroli Sallin vices gerente huicce quæstioni:

An præ divitibus pauperes { gravius ægrotent ? / difficilius curentur ?

Eadem die supplicaverunt pro vesperiis et doctoratu M.M. Grozieux de la Guerene, et Chambon et quæ sua postulata annuit saluberrima facultas salvo jure cæterorum.

Die sabbati vigesimâ tertiâ mensis ejusdem Doctoratus gradum adeptus est M. Antonius Mathey Licentiatus Medicus Præside M.° Petro-Abrahamo Pajon de Moncets M.i hugonis Gauthier vices gerente huicce quæstioni

Utrum in febribus malignis { Cardiaca ? / Antiphlogistica ?

Die martis mensis ejusdem vigesimo sexto Doctoris gradum adeptus est M. Henricus-hercules Champagne du fresnay Licentiatus Medicus Præside M.° Petro-Abrahamo Pajon de Moncets Loco M.i Cæsaris Coste sequenti quæstioni

An in colicâ Pictonum { Emetica ? / Diluentia ?

Die Mercurii vigesimâ septimâ mensis ejusdem ad Doctoris gradum promotus fuit M. Nicolaus Chambon de Montaux Licentiatus Medicus M.° Nicolao Jeanroy huicce quæstioni Præside,

An in uteri hemorrhagiâ { Venæ sectio ? / anti-spasmodica ?

Die Jovis sequenti, mensis ejusdem vigesimâ octavâ Doctoris gradum adeptus est M. Antonius-franciscus de fourcroy Licentiatus Medicus Præside M.° Petro-Joanne-Claudio Mauduyt de la Varenne, sequenti quæstioni

An morbi nervorum à { causâ ? / Ceurione ?

Die Veneris vigesimâ nonâ mensis ejusdem ad doctoris gradum evectus est M. Joannes Grozieux de La Guerene Licentiatus Medicus M.° Ludovico-Gilberto Boyrot de Joncheres huicce quæstioni Præside

An febribus intermittentibus { Cathartica ? / Kina-Kina ?

Die Lunæ secundâ mensis Octobris horâ [illegible] Doctoris gradum consecutus est M. Claudius Ludovicus Berthollet Licentiatus Medicus M.° Guillelmo-Josepho de l'Epine antiquiore scholæ Magistro M. Achillis-Guillelmi Le Begue de Presle sequenti quæstioni Præside vices gerente

An in febribus malignis { Alexipharmaca ? / Emetica ?

De novis Baccalaureis

Die sabbati decimâ octavâ mensis Martii, octo candidati, nempe Joannes-Nicolaus Corvisart des Marets, Ludovicus-Cyprianus[2] De Montaigu, Nicolaus-Franciscus Laverne, Renatus Louiche[4] Desfontaines, Antonius-Josephus-Victor Lardoiny Laurant[5], Philippus Petit-Radel, et Petrus[7] Pujo, solemni examine tentati et ad Baccalaureatûs gradum admissi è scholis superioribus in inferiores descenderunt ibique coram Decano, Doctoribusque quamplurimis à majori Bidello promore sigillatim compellati minorem cathedram ascenderunt et Baccalaureorum chlamide induti principium suum dixerunt excepto uno Renato Louiche Desfontaines cui aliqua decreti conditio ad principium dicendum necessaria. sed ille die sabbati sexto mensis Maii, adimpletis quibus indiguerat conditionibus, coram Decano et aliquot doctoribus, Baccalaurei chlamide indutus et à majori Bidello advocatus, minorem cathedram ascendit et suum quod debuerat principium dixit.

Caput Secundum

Comitia facultatis Generalia à die 6.ta Novembris 1779 ad diem 4.tam Novembris 1780.

Die Lunæ decimâ quintâ mensis Novembris anni 1779 convocati sunt Doctores Medici omnes in scholas superiores horâ decimâ matutinâ, 1.° eorum quae in Comitiis primo mensis leguntur Examinatorem unum antea eligendum, electuri; 2.° de scholarum reparatione simul et inauguratione Decanum dicentem audituri posteaque deliberaturi.

Hisce in Comitiis ante omnia Magistro Bertrand data copia est relationem legendi de opusculo quodam à Magistro Duchanoy collegâ nostro confecto cui titulus est Traité général sur les Eaux minerales considérées relativement aux differens principes qui entrent dans leur composition et à la maniere dont le Medecin peut les imiter dans les différentes circonstances où la Saison ou l'éloignement ne permettent pas de s'en procurer eujusquidem relationis hic tenor fuit.

Messieurs

„Vous nous avez chargés de l'examen d'un traité général sur les Eaux minerales considérées relative„ment aux differens principes qui entrent dans leur composition et à la maniere dont le Medecin peut „les imiter dans les differentes circonstances où la Saison ou l'éloignement ne permettent pas de s'en „procurer.

„Cet énoncé seul, Messieurs, doit vous faire sentir de quelle utilité un ouvrage semblable doit être „pour la Société en général, et pour la Medecine en particulier. il est telles circonstances prises de la „Saison ou de l'éloignement, même dans la Capitale, où le Medecin, faute de pouvoir se procurer des „Eaux naturelles fraiches et nouvellement prises à la Source est forcé d'en employer d'anciennes, „souvent épuisées, et perd ainsi un tems précieux pour la guérison, lequel dans ces pressantes saisons, „auroit été, à l'aide d'autres remedes, plus utilement employé.

„Un plus grand inconvenient encore, Messieurs, c'est celui qui resulte du prix que l'éloignement „et les frais du transport rendent déja considerable, et que l'espece d'administration a rendu excessif. „De là vient que l'usage en est interdit souvent à l'homme d'une fortune bornée et toujours à plus fort „à l'indigent.

„C'est surtout ce dernier motif si louable et si sacré pour tous ceux qui sont attachés au bien Public, qui nous „paroit avoir engagé, encouragé et soutenu l'auteur dans le travail pénible et dispendieux qu'ont éxigé les „recherches et les experiences necessaires à son dessein.

„L'auteur a divisé les eaux naturelles en dix classes qui font autant de sections dans son ouvrage. 1.° des „eaux gazeuses pures; 2.° des eaux alkalines; 3.° des eaux terreuses; 4.° des eaux ferrugineuses; 5.° des eaux „thermales spiritueuses; 6.° des eaux thermales simples; 7.° des eaux savonneuses; 8.° des eaux sulphu„reuses; 9.° des eaux bitumineuses; 10.° enfin des eaux salines.

« Il a ajouté à la fin un Supplement necessaire sur les Boues.

« Quant aux Eaux gazeuses, qui font un article considerable dans son ouvrage, M. Duchanoy a rassemblé « ce qui a été fait de plus connu sur cet objet, et après en avoir formé un corps de doctrine, il propose un « moyen de composer des eaux gazeuses en abondance avec facilité et à peu de frais.

« il fait voir que ce gaz joue dans les eaux minérales un plus grand rôle qu'on ne l'avoit cru jusqu'à present, « ensorte qu'il démontre qu'il n'y a pas de substance saline martiale et terreuse avec lesquelles ce principe « ne se combine dans les eaux.

« Nous avons trouvé des observations interessantes dans l'article des Eaux vitrioliques relativement au vitriol « dans les Eaux, soit lorsqu'il y est seul, soit lorsqu'il s'y trouve combiné avec differens sels, comme avec « le sel d'Epsom et la terre absorbante, la Magnesie, enfin avec l'alkali minéral.

« Il en est de même des diverses expériences à l'aide desquelles l'Auteur est parvenu à déterminer « les signes auxquels on peut reconnoître les differens états du fer dans les Eaux.

« il est inutile de s'etendre plus au long sur tout ce qu'il y auroit à dire sur l'objet de cet ouvrage, « et sur la maniere dont M. Duchanoy a rempli son but. Nous dirons seulement qu'il n'a rien négligé de « tout ce qui peut le rendre utile et interessant. Toujours sobre dans ses conjectures, s'il se livre « quelquefois à des spéculations, à la théorie, cependant il en revient toujours aux faits et à « l'Experience qui est le seul guide raisonnable qu'on puisse suivre sur cette matiere difficile, « comme sur tous les autres objets de la saine Physique, et de la Medecine. On peut dire, en général, « que lorsqu'il pose des principes, ce n'est pas d'après ses opinions, mais autant qu'il le peut, sur ses propres « experiences; et d'après les travaux reconnus des Auteurs differens qui ont le mieux écrit jusqu'ici sur cette « matiere.

« Nous croyons devoir ajouter que quoique cet ouvrage n'ait pas encore acquis toute la perfection dont il « est susceptible, cependant il ne peut que faire honneur à M. Duchanoy: que la faculté « doit l'encourager à l'amener peu-à-peu et par degrés au point de perfection où nous sentons « qu'il peut arriver.

à Paris le 15 Novembre 1779

Signé, Bertrand, Sallin, d'Arcet.

Auditâ precedenti relatione, rogatis de ea re singulorum qui tunc aderant Doctorum sententiis, saluberrima facultas clarissimorum deputatorum opinioni unanimiter adhaesit et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Accepimus à Domino Lebault facultatis in supremo Senatu Procuratore decanus schedulam his verbis expressam:

« La cause de la faculté de Medecine contre le sieur Vitet et le college de Lyon est placée la deuxième « du premier Role des Samedis avec Messieurs les Gens du Roi.

« M. Joly de fleury avocat général doit porter la parole dans cette affaire, Samedi prochain, à ce qu'il « paroit.

« Monsieur le Doyen est prié de préparer les Mémoires qui sont faits, pour les faire distribuer, lorsqu'on « sera assuré du jour précis auquel la cause sera jugée

ce 18 Novembre 1779.

Facta in comitiis à Decano hujusce litis mentione, clarissimus qui adoral Ex decanus tobiam sibi assumpsit absolvendum negotium quod ipse Decanus, volente facultate, susceperat, eumque à persentibus

absolutè nemo contradixerit, modo dictum Negotium Magistro Des Essartz totum commissum est et ità conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Die Jovis post festum Sancti Martini prima, quæ primo actui quodlibetario celebrando dicatur, instabat, dissertatioque Baccalaurei nostri Antonii Francisci de Fourcroy de usu et abusu Chemiæ in Medicinâ M. Joanne Colombier Preside, per veniam à Decano concessam Typis mandata Singulis Doctoribus jam jam distributa fuerat, cum surgens in comitiis clarissimus Exdecanus dixit se in prædictâ dissertatione verba quædam et asserta animadvertisse, facultatis decretis injuriosa et offensa quæ Decanus eo non prætervidere non potuerat, quod comitiis abfuisset in quibus de Doctrinâ M. Bucquet à Baccalaureo celebratâ pronuntiatum erat, quæ quidem doctrinæ M. Majault à facultate solemniter approbatæ repugnabat. Rem facultatis attentione dignam esse; ideòque petere se ut deputati illico nominarentur qui exploratâ penitùs atque Baccalaurei dissertatione de illâ referrent coràm facultate opportunis in comitiis.

Re in deliberationem missâ, ex longè majori suffragiorum numero nominati sunt ad recognoscendam prædictæ dissertationis Doctrinam tres Deputati nempè MM. Desessartz, Philip, Bacher, qui de illâ coràm facultate referrent, et ità conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Lato præcedenti Decreto, schedulam sequentem Typis mandandam illico jussit Decanus et singulis Doctoribus deferendam.

Doctor sapientissime

Monitum te velim dissertationem ingenui Baccalaurei nostri Antonii-Francisci de Fourcroy die Jovis proximâ non esse propugnandam, propter rationes hodiernis in Comitiis definitas.

Datum Parisiis die Lunæ decimâ-quintâ mensis Novembris anni 1779

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

His perfectis, ad Electionem Examinatoris unius ad Comitia primâ mensis dicta Deputati, antea eligendi, progressum est. clarissimi Electores qui in ultimis Comitiis sorte ducti erant in sacellum convenere, indèque mox in Comitia reduces in Examinatorem ad Comitia primâ mensis dicta Deputatum, loco M. Barbeu du Bourg appellaverunt ex majori ordine MM. Bertrand, et Solier de la Romillais, ex minori verò M. Bacher.

Exploratis viâ scrutinii nominibus, ex majori suffragiorum numero nominatus est M. Bertrand et ità conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Jamverò ubi de Scholarum apertione simul et inauguratione fuit agendum, exposuit facultati Decanus adesse tempus quo saluberrima facultas credita sibi munia solet adimplere quoad Licentiæ exercitia, institutionemque discipulorum; Librum inscriptionum jam antea aperiendum fuisse, verùm testes esse Doctores omnes impossibilem à plurimis mensibus extitisse scholarum ingressum, quippè quòd mercator quidam, nomine Carles, emptis in quibus degebat facultas ædibus, fores illarum ipsasque fenestras coacervatis trabibus lapidibusque sic obturaverit, ut nullus auditoribus ipsisque luminis ad illas aditus pateret.

Igitur res in deliberationem missa est petentique Decano quidnam in tali rerum conditione sibi agendum esset, responsum est et ex longè majori suffragiorum numero decrevit saluberrima facultas Decanum die proximè futurâ, Doctoribus quatuor comitantibus, illustrissimi Regiorum Sigillorum Custodis, nec non illustrissimi Procuratoris Catholici ædes aditurum, ipsisque Libellum pro Scholis aperiendis programma typis excusum oblaturum, in quo nomina Professorum præsentis anni Academici, lectionum materies et hora, variis interea nominibus dies locique quibus lecturos se esse sperarent, legerentur; iisdem insuper testaturum esse saluberrimam facultatem ad obeunda quæcumque sua sunt munia paratam esse sed innumeris obstaculis, quæ præ foribus Scholarum Juris quas obtinet nunc, tam internis quàm externis sunt, impeditam minimè posse publicæ scholarum suarum inaugurationi, discipulorum lectionibus, publicisve Licentiæ actibus vacare, neque adeò librum inscriptionum aperire, donec annuente, vel

gubente illustrissimo Regiorum sigillorum Custode locus sibi ad officia sua exequenda idoneus assignetur et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Porro juxta illud Decretum, die Mercurii decima septima mensis presentis, comitantibus quatuor Doctoribus ad hoc deputatis, aedes adivit cum illustrissimi Regiorum sigillorum Custodis, tum Procuratoris Catholici; verum aberant illi; deposito igitur intra manus utriusque domus Janitoris Programmate pro scholis aperiendis ad mentem decreti excuso, sequentes epistolas praedictis Magistratibus scripsit Decanus, illustrissimo quidem Regiorum sigillorum Custodi hanc:

"Monseigneur

"La faculté de Medecine s'est presentée aujourd'hui pour avoir l'honneur de vous faire part de
" sa deliberation de Lundi dernier. forcée par la plus extrême necessité d'abandonner les Ecoles de la
" rue de St. Jean de Beauvais, et n'ayant desormais aucun azile, elle s'adresse à vous, Monseigneur,
" pour en obtenir un. Si vous daignez m'accorder la faveur d'une audience à ce sujet, j'aurai l'honneur
" de vous instruire plus parfaitement de tout, selon les ordres que j'en ai de la faculté.

" Je suis avec un profond respect

" Monseigneur

" Votre tres humble et tres obeissant Serviteur

" Paris ce 17 Novembre 1779

Levacher de la feutrie Doyen

Illam vero simul his verbis conceptam illustrissimo Procuratori Catholico misit Decanus.

"Monsieur

"La faculté de Medecine s'est presentée aujourd'hui chez vous, pour avoir l'honneur de vous faire part
" de l'embarras extrême où elle se trouve par rapport à l'ouverture de ses Ecoles, et aux exercices de sa
" Licence. Daignerier vous, Monsieur, m'accorder la faveur d'une audience à ce sujet? j'aurai, suivant les
" ordres que j'en ai de la faculté, l'honneur de vous instruire parfaitement de notre position, et de la droiture
" de nos intentions.

" J'ai l'honneur d'être avec un profond respect

" Monsieur

" Votre tres humble et tres obeissant Serviteur

" Paris ce 17 Novembre 1779

Levacher de la feutrie Doyen

Duarum illarum epistolarum priori respondit illustrissimus Regiorum sigillorum Custos his verbis Decano scribens: " A Versailles le 19 Novembre 1779

" J'ai reçu ici, Monsieur, la lettre que vous m'avez écritte le 17 de ce mois. Je viendrai à Paris d'ici à quelque tems;
" mais vous me ferez plaisir de m'envoyer le Decret de la faculté de Medecine de Lundi dernier. Je suis, Monsieur,
" entierement à vous. Signé Miromenil.

Interea Supremi utriusque Magistratus aedes die illo repetiit Decanus quo privatis quibuslibet aurem praebere consueverunt, et munia sibi commissa diligenter adimplevit. Responsum est autem ei primum ab illustrissimo Procuratore Catholico expectanda esse jussa Regiorum sigillorum Custodis; deinde ab illustrissimo Regiorum sigillorum Custode adeundum esse clarissimum Lenoir urbanae politiae Praefectum cui res illa de facultatis aedibus fuerat commissa; mox vero a clarissimo urbanae politiae Praefecto reponebatur expectandum esse illustrissimi Regiorum sigillorum Custodis reditum, sicque Decanus unaquaque die minus ad rem suam perficiebat omnino nihil.

Die Veneris decima nona mensis quidem Novembris habita sunt solita de morbis grassantibus Comitia, iterum

que Die Mercurii primâ mensis Decembris subsequentis, atque hisce in ultimis comitiis, postquam de rebus agitandis actum est, venerandus antiquior Scholarum Magister Decanum admonuit ut ea in deliberationem mitteret quæ à Decano in Comitiis Deputatorum Universitatis mox habendis dicenda essent de Scholarum medicarum silentio. Statimque eo audito, Decanus Doctores præsentes appellavit, reque in deliberationem missâ, Statutum fuit unanimi consensu: Decanum in proximis Tribunalis Academici comitiis vivâ voce primum rationes expositurum esse, propter quas Medicæ Scholæ nunc contra morem sileant; deinde Amplissimo Rectori oblaturum esse cum ordinario quo aperiendis Scholis programmate, Decretum Ordinis saluberrimi die decimo septimo mensis Novembris proximè elapsi latum, atque simul expostulaturum ut declarationem hanc à Decano Tribunali Academico significatam accipiat, decretumque propositam in Commentariis Universitatis unà velit inscribere et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Die sabbati quartâ mensis Decembris convocati sunt Doctores Medici omnes in Scholas superiores horâ decimâ matutinâ, post sacrum, Decanum de comitiis publicis mox habendis dicentem audituri, posteaque deliberaturi.

Hisce in comitiis tria proposuit Ordini saluberrimo Decanus, nempè primum an omnes supremi Senatus curias et Castelleti ad comitia publica invitare deberet et quo modo illas invitaret: deindè comitia illa, si facultati placeret, habenda esse die Jovis nono mensis præsentis: denique an comitia publica locum obtentura essent comitiorum medio mense habendorum? quibus quidem quæstionibus addidit quartam Decanus, ita postulantibus aliquot qui præsentes aderant Doctoribus, scilicet quonam vestitu Doctores comitiis publicis essent adfuturi.

quatuor propositionibus modò dictis à saluberrimâ facultate responsum est primò quidem invitandos esse omnes et singulos istos Magistratus mittendo unicuique schedulam invitatoriam typis excusam, alteri, assentiri facultatem ut die Jovis nono mensis præsentis publica comitia haberentur; tertio modò dicta comitia locum obtentura esse comitiorum medio mense habendorum: quartò demum eodem vestitu usuros esse Doctores in publicis hisce comitiis quo usi fuerant in ultimis publicè habitis; simulque concessæ sunt unicuique Magistro sex schedulæ invitatoriæ et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Legit posteà Decanus libellorum memorialium titulos qui essent publicis in comitiis legendi et quæstionem præmii anni subsequentis argumentum proponendam esse quæstionem his verbis exprimant:

1.° Y a-t-il des signes certains de la presence des vers ~~foss~~ dans l'estomac, soit dans les intestins? 2.° quels sont ces signes? 3. quand la presence de ces insectes est elle dangereuse? 4.° quels sont les moyens curatifs dans les differentes circonstances?

Porrò quæstionem hanc à clarissimis ad comitia menstrua deputatis propositam approbavit unanimi consensu saluberrima facultas decrevitque ut in comitiis publicis mox habendis proponeretur in argumentum præmii anno subsequente concedendi, et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Itaque die Jovis nono mensis ejusdem Decembris habita sunt in exterioribus Sorbonæ scholis Comitia publica à clarissimo Collegâ nostro Malouin fundata ad quæ invitati fuerant viri insignes benè multi sub hâc verborum formulâ:

"M. Malouin ayant legué à la faculté de Medecine, dont il etoit membre, une somme annuelle
" aux conditions qu'elle tiendra chaque année une seance publique, pour y faire l'exposé de ses travaux
" relatifs aux progrès de l'Art, et l'eloge de ses membres décédés:

"La faculté tiendra cette seance le Jeudi neuf Decembre 1780 dans les Ecoles exterieures de Sorbone à
" quatre heures précises. Thomas Levacher de la feutrie Doyen.

Comitia Decanus aperuit rationes exponendo propter quas comitia hæc feriis anno præsenti quam proximè elapso haberentur. Deindè vir omni laude cumulandus Magister Guillelmus-Josephus de L'Epine, Scholarum antiquior eleganti sermone præmium libello illi memoriali decretum fuisse

declaravit cui epigraphium sequens inscribebatur: nec tam turpe fuit vinci, quam contendisse decorum est (Ovid. Metam.) cum alio sic legendo: Vir et uxor liberos communiter procreant, non item communiter educant, sed iis propria sunt hujus et illius adjumenta: alere matrum est, erudire patrum. (Lib. Oeconomicor. C. 7.) Cujus autem operis titulus erat quaestio in premii argumentum à facultate proposita: Dissertation sur les avantages de l'allaitement des Enfans par leurs meres, autoris verò nomen Landais Doct. Med. aux Essarts en Bas Poitou, sicuti statim patuit ex apertione sigillorum quae palàm rupit Decanus, qui nullum è contendentibus ad premium accessisse, nomine facultatis, declaravit.

Factà brevissimà de argumento premii anno millesimo septingentesimo octogesimo primo distribuendi mentione quaestiones quatuor eo quo dictum est ordine à facultate concinnatas Decanus annuntiavit, clarissimus dein Exdecanus compendium quoddam legit relationum omnium à variis Deputatis circa varia objecta facultati lectarum per annum 1779.

Clarissimus Comitiorum primâ mensis dictorum Scriba Magister Desamet Libellos memoriales quos illi in comitiis per eundem annum cum facultate communicaverant Doctores summatim delibavit.

Magister Lepreux qui anno proximè elapso, meritissimas laudes consecutus erat ex Encomio M. Bernardi De Jussieu collegae nostri celeberrimi, novam sibi gloriam novosque plausus comparavit ex laudatione non adeò celebris, at nec prorsùs inglorii M. Josephi De Jussieu.

Idem clarissimus Exdecanus Magister Des Essarts meritissimas laudes et lachrymas à numerosissimo coetu extorsit funebribus tum dilectissimi nec non maximè venerandi collegae nostri M. Alberti Hazon tum alterius collegae dilectissimi M. Guillelmi Michel orationibus.

Magister D'huaume de libellis memorialibus duodecim retulit circà infantes orthotrophii Nosocomii urbis Aquisextensis Gallo-Provinciae degentes.

Denique Magister Mazault priorem libelli memorialis partem de solutione Arsenici in aceto atque de illius solutionis in corpus humanum effectibus, legendo plausus excepit.

Jam verò legendos alios ad ea comitia plurimi Doctores attulerant libellos memoriales. Scilicet Magister Morizot des Landes unum de opio in febribus intermittentibus adhibendo.

Magister Mallet unum de Cortice Kina-Kina Piton dicto.

Magister Desamet unum de Castaneâ arbore in quo demonstrat collega clarissimus arborem illam malè à Celeberrimo Linné in genere fagorum fuisse repositam; Castaneamque Celeberrimi Tournefort et fagum Celeberrimi Linné è generibus esse omninò distinctis.

quartum Magister Tallin de peculiari hominum in carceribus detentorum scabie, simulque aliorum de nervosi ventriculi affectibus caeteris Abdominis visceribus relationibus; ac denique compendium quoddam Libelli cujusdam memorialis à viro non incelebri Chaignebrun nominato confecti de morbis illis Epizooticis qui in Bellovacensi franciae tractu grassati fuerunt ab anno 1770 ad annum 1775.

quintum Magister Jolier de la Vomillerie de situ magni Nosocomii Parisiensis vulgò dicti l'Hôtel-Dieu.

Sextum Magister Goubelly de affectionibus à lacte oriundis apud foeminas uterogerentes.

Septimum et ultimum Magister Saillant in quo luculentissimè ostendebat necessarium omninò esse ut Medicus sit, quisquis morbos vel maximè vulgares aggreditur sanandos.

Temporis angustiae vetuerunt quominus ea legerentur.

Die jovis vigesimo tertio mensis ejusdem convocati sunt per juramentum Doctores Medici omnes in scholas superiores horâ primâ matutinâ decimâ 1°. de scholis et earum inauguratione; 2°. de rebus ad Deca-

oratum, atque ad Licentiam tum actualem, tum proximam pertinentibus Decanum diiidem audituri postea que deliberaturi.

Hisce in Comitiis exposuit facultati Decanus saepius pluriesque ad illustrissimos urbanae Politiae Praefectum, Regiorumque Sigillorum Custodem contulisse de Scholis Medicis cum eis colloquturum et locum ab illis, si fieri posset, impetraturum ubi Saluberrima facultas actus suos perficeret; at suos itus reditusque fuisse prorsus inutiles. Addidit tamen illustrissimum Regiorum Sigillorum Custodem facultati obtulisse primum apud Mathurinenses, dein apud Dominicanos aulam, atque demum, praesente Universitate, claustrum Coelestinorum; qua de causa sententiam facultatis rogabat, ut aliquid haberet quod illustrissimo Magistratui responderet.

Res in deliberationem missa visa fuit satis nullaque responsione digna, eo quod illustrissimi Magistratus promissum verbo tantum non scripto proferebatur.

Decanus iterum verba faciens significationem attulit facultati per accensum factam qua declarabatur dictum Carles, mercatorem qui quas obtinet nunc Scholas per decretalem adjudicationem acquisiverat, exire simul et juridice postulare ut intra octo dies vacuarentur illae sibique redderentur habitabiles;

Rem Domino Louault facultatis in supremo Senatu Procuratori commisit omnem saluberrimus ordo, et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Jam vero de novis statutis ad Decanatum pertinentibus, atque simul de iis quae ad Licentiae actus spectant proposuit facultati Decanus utrum observari deberent tanquam rata probataque, necne. In nuperrimis enim Universitatis supplicationibus Magister Morand primum Decano gradum negaverat, neque sciebat Decanus quamnam in partem se verteret, quotiescumque nova cum antiquis statuta pugnare videbantur

Re igitur in deliberationem missa, rogatis collectisque singulorum Doctorum sententiis consensu fere unanimi statutum est Arresto supremae Curiae novisque statutis obtemperandum esse, donec de illorum commodo aut incommodo sufficienter constiterit et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Iisdem in Comitiis de inaugurali Scholarum oratione actum est, quam Magister Vicq d'Azyr praesenti anno pronuntiaturus erat, et in qua nonnulla reprehendenda antea annotaverat clarissimus Exdecanus. Cum nollet rem in se suscipere Decanus, deputatos nominavit saluberrimae facultatis Magistros Bertrand, Le Preux, et De la Planche qui praedictam orationem sedulo explorarent ac de illa opportunius in Comitiis ad facultatem referrent et ita conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Cognita autem illa deliberatione, M. Vicq d'Azyr sequentes litteras Decano misit:

"Monsieur et très honoré Doyen

"Je viens d'apprendre qu'il y a eu des Commissaires nommés pour examiner le Discours que j'ai eu l'honneur
"de vous remettre. A ce sujet je vous prie de me permettre les observations suivantes, qui sont conformes à ce
"que j'ai déja pris la liberté de vous dire.

"M. Le Doyen de la faculté est le censeur né de ces sortes d'ouvrages, et je crois devoir m'en rapporter uniquement à sa décision; telle est ma façon de penser; elle est dictée par le respect que j'ai pour vos usages, et
"par la docilité avec laquelle je suis disposé à suivre vos avis, quels qu'ils soient. Ainsi, Monsieur, de deux
"choses l'une: ou vous approuvez ma dissertation, ou vous ne l'en croyez pas digne: si elle ne remplit pas les
"vues que vous vous proposez, comme chef de notre Compagnie, je suis bien décidé à ne la point prononcer.
"J'ai eu l'honneur de vous dire que je serois prêt, lorsque vous le desireriez, à vous presenter un autre dis-
"cours qui est d'une nature differente de celui dont il s'agit. Je vous prie de vous rappeller cet offre
"que j'ai eu l'honneur de vous faire, et que je vous fais encore aujourd'hui.

"Permettez moi donc, Monsieur et très honoré Doyen, de vous declarer très positivement que je m'en tiens à
"votre seul et unique jugement au sujet de ma dissertation, que mon intention est qu'elle ne passe point en d'autres
"mains, que comme auteur de cet ouvrage, je le reclame et le redemande s'il doit avoir d'autres censeurs que
"vous, que je suis bien éloigné de mettre aucune importance à cette production, et qu'enfin si vous trouvez
"la moindre difficulté à ce qu'elle soit prononcée, je vous prie de me la renvoyer au plustot, et qu'il n'en soit
"plus question.

« Si je n'avois pas été retenu chez moi depuis deux jours par une forte oppression, j'aurois assisté ce matin à
» l'assemblée et j'aurois été prendre vos ordres moi même.

» Je connois assez votre droiture et votre delicatesse, pour être assuré d'avance, que vous voudrez bien remplir
» mes intentions

» Je suis avec un profond respect

» Monsieur et tres honoré Doyen

» Votre tres humble et tres obeissant serviteur

» Ce [illegible] X.bre 1779.

» signé Vicq d'Azyr

Quum Collega noster M. Bertrand Deputatorum modo nominatorum antiquiori prædictam Dissertationem jam commisisset Decanus, M. Vicq d'Azyr nullum aliud ab eo responsum accepit, nisi quod posset Magistrum Bertrand adire suamque ab illo Dissertationem repetere, idque reverâ effecit M. Vicq.

Die Martis quarto mensis Januarii anni 1780 pro primâ mensis convocata est saluberrima facultas in scholas superiores de morbis grassantibus dissertura atque deliberatura, per schedulam singulis Doctoribus pro more distributam.

At eodem die convocati sunt aliâ schedulâ Doctores Medici omnes in Scholas Superiores, horâ sextâ pomeridianâ, per juramentum, post indicta primo mensis comitia Decanum de mutatione quâdam gravissimi momenti factâ in Regio novi anni Calendario, titulo Société Royale de Medecine, conquerentem audituri, posteaque deliberaturi.

His in comitiis, postquam de morbis grassantibus actum est, novum ante omnia, Calendarium regium Decanus palam aperuit paginâ 501; tabellamque legit eorum nomina continentem qui Regiam Medicorum Societatem constituunt, atque de illâ sequentia annotavit.

1° quidem saluberrimæ facultatis Decanum, in numerum Officiariorum Regiæ Societatis, in eâ tabellâ recenseri. 2° abesse à loco, quem anno ultimè elapso ibidem obtinebat, antiquiorem Scholæ Magistrum Guillelmum Josephum Del'Epine; 3°. plurimos Doctores fato functos, eâdem in Tabellâ vivos exhiberi, aliosque ibi numerari inter Societatis socios, qui Societati vale dixerant, aliosque pro Regentibus dici qui Regentiâ carebant. 4°. plurima inde sequi tum ad facultatem, tum ad seipsum consideranda; nempè Decanum, utpotè qui saluberrimum Ordinem solus et ubiquè repræsentat, si juxtà præsentem tabellæ dispositionem Regiæ Societatis Officiariis adjunctus remaneret, conjunctam illi Societati facultatem esse ostensurum; deinde talem tabellæ repræsentationem ~~[illegible]~~ nuntiare Publico Regiam Societatem inter et saluberrimam facultatem fœdus quoddam initum fuisse, hancque imò in illâ vigere, et quasi vivere; tum ipsam antiquioris Scholæ Medicæ Magistri à tabellâ expunctionem talia posse civibus simul et Regni Administris persuadere; insuper dispositionem illam prædictæ tabellæ in silentio confectam atque mox in apertam lumen erumpentem in Decanum odiosas jacere suspiciones; denique machinationem illam, si qua sit, à Regiâ Medicorum Societate molitam, quâ diversi Litterarum Patentium sibi à Rege concessarum articuli sic ad arbitrium mutantur, Ordini saluberrimo ostendere quanta sit Societatis illius authoritas, quidque sibi sit ab illâ pertimescendum.

His in antecessum enarratis, legit facultati Decanus duas epistolas, quarum altera die quarto Januarii scripta Decanum, altera die secundo mensis ejusdem in Diario Parisiensi N°. 4 vulgata Publicum certiores faciebat M. Vicq d'Azyr quòd merum esset Typographiæ mendum in Regio novi anni Calendario, si nomen antiquioris Scholæ Magistri non legeretur post nomen ejusdem Scholæ Decani. quarumquidem epistolarum hic tenor fuit.

Epistola in Diario Parisiensi anni 1780 N°. 4 scripta à D. Vicq d'Azyr ad autores illius Diarii

« Le 2 Janvier 1780.

« Messieurs

» Il s'est glissé une erreur dans le tableau des membres de la Société Royale de Medecine, imprimé

" page 301 de l'Almanach Royal de cette année. On n'y trouve point le nom de Monsieur l'Ancien
" de la faculté de Medecine de Paris, après celui de Monsieur le Doyen de cette compagnie, quoique
" ces deux noms fussent portés exactement sur l'état que j'ai remis à M. D'houry après l'avoir signé
" comme Secretaire. Je vous prie d'annoncer au Public que cet oubli ne doit être attribué qu'à une faute
" d'impression.

" J'ai l'honneur d'être &c. " Vicq d'Azyr Secretaire Perpetuel

Epistola ad Decanum scripta à D. Vicq d'Azyr, die 4 Januarii 1780.

" Monsieur et tres honoré Doyen

" J'ai reçu un Billet de Convocation par lequel vous avez cru devoir assembler aujourd'hui la faculté pour lui
" dénoncer un changement fait dans la Liste de la Société Royale de Medecine, imprimée page 301 de l'Almanach
" Royal de cette année. Je vous prie de me permettre de vous adresser, avant que l'assemblée ait lieu, les eclaircis-
" semens suivans.

" Je n'ai pas été moins surpris que vous, de ne point trouver dans cette liste, le nom de Monsieur l'Ancien
" de la faculté après celui de Monsieur le Doyen, quoique les deux noms fussent portés exactement, et réunis
" par une accolade, dans le Tableau manuscrit que j'ai remis à M. D'houry, après l'avoir signé. Cet Etat
" est en tout conforme à celui de l'année derniere, si ce n'est que ces mots : M. l'Ancien ont été substitués
" à ceux ci : M. le Doyen d'age, parceque d'après les observations de plusieurs de nos confreres, le nom d'An-
" cien a paru mieux convenir que celui de Doyen d'âge, pour désigner l'antiquior Scholae Magister. Quant
" à l'oubli qui a été fait on doit être attribué qu'à une faute d'impression, dont M. D'houry est convenu
" dans une lettre qu'il m'a écritte hier, et comme il vous sera facile de vous en convaincre, si vous ju-
" gez à propos de vous faire representer l'original du tableau resté dans l'Imprimerie de M. D'houry.
" d'après les dispositions que vous connoissez dans plusieurs des Membres de la Société Royale de
" Medecine, vous leur rendez surement assez de Justice, pour être persuadé qu'ils sont bien éloignés de
" vouloir diminuer les privileges que le Roi a accordés à la faculté dans la Société Royale de Medecine.

" J'ai l'honneur d'être avec un profond respect

" Monsieur et très honoré Doyen

" le 4 Janvier 1780. " Votre tres humble et tres obeissant Serviteur
signé Vicq d'Azyr

Lectis duabus illis epistolis, Decanus facultati retulit se die Dominicâ, mensis praesentis secundo,
circà horam decimam matutinam, unà cum facultatis Apparitore scribâ domum D[i]. D'houry
petivisse, causam errorum in Calendario regio eâ de re commissorum investigaturum; sibi à
Typographo responsum fuisse illum mutationes à Regiâ Medicorum societate factas pariter mira-
tum fuisse statim atque potuerat illas advertere, sed manuscriptum usquè secutum fuisse; addidit
Decanus se manuscriptum illud postulavisse, idque fuisse sibi à Typographo denegatum.

Quibus expositis, quaesiit à venerando Scholarum antiquiore qui praesens aderat, M[o]. Guillelmo-Josepho de l'Epine
Decanus quid fieri optaret propter radiationem illius nominis è tabellâ Regiae Medicorum Societatis, colligitque
suffragia. cum igitur interrogatus omnium primus M. de l'Epine, venerandus ille senex proprium utiquè
negotium tractavit, ac dixit se duobus abhinc ferè annis unà cum M. Joanne-Carolo Des Essarts tunc Decano,
suo in Regiâ Medicorum Societate loco nuntium misisse, ideoque pro suâ parte se gratias agere Societati,
quod abdicationem illam tandem admisisset, enixè que demum rogavit ut quo in statu res essent, in eo perma-
nerent, votum quae sinceri admodum summique venerandi senis ab omnibus unanimi applausu acceptum est.

Rogatis dictisque de his omnibus Doctorum, qui tunc aderant, plurimorum sententiis, censuit Ordo saluber-
rimus 1.° à saluberrimâ facultate testandum esse Decano de illius ergà Ordinem amore, evidentique agendi ratio-
ne rectâ. 2.° protestandum esse quamprimum coràm illustrissimo Regiorum Sigillorum Custode, necnon

coram illustrissimis supremi senatûs Proto-Praesidi et Procuratore catholico quod contra votum saluberrimi ordinis, Regia Medicorum Societas Decanum in tabulâ suâ publicè inscripserit, pluribus doctoribus non Regentibus Regentium titulum [illegible] fuerit, sicque renuente Decanum ~~et antiquiorem Scholae Magistrum~~ tum ipsos qui Regiae illi Medicorum Societati nuntium remiserunt, [illegible] operum suorum socios et participes facere palamque [illegible] tentaverit, et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Quod quidem decretum subsignarunt Magistri Millin, C. A. Lezurier, Sallin, Rollan.

Neque ullâ interpositâ morâ Decanus quae sibi à facultate mandata fuerunt executus est, postulata quae ab illustrissimo Regiorum Sigillorum custode die quâ illum adire posset, hanc epistolam accepit.

à Versailles le 8 Janvier 1780

„ J'ai reçu, Monsieur, la lettre que vous m'avez écrite le 5 de ce mois. Je verrai avec plaisir Messieurs de „ la faculté de Medecine Mercredi prochain à onze heures du matin. Je suis, Monsieur, parfaitement à vous

Signé Miromenil

Indicto die commina sibi munia Decanus adimplevit tum apud illustrissimum Regiorum Sigillorum custodem, tum apud illustrissimos supremi senatûs Proto-Praesidem catholicum que Procuratorem.

Iisdem porrò in comitiis sistit se coram facultate foemina dicta Souchot filio suo stipata, quem primum ex utero materno, divisâ ossium pubis symphisi, collega noster Renatus Sigault eduxit, saluberrimo quoque ordini illi deprecans cui vitam simul et progeniem dulcissimam acceptam grata referebat. Pauperi mulierculae saluberrima facultas summam viginti quatuor librarum dono dedit, et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Die sabbati decimâ quintâ mensis ejusdem Januarii, comitia jam quartâ die habita iterum et eodem modo habita fuere.

Die vero sabbati vigesimâ secundâ mensis ejusdem convocati sunt per juramentum Doctores Medici omnes in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, post sacrum, 1.° de candidatorum examinatoribus mox eligendis; 2.° de promulgatione mox etiam faciendâ concursûs, et candidatorum Medicinae examinis, utrùm, quandò, quomodo, singula illa hocce anno perficienda sint deliberaturi:

Hisce in comitiis exposuit facultati Decanus instare tempus quo absolvendus est praesentis Licentiae cursus et novus aperiendus, atque demùm hocce mense candidatorum concursus promulgandus. Scholarum silentium ab aliquot mensibus per necessitatem observatum impediisse quominùs vellet in se quidquam, inconsultâ facultate, suscipere; remota tunc esse varia, quibus scholarum fores occludebantur, impedimenta, adeò que nihil ampliùs obstare quin aperirentur illae, legerentque Professores; hinc determinandum esse utrùm annuntiandus esset candidatorum concursus hocce anno faciendus, inchoandane futura Licentia, quamvis nondùm finietur actualis, denique an nominandi essent die sabbati proximè futurâ candidatorum Medicinae examinatores. quibus tamen quaestionibus ulteriorem adjecit Decanus, nempè utrùm sequenda esset in posterùm nova forma electionum, num verò potiùs antiqua?

His in deliberationem missis, dictis collectisque singulorum Doctorum sententiis ex majori suffragiorum numero statutum est 1.° aperiendas illico scholas, aperiendum esse librum inscriptionum. 2.° affigendum esse consuetum pro scholis aperiendis programma cum additione sequenti: remotis praecipuis, quae Scholarum fores occludebant, impedimentis, Schola Medica Parisiensis &c. 3.° admonendos esse Professores et Oratores, ut sua munia quàm primùm adimpleant; 4.° affigendum pariter esse concursûs mox futuri programma publicum; 5.° prosequendas esse Licentiae actualis exercitationes, more pristino, annuntiandamque suo tempore mox futuram Licentiam; 6.° pristinam formam ~~tum~~ secundi catalogi, tum perficiendarum electionum esse restituendam; 7.° denique perficienda esse more novo examina, in eo scilicet, quod ad

unum quodque illorum, eligendi erunt peculiares Examinatores, sicuti in primo omnium, Physiologiae dato fieri assuevit; et ita conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus

Die sabbati vigesimo-nono mensis ejusdem Januarii convocati sunt Doctores Medici omnes in Scholas Superiores, horâ decimâ matutinâ, post sacrum, 1° clarissimorum Deputatorum ad examinandam Thesim à Baccalaureo nostro Antonio-Francisco De Fourcroy modò propugnandam relationem audituri; 2° Pharmaciae Professorem in locum clarissimi Magistri Guenet ita postulantis; 3° Candidatorum Examinatores electuri.

Hisce in Comitiis primum nuntiavit saluberrimo facultati M. Des Essartz judicatam fuisse illo eodem die litem Collegii Medicorum Lugdunensium cum uno è suis Doctoribus Aggregatis dicto Vitet, cui intervenerat Ordo saluberrimus Parisiensis pro Collegio Lugdunensi; causâ cecidisse dictum Vitet, facultatis quod saluberrimo in hanc causam interventionem fuisse cum summo favore à supremo senatu exceptam atque tractatam. Deinde clarissimi Viri qui ad examinandam Baccalaurei nostri Antonii-Francisci De Fourcroy Thesim fuerant deputati sequentem legerunt relationem.

"Rapport

"fait à la faculté le Samedi 29 Janvier 1780 sur une Thèse qui a pour titre De usu et abusu Chemiae "in medendo, que M. De Fourcroy Bachelier devoit Soutenir le 18 Novembre 1779.

" Monsieur Le Doyen, Messieurs

"Les difficultés qui se sont élevées au sujet de la thèse de Pathologie que M. De Fourcroy votre Bachelier "devoit soutenir, vous ont determinés à nommer M.M. Philip, Bacher et moi, à l'effet d'examiner premiere"ment si le sujet qu'il a traité est pathologique; secondement si cette thèse ne renferme rien de contraire à la "saine doctrine.

"Elle a pour titre de usu et abusu Chemiae in medendo. Le sujet est donc la Chymie dont M. De Fourcroy "se propose d'examiner l'abus que l'on a fait, et l'usage que l'on peut en faire pour la guerison des maladies.

"Nous ne pouvons nous dissimuler que ce sujet n'est nullement pathologique, et que M. De Fourcroy ne "pouvoit ni ne devoit le prendre, dans le cas où il etoit obligé d'en choisir un sur la Pathologie soit generale, "soit particuliere.

"quant à la doctrine; nous observerons d'abord que M. De Fourcroy qui a annoncé dans son titre qu'il traiteroit "des usages, et ensuite de l'abus de la Chymie, commence par exposer l'abus que les anciens Chimistes ont fait de "leur art, tant dans la Theorie que dans la Pratique de Medecine, soit en voulant expliquer les phénomènes "de la Santé, et de la maladie, d'après les operations qu'ils faisoient dans leur laboratoire, soit en introduisant "dans la pratique des remedes trop violens et incendiaires.

"Il passe ensuite à l'exposé du bon usage que les Chimistes modernes ont fait de leur art, et surtout les "Medecins, à l'avantage de la Medecine. Selon notre auteur, l'Anatomie ne demontre que la moitié du Corps "humain, savoir la structure des solides. La chimie seule peut apprendre à connoitre la nature des fluides qui "se trouvent dans les animaux, ainsi que celle des solides. Les analyses que les Chimistes modernes ont faites des "unes et des autres lui paroissent devoir jetter un si grand jour sur l'histoire des maladies, dont ils peuvent être "attaqués, qu'il ne craint pas d'assurer qu'il n'y en a presqu'aucune espece dont elles ne puissent éclairer la "nature, les causes, et le traitement.

"Pour demontrer cette pretendue verité, il divise les maladies 1° en externes et en internes; 2° en aigues et en "chroniques; mais lorsqu'il s'agit de l'appliquer aux maladies externes, pour les ulceres cancereux, les tumeurs squir"reuses, la lepre &c, elle ne devient plus qu'une probabilité fondée sur l'esperance qu'il conçoit que la Chimie pourra "decouvrir la nature du vice qui les produit.

"quant aux maladies internes: Notre auteur dit que les Chimistes enseignent que les maladies externes presen"tent le tableau des maladies internes, que leur nature, leur cause, leur traitement sont les mêmes, et que la Chimie "offre aux unes les mêmes avantages qu'aux autres; que c'est pour cela qu'il n'en fait pas l'énumération. M. De "Fourcroy avance que dans les maladies aiguës l'occasion est prompte, le jugement facile, et les remedes certains, "si cette proposition est conforme aux principes de la nouvelle Chimie, il faut convenir qu'Hippocrate a eu tort

„ de dire que le jugement des maladies etoit difficile. Si M. de Fourcroy connoit des remedes certains pour guerir les mala„ dies aigues, il auroit bien du se faire honneur d'une pareille découverte. Nous sommes cependant autorisés a n'en „ rien croire, puisque selon lui, elles laissent à peine le tems aux Chimistes de faire des experiences, et qu'ils n'ont „ pu faire que quelques tentatives pour connoitre la diathèse inflammatoire du sang.

„ Selon M. de Fourcroy les travaux des Chimistes doivent être bien plus utiles dans les maladies chroniques, par„ ceque leur marche lente permet de faire des experiences et de tenter differens moyens. Il les divise en quatre „ classes qu'il dit avoir prises dans les Ecrits des Medecins cliniques. Suivons notre Auteur dans chacune de ces classes.

„ La premiere est celle des maladies qui ont leur siege dans les premieres voyes. Dans cette classe il place le Squir„ rhe, les douleurs de l'Estomac, et des Intestins ainsi que les effets des Poisons tirés des Minéraux. Si M. de Fourcroy „ ne s'etoit pas autorisé de l'opinion des Medecins pour mettre dans la classe des maladies chroniques, les maladies „ les plus aigues que les Medecins connoissent, nous nous serions contentés seulement de relever cette erreur et de la „ rejetter sur son inexpérience; mais faire tomber une pareille bévue sur tous les Medecins qui ont traité de ces ma„ ladies, en affectant de n'en citer aucun, est une action qui merite une animadversion particulière de la faculté.

„ Cette faute n'est pourtant pas encore comparable à celle que nous trouvons qu'il a commise au sujet des res„ sources de la Chimie dans les cas d'empoisonnemens. Son affectation à citer MM. Navier et Bucquet nous „ paroit en tout reprehensible. 1.° parcequ'il annonce les succès heureux de ces Messieurs, et qu'il n'en donne aucune „ preuve; MM. Navier et Bucquet ne s'etant conduits que par une théorie dénuée d'experience; l'un en „ proposant le foye de soufre comme contrepoison de l'arsenic, et l'autre le savon comme contrepoison de l'eau „ forte. 2.° parceque M. de Fourcroy ne peut pretendre cause d'ignorance des sages reflexions de Messieurs les „ auteurs du Journal de Medecine, tant relativement aux mauvais effets de l'alkali volatil fluor, qu'au resul„ tat dangereux du mélange du foye de soufre avec l'arsenic qui forme de l'orpiment dans l'Estomac. 3.° par„ ceque M. Mojault ayant donné depuis, des observations importantes en refutation de ce qui a été publié „ sur les propriétés de l'alkali volatil fluor, celles du savon et du foye de soufre, M. de Fourcroy qui en sa „ qualité de Bachelier a eu un exemplaire de l'assemblée publique de la faculté, dans laquelle le Memoire „ de M. Mojault est imprimé, n'est pas excusable, lorsqu'en parlant des travaux de MM. Navier et Bucquet, „ il dit que leurs succès sont hors de doute: et aliorum successus rem extra dubiè aleam exponunt. Si par „ le mot aliorum M. de Fourcroy croit pouvoir s'excuser, et dire qu'il a voulu parler des travaux posterieurs „ à ceux des auteurs qu'il cite, nous répondrons que son silence est d'autant plus préjudiciable au Public, „ que ceux qui liroient la thèse de M. de Fourcroy et qui n'auroient pas connoissance des refutations qui ont „ été faites, pourroient croire que la faculté approuve à présent leurs méthodes, tandis qu'elle a annoncé „ le contraire.

„ Nous ne pretendons cependant pas rien diminuer du merite de MM. Navier et Bucquet. Nous rendons jus„ tice à leurs bonnes intentions. Ils ont desiré être utiles à l'humanité, et nous sommes persuadés qu'ils ont „ vu avec la même satisfaction que nous qu'il existe des moyens plus prompts, plus efficaces que ceux „ qu'ils ont conseillés et qui n'emportent aucun danger; qu'ils n'auroient fait aucune difficulté de suivre „ l'exemple de la faculté, qui uniquement occupée de la perfection de l'art de guérir, après avoir approuvé „ l'ouvrage de M. Navier, n'a pas craint de revenir sur ses pas, tant est grand et sincere son amour pour le „ bien public!

„ Nous passerons rapidement sur les trois dernieres classes des maladies chroniques que M. de Fourcroy „ etablit, parcequ'il ne propose que des experiences chimiques à faire sur les vices des fluides qui constituent „ la seconde, sur les vices des solides qui constituent la troisième, et sur ceux des solides et des fluides qui font la „ quatrieme.

„ D'après ces reflexions, nous sommes d'avis que la faculté ne doit pas admettre la thèse de M. de Fourcroy, „ non seulement parcequ'elle ne renferme rien d'utile aux progrès de l'art, mais encore parcequ'elle peche „ contre la saine doctrine. S'il ne s'agissoit que d'une opinion problematique que l'on se proposât de discuter, „ nous ne ferions pas difficulté de la laisser soutenir in utramque partem. Mais quand il s'agit de la vie

« des hommes, la faculté toujours occupée à conserver le dépôt sacré que le Gouvernement lui a confié,
« ne doit pas souffrir que l'existence d'un seul individu soit exposé au moindre danger.

Signés Descemet, Philip, Bacher.

Auditâ praecedenti relatione, appellatisque singulorum qui tunc aderant, Doctorum nominibus, et suffragiis recollectis, ex longè pluriti numero statutum est 1° rejiciendam esse thesim à Baccalaureo nostro antonio-francisco Desfourcroy modò propugnandam; 2° Decanum Magistro Colombier thesis hujus futuro Praesidi scriptorum esse illico, ut aliam eligat, Decano probandam afferat, die Lunae proximè futurâ typis mandandam curet, et die Martis proximè sequenti singulis Doctoribus distribuendam, atque sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Cum ad electionem Pharmaciae Professoris progressum est in locum Magistri Guenet ejus epistola sequens ad Decanum scripta coram facultate lecta fuit.

« Monsieur et très honoré Doyen

« La faculté m'a confié dernierement la chaire de Pharmacie; je l'avois acceptée dans l'intention de soutenir « ses droits et la dignité de ses Ecoles; comme les Professeurs précédens. Je vois aujourd'hui l'impossibilité où je serois « de pouvoir remplir avec exactitude les devoirs de cette place. Je vous supplie donc, Monsieur, de faire mention de « ma démission dans le billet que vous donnerez pour l'élection des Examinateurs de la nouvelle Licence, ou plus « tôt, si vous le jugez à propos, afin que la faculté nomme un autre Professeur. Je n'en serai pas moins vivement « pénétré de reconnoissance pour toutes les grâces dont elle m'a comblé depuis que j'ai l'honneur de lui apparte« nir. Je suis avec respect

« Monsieur et très honoré Doyen

Votre très humble et très obéissant serviteur

« Paris ce 20 Janvier 1780.

Signé Guenet

Lectis his Litteris, retulit Decanus nomina clarissimorum Electorum diei sexto mensis Novembris ultimò elapsi, Doctorumque qui unà cum M. Guenet ad munus Pharmaciae obeundum fuerant propositi. Inter Electores autem aberant à Comitiis M.M. Moreau et Leroi, aderantque soli M.M. Leys et Bacher ex Doctoribus ad obeundum munus appellatis.

Facto igitur in duas medietates Doctorum actu praesentium catalogo, missisque in urnam nominibus ut compleretur Electorum numerus, exivit ex majore ordine nomen M. Philip, ex minori verò nomen M. De la Planche qui quidem praestito intra Decani manus solito jurejurando, unà cum aliis Electoribus Magistris Le Preux, D'Eslon, Simonnet in sacellum abierunt, unde mox in comitia reduces appellaverunt in Pharmaciae Professorem ex majori ordine M.M. Bertrand et Leys, ex minori verò M. Dumangin. Re verò per sententiarum exploratâ nominatus est M. Bertrand, qui statim consuetum Professoris dixit sacramentum et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Januariò ubi ad eligendos Candidatorum Examinatores deventum est, petiit à facultate Decanus an pristinâ formâ ad hanc electionem progrediendum esset, necne, statimque reclamavit M. Dumangin dicens formam illam nec aliam ullam sufficienter fuisse in unicâ concione discussam ac probatam. Decanum debuisse in Comitiis diei vigesimae secundae mensis praesentis in quibus ea de re actum erat, *proximâ vice* concludere, decretumque illâ die latum postulavit ut legeretur.

Ad ea verba reposuit Decanus non actum fuisse in dictis comitiis de illâ clausulâ, nisi per M. De la Marche solum, et post finitam concionem. attamen cum è praesentibus neminem rei meminerat, nullusque contra diceret, decretum modò dictum in duabus aliis ad hoc convocatis concionibus confirmatum iri statutum est, et ità conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Die jovis tertiâ mensis februarii consueta habuit saluberrima facultas menstrua comitia.

Die Veneris proximè sequenti mensis ejusdem februarii quartâ convocati sunt per juramentum Doctores Medici omnes in Scholas Superiores horâ undecimâ matutinâ de Electionum Thesiumque formâ secundâ vice deliberaturi.

Illic in comitiis relegit Decanus decretum die vigesimo secundo mensis Januarii proximè elapsi latum remque iterum deliberationi submisit: in quatuor capita divisa propositio est: 1.º de sectione catalogi statutum fuit quod pro electionibus faciendis et nominando Decano in duas medietates divideretur universus catalogus, pro more antiquo, sed pro Magistratibus omnibus aliis nominandis, excepto Decano, separarentur primum tota novorum Doctorum Licentia, et quot sic ex toto rescissi fuerint, tot ex capite Juniorum in ordinem majorum transferentur, quo facto, divideretur tunc catalogus in duas partes cujus sic facta semel divisio in biennium perstaret. 2.º in Electionibus faciendis via scrutinii unanimi consensu rejecta fuit. 3.º de Examinibus, nova forma unanimi consensu accepta est, in eo scilicet quod ad unumquodque examen faciendum eligendi sint examinatores peculiares eodem modo ac in primo omnium Physiologia dicto. 4.º de thesibus propugnandis statutum est eas more antiquo, horâ sextâ matutinâ incipiendas esse, cum sumptis Baccalaureorum, Doctorumque disputantium argumentationibus, exceptis illis quæ in praesenti Licentiâ supererunt propugnandæ, et sic pro secundâ vice conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

quibus confectis exposuit facultati M. Desbrest Ex-decanus se à Medicorum Lugdunensium Collegio cooptatum fuisse ideoque postulare ut, juxta decretum se ipso Decano latum, titulum Medici Lugdunensi collegio aggregati sumere et chirographis suis apponere sibi liceret cum in actis quibuslibet, tum ponè nomen suum in tabulis Doctorum in saluberrimâ facultate Parisiensi Regentium

Re in deliberationem missâ, unanimi consensu sua Magistro Desbrest Ex-decano postulata concessit ordo saluberrimus, et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Die Lunæ septimo mensis ejusdem februarii convocati sunt per juramentum Doctores Medici omnes in Scholas Superiores, horâ decimâ matutinâ, 1.º de Electionum Thesiumque formâ tertiò et ultimum deliberaturi; 2.º Candidatorum Examinatores electuri; 3.º Testimonialium Litterarum à Candidatis afferendarum Examinatores nominaturi.

Illic in comitiis legit Decanus duo decreta circà eas propositas lata, et divisis articulis in deliberationem missis, ex majori suffragiorum numero statuit saluberrima facultas 1.º de sectione catalogi latum die Veneris proximè elapso decretum confirmatum esse; 2.º viam scrutinii in electionibus faciendis omninò rejiciendam esse; 3.º facienda esse Examina juxta idem decretum die Veneris proximè elapsi; 4.º Licentiæ cursum fore in posterum ut fuerat huc usque; 5.º denium circà theses, rem ad alia comitia differendam esse et sic pro tertiâ vice conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Quibus definitis statim ad electionem Examinatorum Candidatorum Medicinæ processum est, factoque in duas medietates catalogo eo quo dictum est modo, quinque Electores sorte ducti sunt ex majori quidem ordine M.M. Grandclas, Millin, Philip; ex minori verò M.M. Bayer, Delaplanche qui dicto consueto intra Decani manus juramento in sacellum abierunt indeque reduces in Examinatores Candidatorum appellarunt ex majori ordine M.M. Cosnier, Bertrand, Morand; ex minori M.M. Bourru, Desbrest, Jolier

Missis et agitatis in urnam uniuscujusque ordinis doctorum appellatorum nominibus sorte ducti sunt ex majori ordine M.M. Bertrand, Morand; ex minori verò M.M. Bourru, Jolier qui solitum intra Decani manus dixere sacramentum et in Examinatores Candidatorum Medicinæ recogniti sunt, sicque conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Postquam electi fuere Candidatorum Examinatores, nominati sunt in Examinatores testimonialium Litterarum à Candidatis afferendarum, ex majori ordine M.M. Sulas de Laurembert, Bidault, Payon de Moncets, ex minori M.M. Langlois, Desbois de Rochefort, Simonnet et ità conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Postulatâ et impetratâ à M.e Desbrest Exdecano fandi copiâ, proposuit facultati meritissimus Exdecanus ut nominarentur deputati qui Gallicam à M.o Bourru Chirurgiae gallico idiomate Professore, pro scholarum chirurgicarum inauguratione habitam orationem examinarent et de illâ coràm facultate referrent, ut statueretur utrùm sumptibus facultatis typis esset mandanda.

Re igitur in deliberationem missâ, placuit omnibus ut nominarentur illico ad illud negotium deputati; moxque ad hanc deputationem appellati sunt M.M. Bertrand, Millin, Simonnet, Doublet. et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Die sabbati duodecimo mensis ejusdem februarii, convocati sunt Doctores Medici omnes in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, post sacrum, 1.o de rebus ad Academiam pertinentibus Decanum dicentem audituri, posteàque deliberaturi: 2.o concurrentium supplicationem audituri.

His in comitiis, antequàm res agitandae tractarentur, postulavit à facultate M. Bertrand ut vellet relationem audire clarissimorum Deputatorum qui publicam Collegae nostri Bourru orationem examinaverant. quoquidem impetrato, in medium prodierunt M.M. Bertrand, Millin, Simonnet, Doublet ac de oratione praedictâ tam fausté pronuntiarunt, ut consensu unanimi referentibus deputatis annuerit saluberrima facultas ut facultatis sumptibus illa quamprimùm typis mandaretur. et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Tum de rebus ad Academiam pertinentibus egit Decanus ac dixit, comitia Deputatorum Universitatis nuper habita fuisse; ad ea advocatos fuisse forenses Patronos qui Tribunali quid agendum esset consulerent circà quorumdam Collegiorum ad quamdam Universitatis aggregationem ac praeprimis circà negotium quoddam ad Collegii Ludovici Magni administrationem pertinens. Consultis, auditisque illis, res tractandas in deliberationem missas fuisse et circà illas pro more conclusum; clarissimos forenses Patronos in deliberationibus, non secùs ac Tribunalis Academici Consiliarios appellatos fuisse sententiamque suam perindè protulisse, id verò statim animadvertisse M.m Camyer, honorandae Nationis Procuratorem ac penè vituperavisse. Alia recentiora habita fuisse earumdem Universitatis Deputatorum comitia, in quibus rem denuò agitaverat M. Camyer et contra vocem deliberativam forensibus Patronis in deliberationibus Universitatis concessam protestatus erat, et ornatissimos Venerandae et Constantissimae Nationum Procuratores intercessionis suae participes et adjunctos habuerat. Superiorum verò facultatum Decanos sibi proposuisse suos eâ de re consulere, Tribunalique quid statutum fuerit referre.

Res in deliberationem ~~missa~~ missa est, dictisque et collectis Doctorum sententiis judicavit Ordo saluberrimus Tribunale Academicum esse minimè ad se convocatorum esse forenses Patronos, aut illos more consueto esse auditurum, iisque vocem deliberativam concessurum. Sed id ut ejusmodi concessio legitimum obtineat nunquam, ideòque praestandam esse illam perpetuò eâ conditione ut sine consequentiâ concedatur et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

His confectis, stiterunt se coràm facultate Candidati concursuri ab Apparitore introducti, horumque unus nomine Mestais eleganti oratione postulavit à facultate ut concursum aperire vellet, seque ipsum, et praesentes commilitones ad certamen admittere. quoquidem audito, mandavit Decanus ut recederent, facultatisque jussa extra expectarent. Porrò consultis, qui tunc praesentes aderant, Doctoribus, visum fuit placuitque facultati ut sua Candidati omnes testimonialia instrumenta coràm facultate deponerent, ea illa extemplo clarissimorum virorum ad id negotii deputatorum manibus examinanda traderentur, et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Interea de variis testimonialibus instrumentis quibus indigebant Candidati, ut ad concursum admitterentur, aliqua discussio exorta est, indèque statutum esse suscipienda esse à Decano et clarissimis Examinatoribus tradenda, nomina et cognomina Candidatorum tum Concursurorum, tum futurum examen subituro-
simulque nomina locorum in quibus nati sunt, ubi diù vixerunt, ubi nunc vivunt; testimonia virorum fide di-
gnorum quibus eos esse probos constat; ~~praeterea eorum~~ in urbe mansionem annotandam, eosque de praesenti
Decreto admonendos per programma typis excusum, valvis Scholarum et ubicumque opus erit affixum, ut tunc
ta illa, quibus muniti accedere debuerant, instrumenta, ipsi Candidati quamprimùm ad clarissimos Examinatores

deferrent et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Revocatis in conclave concurrentis candidatis, dies dicta fuit à Decano praesentis mensis februarii vigesima sexta, quâ de suâ admissione vel non admissione responsum simul et certamen haberent; singulaque statim eâ de re statuta perficienda curavit Decanus.

Die Martis decimâ quintâ mensis ejusdem comitia jam die tertiâ habita iterum et eodem modo habita fuere.

Die Mercurii vigesimo tertio mensis ejusdem februarii convocati sunt Doctores Medici omnes in Scholas superiores horâ sesquidecimâ matutinâ, 1° Decanum de Chemiae Professore dicentem; 2° clarissimorum Doctorum qui ad examinandas concurrentium litteras deputati erant relationem audituri postque deliberaturi.

His in comitiis exposuit facultati Decanus mortuum esse M. Bucquet Chemiae Professorem atque in illius locum alium Doctorem nominandum qui munus illud difficile non indigniore modo adimpleret. Adesse tempus quo Professor ille omnia parare solet quae sunt ad Doctrinae chemicae cursum absolvendum necessaria; ideoque metuendum esse, si talis nominatio differretur, ne futuro Professori tempus ad ea sibi comparanda deficeret.

Re igitur in deliberationem missâ, dictis collectisque suffragiis ex longe majori numero statuit saluberrima facultas nominandum esse quamprimum fieri poterit Chemiae Professorem in locum M. Bucquet fato functi, modo pro illâ nominatione consueto, in sexennium, ipsique simul designandum esse successorem vicarium, qui possit Professori, ubi opus erit, supplere, et sic conclusit.

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Dein Magister Lucas de Laurembert ad mensam scriptoriam accedens, Decanum et facultatem appellans, petiit ut M.^rum Payon de Moncets audire vellent de testimonialibus candidatorum concurrentium instrumentis referentem; eoque concesso, sequentem relationem legit produxitque Magister Payon.

„Decane vigilantissime, Collegae clarissimi.

„A saluberrimo Ordine deputati ut litteras testimoniales tum baptisterii, tum studiorum, ac morum „candidatorum concurrentium, nec non eorum qui examen Baccalaureatus initiati sunt, diligenter examinare„mus, pensum nobis impositum sic sedulo adimplevimus.

„Septem concurrentes coram facultate doctrinae suae periculum tentare desiderio tenentur, scilicet

„M. Antonius Mertais Parisinus, Religionis christianae sacris initiatus, in Parochiâ S. Nicolai è Cardue„to die 26 mensis Martii, anno 1752, ut constat ex litteris ab eodem exhibitis. In Universitate Parisiensi „gradum Magistri in artibus adeptus est die 11 mensis Decembris anno 1770, quod probant litterae magno „Universitatis sigillo munitae, à Domino Fourneau subscriptae. Postea vero medicis studiis in saluberrimâ „facultate à Remigialibus anni 1771 usque ad festum SS. Petri et Pauli anni 1774 à diversis hujusce „scholae Professoribus qui tunc jure docendi utebantur, per litteras testimoniales parvo facultatis sigillo muni„tas probatis. His titulis ornatus in praecedenti concursu coram facultate periculum fecit generosus ille „athleta; si palmam non eripuit, acriter decertavit, et rursus ad praelium se accingit novis insignitus hono„ribus et armis. In Rhemorum Universitate ad apicem Doctoratus ascendit die 21 Octobris anno 1778. „Praetereà lectionibus botanicis attente diligenterque adfuisse Antonius-Laurentius de Jussieu testatur, ac „etiam idem Magister Mertais testimonium exhibet defuncti Collegae nostri De la Rivière, quo extat eum in „Amphitheatro Scholarum Cursui Pharmaceutico sedulo adfuisse; tandem eumdem M. Mertais optimis „instructum esse moribus, Religionem Catholicam, apostolicam et Romanam profiteri, et per totum stu„diorum suorum curriculum honestissimè vixisse testantur litterae testimoniales; scilicet una à clarissi„mis Collegis Fumée, Goubelly et A. L. de Jussieu die 20 mensis februarii anni 1778, altera à „clarissimis Collegis Mauduit, A. Petit et Fumée die 4 februarii anni 1780.

„M. Philippus Petit-Radel aquâ piaculari ablutus in Parochiâ sanctae Margaritae in suburbio S. Antonii hujus „urbis die 5 februarii anno 1749, ut probatur litteris Baptisterii 11 die februarii hujusce anni concessis et à sacer„dote Baudisson subsignatis. Doctor renuntiatus est in almâ Rhemensi Universitate die 3 Augusti anni 1778. „Morum integritatis M. Petit-Radel testes se praebent Collegae clarissimi MM. Des Essartz, Dumangin et De la „Planche die 4 februarii hujus anni. Quod spectat ad ejus vitae rationem, exhibet litteras testimoniales à D.° „Dahuguet d'Espagnac in regiâ Invalidorum domo Praefecto generali, quibus constat M. Petit-Radel commora„tum fuisse in dictâ Regiâ domo, per tres annos et sex menses, sub titulo Chirurgi Primarii adjutoris, quo

" vigente tempore. de quidem M. Petit Rudel agendi ratione, peritiâ, studioque ad officia, testimonia per-
" quàm honorifica ex illo Dominio relata fuere. hæ Litteræ Domûs Regiæ Invalidorum Sigillo munitæ, conces
" sæ sunt die 15 mensis Martii, anno 1774 quo tempore elapso, ultra maria se transtulit sub designatione
" chirurgi primarii Regis in portu dicto Suratte ubi vixit per duos annos; è quâ regione franciam petiit
" propter frequentes morbos quibus obnoxius erat, ut probatur per litteras testimoniales à D°. Anquetil De Brian
" court franciæ Consule in dicto Portu die 29 anni 1776, subscriptas, quibus etiam testatur eumdem M^{um}.
" Petit-Rudel continuò honestæ agendi rationis et peritiæ specimina dedisse.

"M. Mathæus Géraud claromontanus in Arverniâ, in Præcedenti concursu admissus Litteras Bap-
" tisterii exhibet quibus constat eum salutaribus aquis ablutum fuisse in Parochiâ S. Petri urbis Claromonti
" die 22 mensis Septembris anno 1748. Litteras testimoniales doctoratûs in almâ Rhemensi Universitate
" nomine Mathæi-Lucæ Geraud impetratas repræsentat. de morum integritate et fide sanâ quàm pluri-
" mi affirmant 1°. D. Dela Malle in Sacrâ facultate Parisiensi Doctor Theologus in Sodalitio S. Rochi, die
" 10 februarii anni 1778 M. Mathæum Lucam Geraud claromontanum Religionem catholicam profiteri;
" et moribus honestis præditum esse chirographo suo confirmat. 2°. de eâdem morum puritate fidem faciunt
" D. Cantuel de Blemur Archipresbiter et Pastor S. Severini die 16 mensis februarii anni supradicti. 3°.
" DD. Dalembert, Thomas, et Collega noster M. Des^t. Leges per litteras die 11 februarii hujusce anni con-
" census. M. Géraud virum honestis moribus conspicuum, qui huc usquè piè dignè que vitam duxit, studi-
" isque Medicis aut operibus ad artem pertinentibus unicè deditum novisse se declarant. 4°. tandem Collegæ
" nostri clarissimi Des^t. Leges, Grandclas, D'Arcet testantur Mathæum-Lucam Géraud doctorem Medicum
" Rhemensem, virum ingenuum optimis moribus, præclarâ famâ doctrinâque notum esse. Sed plurima in his
" litteris maximi momenti deesse videntur. 1°. Litteræ Baptisterii chirographo Sigilloque Regii Judicis non
" sunt munitæ. 2°. pro comperto habetur Mathæum Géraud sacris aquis lustratum fuisse, dum Litteræ
" Baccalaureatûs, Licentiatûs et Doctoratûs de Mathæo-Lucâ mentionem faciunt; ita ut non videatur cons-
" tare de eodem individuo. Reverâ Mathæus Geraud salutaribus immersus aquis in Rhemorum Universitate
" non est Doctor, aut Mathæus-Lucas Geraud doctor Remensis Litteras Baptisterii non exhibet. ut ejusmodi
" omissiones errores que deleantur, indulgentiam vestram expostulat, et ille quid proponit: 1°. Litteras Bap-
" tisterii Sigillo Regii Judicis munitas se quamprimùm allaturum pollicetur. 2°. Litteras dictas de Notoriété
" coràm notariis Castellati Parisiensis actas, quarum testificatione et trium virorum notabilium fide dignorum
" constat Mathæum Geraud esse eumdem ac Mathæum Lucam Geraud. necesse est ut illâ charta vobis lega-
" tur, ut de ratâ harumce litterarum autoritate deliberetis.

" M. Antonius-Josephus-Victor Lendormi-Lamouret sacro perfusus fuit lavacro in Parochiâ S. Petri
" Montis desiderii, anno 1754, Litterasque à sacerdote Priore S. Vincentii et Pastore supradictæ Parochiæ,
" subsignatas et chirographo Regii locorum Judicis munitas exhibet. In facultate Parisiensi per quatuor annos
" solidos in studiis medicis versatus est quod perspicuum reddunt Litteræ testimoniales à clarissimis Collegis
" Lalauraigue, Andry, Des Essarts, Guenet, Alleaume, De Gevigland et le Thieullier natu minore, quas vidit et pro-
" bavit, paravoque facultatis sigillo muniendas jussit clarissimus Collega Saludecanus Des Essarts. idem M. Len
" dormi-Lamouret Ambianensis in Universitate Parisiensi gradum Magisterii in artibus consecutus est die primâ
" mensis Augusti anni 1772, ut probatur litteris magno Universitatis sigillo munitis et à M° Fourneau subsi-
" gnatis. De morum puritate testimonium perhibent tres Doctores Medici Parisienses Regentes MM. Munier
" Pater et filius, Hallot, quo constat dictum M. Lendormy Religionem Catholicam apostolicam et Romanam
" profiteri, probis et honestis moribus præditum esse; humanioribus litteris imbutum, idem et strenuam studiis
" medicis operam navare. Ex epistolâ commendatitiâ D. Sahuguet d'Espagnac Regiæ Invalidorum domûs
" Præfecti generalis, probatur dictum M. Lendormy-Lamouret Chirurgi Primarii regiæ illius domûs adjuto
" rem honestis moribus præditum esse, ex litteris die 18 februarii anni 1780 conventis.

" M. Nicolaus-Franciscus Laverne catalaunus sacro baptismate consecratus fuit in Ecclesia Beatæ Mariæ
" Catalauni in Campaniâ die 10 Septembris anno 1752, Exhibet litteras Baptisterii à Pastore Canonico
" dictæ Ecclesiæ subsignatas, et à Vicario Generali diœcesis Catalaunensis super Mathoniam, chirographo
" sigilloque confirmatas die 23 mensis Novembris anno 1774. Doctoratûs lauream in almâ Rhemensium
" Universitate adeptus est die 20 Novembris anni 1778 et per litteras à dominis Magistris Fillion Decano,

» et Collega ejus Le Camus subscriptas magnoque facultatis sigillo munitas. quæ spectant ad vitæ rationem,
» videtur commemoratum fuisse apud Chirurgum Primarium hospitii Dei in urbe Rhemensi per duos
» annos sub tironis officio, ut constat per testimonii auctoritatem à dicto Chirurgo Primario Nosocomii
» concessam et à Vicario Chirurgi Primarii Regis. Scriba que confirmatam quâ dictum M. Laverne
» Christiani officia decenter, muneraque Chirurgi sibi commissa cum peritia et studio adimplevisse,
» vitamque probis moribus conspicuam duxisse probant insuper Collegæ clarissimi.

» M. honoratus Vrignaud Nannetensis apud Armoricos, Doctor renuntiatus est in Universitate Mons-
» peliensi die 21 mensis Augusti anno 1775, ut probatur ex litteris à dicto M. Vrignaud exhibitis, cum om-
» nibus appendentiis in Universitate Monspeliensi usitatis. quoad vitæ rationem, profert 1º Litteras com-
» mendatitias à Marchione Dulaudray Castrorum et Exercituum Regis Præfecto, quibus probatur Patrem
» M. Vrignaud ex honestissimâ apud Armoricos familiâ progeneratum esse et per plures annos in Cater-
» vâ ejusdem Marchionis gravioris armaturæ Equitatûs digne inservisse. Probatur insuper filium ab
» illo natum esse pro viro probo, honestis moribus prædito. Ut verba testimonii non infirmentur, in linguâ
» vernaculâ vobis opere pretium exponere judicamus. « Plus connoître, Monsieur son fils, pour être très
» honnête homme, avoir de fort bonnes moeurs, beaucoup d'application à son état, être un bon sujet avec
» de la conduite, mais malheureusement peu favorisé de la fortune; que ces différens motifs lui méritent
» mon estime et même mon affection particuliere. hæ litteræ sunt à dicto Marchione subsignatæ,
» sigilloque munitæ. De eâ morum integritate, honestique agendi ratione testimonium perhibent
» clarissimi Collegæ nostri Borie, Millin de la Courvault, Solier de la Romillais. Dictus Vrignaud
» inscius quod teneretur litteras Baptisterii exhibere, ut ad concursum admitteretur, cum in Provincia
» remotâ natus sit, Litteras testimoniales Judicis sigillo confirmatas hebdomadâ proximâ prolatu-
» rum se pollicetur indulgentiamque veniam supplex exorat.

» M. Joannes Salaze salutis aquâ respersus fuit in Parochiâ de Conqueyre in Aquitaniâ in
» agro Ruthenensi die 7 Maii anno 1749 ut videre est ex litteris à dicto Magistro exhibitis, non
» vero sigillo Judicis Regii munitis. cujus veritatem pollicetur quàm primùm autoritate legali confir-
» mare. Doctoris gradu insignitus est in Universitate Monspeliensi die 19 mensis Augusti anni
» 1776. de morum integritate, testimonium proferunt clarissimi Collegæ Dupuy, Borquillon,
» Marinier. inter cives honestam vivendi rationem testantur DD. Reynadier in supremo Senatu
» Patronus, in Patronorum catalogo inscriptus et Germanus Ricard mercator in viâ Sti Martini.

Signés L. Delaurembert, Pajon de Moncets, Desbois de Rochefort, Bidault, Simonnet

Auditâ præcedenti relatione, neque eâ M. Delacaze, cui deerant Litteræ Baptisterii probatâ, in
deliberationem missâ, ex majori suffragiorum numero in justam Severitatem inclinans saluberrima
facultas, concursu interdicendum esse statuit M. Delacaze, eo quod illi conditio quædam deesset ad
concurrendum rigorosè necessaria et sic conclusit.

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Superessent ergo sex Candidati concurrentes, de quorum instrumentis approbatâ relatione, statutum
est eos ad concertandum admittendos esse die Sabbati proximè sequenti vigesimâ sextâ mensis præsentis, à
meridie ad sextam, efficiendo sic ut unâ horâ studiâ concurrentium unusquisque examine quotidiano
tentaretur et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Hæc autem erant Candidatorum concurrentium nomina, cognomina et Patriæ qualia singulis
Doctoribus typis excussa missa fuere.

Antonius-Josephus-Victor Lendormy. Ambianensis. Antonius-Josephus Mertais Parisiensis.
Honoratus Vrignaud Nannetensis apud Armoricos. Matthæus-Lucas Geraud Claromontanus apud
Arvernos; Nicolaus-Franciscus Laverne Catalaunus apud Campanos. Philippus Petit-Radel Parisinus.

Porrò juxtà decretum latum die vigesimâ-quartâ mensis Januarii anni 1778 monuit saluberrima facultas vulgus Doctoresque omnes Medicos quod clarissimi concurrentes ad præmium ex liberalitate M. Joannis De Diest Doctoris Medici Parisiensis institutum obtinendum, doctrinæ suæ periculum facturi essent per sex dies continuos. Primo de Anatomiâ, cadaver humanum propriis secantes manibus, partium figuram, textum, positionem et connexiones demonstrantes: secundo de Physiologiâ et Hygieine: tertio de Chirurgiâ, morbos evoluturi, quorum medela manûs industriam requirit, varias celebraturi encheireses; remediorum externorum, fasciarum, vinculorum et totius apparatûs Chirurgici usus et applicationes exposituri, nec non dissertaturi de arte obstetriciâ: quarto de Materiâ medicinali, Pharmaciâ atque Chemiâ: quinto de Pathologiâ generali et particulari, de morborum signis, Therapeuticè et Diætâ: sexto autem die quæstiones medicæ, de objectis per quinque dies priores agitatis ab Examinatoribus essent seligendæ et ità distribuendæ, ut ad sortem revocatæ, unicuique concurrenti duæ, sed de objectis diversis, illicò commentandæ proponerentur. lectis autem eâdem die concurrentium operibus, inter se mutuis interrogationibus essent dimicaturi.

Atque convocati sunt Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die sabbati vigesimâ sextâ mensis februarii et diebus Dominicâ, Lunæ, Martis, Mercurii et Veneris proximè sequentibus à meridie ad sextam, interfuturi Examini candidatorum concurrentium juxtà formulam die sabbati decimâ-nonâ ejusdem mensis typis excusam et signatam.

Thomas Levacher De la feutrie Decanus.

Die Jovis secundâ mensis Martii solita habita sunt menstrua comitia et ab his Magister De la Planche coram facultate legit libellum memorialem de æthereis vitrioli aliisque quibuslibet liquoris ætherei conficiendi methodo simplicissimâ, cum specialibus encheiresibus, earumque manipulationum producta cum à se, tum à fratre suo saluberrimæ facultati obtulit, donoque dedit.

Rem Decanus præsentibus Doctoribus explanavit, postulavitque an acciperetur donum à Dominis De la Planche oblatum an verò renueretur. legebatur autem in chartulis producta Chemica indicantibus, quod à Domino De la Planche Pharmacopæo Parisiensi facultati offerrentur, nec erat à facultate recognitus Pharmacopæus Parisiensis Dominus ille De la Planche frater collegæ nostri amantissimi.

Re igitur in deliberationem missâ, placuit Ordini saluberrimo denegandum esse Domino De la Planche Pharmacopæo, titulum Pharmacopæi Parisiensis. donum interea oblatum accipiendum esse cum gratitudine, remque sic concinnatam in Diario Medico publici Juris esse faciendam, et sic conclusit.

Thomas Levacher De la feutrie Decanus.

Die sabbati quarto mensis Martii ejusdem convocati sunt Doctores Medici omnes in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, post sacrum, 1.° Decanum de re ad Academiam, et aliâ ad Seplasiarios pertinente dicentem; 2.° clarissimorum virorum qui ad examinandos candidatos concurrentes deputati sunt relationem audituri, suumque de concedendo præmio judicium per scrutinium laturi; 3.° demùm candidatorum supplicationem audituri, posteàque deliberaturi.

Hisce in comitiis ante omnia legit Decanus litteras sibi missas à Patrono quodam forensi nomine Guichard in Curiâ de rebus detentis pro Rege advocato, quibus judicium facultatis expostulabat circà domorum ædificandarum altitudinem. quibus lectis, deputatos ad rem illam serio examinandam appellavit saluberrima facultas MM. Bertrand, Leclerc, Bourru, Dumangin, et sic conclusit.

Thomas Levacher De la feutrie Decanus.

Exposuit deinde ordini saluberrimo Decanus præsentem Academiæ statum, obiterque memorialem libellum amplissimo Rectori ab illustrissimo catholico Procuratore missum, et sapientissimi Tribunalis Academici consiliariis, ab amplissimo Rectore distributum, ubi de translatione unius ex Universitatis Parisiensis collegiis Versalias agebatur, ut de illo negotio singuli Universitatis ordines deliberarent. Re sic exposita, libellum memorialem simul et totum illud negotium clarissimis ad res Universitatis anteà deputatis remisit ordo saluberrimus et sic conclusit

Thomas Levacher De la feutrie Decanus.

Tum Decanus litteras sibi à M. Geoffroy scriptas coram facultate legit quibus cælatam marmore clauratam ovali marginatam beneficentissimi concursûs fundatoris, nostrique, dum viveret, collegæ dilectissimi M. Joannis De Diest effigiem, in veræ ergà illam pietatis suæ pignus, saluberrimæ facultati offerri à Decano flagitabat.

His lectis litteris, datis, collectisque Doctorum præsentium sententiis, sequens decretum Magistro Geoffroy mittendum tulit ordo saluberrimus, unanimi ferè consensu:

Declarat ordo saluberrimus ultrò se pleno, nec unquam exhauriendo voluptatis flumine suos oculos, mentesque suas ex illius Collegæ intuitu fuisse prolatarum, qui ideò vivisse visus est, ut facultatem donis et honoribus abundè cumularet; verùm media inter, quibus hodie miserum eheu! torquetur asperè deperditus, dissidia, nullatenus posse dulcissimum suavissimumque munus ab amarâ manu suscipere; blandissimâ spe lactari se, fore ut aliquando mutatis rebus animisque, donum offerendum commendet ipsa manus offerentis; sed oblatam nunc, utut gratam ac jucundam imaginem Magistro Geoffroy quamprimum remittendam esse et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Quod quidem decretum Magistro Geoffroy quamprimum reverà mittendum curavit Decanus, cum epistolâ sequente.

« Monsieur et cher Confrere

« Je me suis acquitté du devoir que m'imposoient et le sentiment de reconnoissance dont je suis pénétré envers « les bienfaiteurs de la faculté à qui je dois mon état, et le desir de vous obliger. J'ai présenté de votre part à la « faculté le portrait de feu Monsieur de Diest : voici la reponse que je suis chargé de vous rendre.

Extractum è commentariis &c.

« Je suis très parfaitement, Monsieur et cher Confrere,

« Votre tres humble et très obeissant serviteur

« à Paris ce 6 Mars 1780.

Levacher de la feutrie Doyen

Proterea de re ad Seplasiarios pertinente actum est. Litem habebant cum Pharmacopæis Parisiensibus Seplasiarii, Libellumque memorialem hic facultati miserant quem legit Decanus. In eo de duabus quæstionibus ordinem saluberrimum interrogabant seplasiarii in Regiâ declaratione circa illud negotium latâ agitandis, quæ sic se habebant.

1.° La prohibition de manipuler emporte-t-elle rigoureusement celle de pulveriser ?

2.° La defense de vendre aucuns sels, contenue dans l'article VI de la Déclaration du Roi, n'est elle pas restreinte au cas de l'Epithete entrantes au corps humain par forme de médicamens ?

Quoad priorem quæstionem, rogatis datisque sententiis, declaravit saluberrima facultas manipulationem quamcumque esse operationem in Pharmaciâ necessariò comportam ex pluribus præparationibus ad remedium aliquod conficiendum et absolvendum. Præparationes aliquot esse reipsâ veras manipulationes, non autem vice versâ. Pulverisationem esse præparationem omninò mechanicam quæ nullatenus debeat nomine manipulationis insigniri.

Ratione verò alterius quæstionis, stetit saluberrima facultas illi quod antea tulerat eâ de re judicio, et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Denique clarissimi viri qui candidatos concurrentes examinaverant de iis legendo retulerunt modo sequenti.

« Eâ quâ debuimus et potuimus sedulitate et attentione, quantum in nobis fuit, Vigilantissime Decane, « Viri Medici, adimplevimus per sex dies munus quo nos cohonestavistis. Sex concurrentes sese obtulerunt, inter « quos D.D. Mertais et Géraud qui in præcedenti concursu adfuerant. Hi omnes judicium rectum habent, et « quæstionibus propositis satisfecerunt singuli [illegible] forsan nimis. Nullus inter illos potest annumerari, qui « candidatus ad Baccalaureatum non sit ultrò admittendus. Levis tamen nonnullorum est armatura, et ple- « rique, eadem linguam latinam probè calleant, sæpissimè in respondendo, et etiam in scribendo vix erant « tolerabiles. Timor forsan elocutionis difficultatem adauxit: exindè inter Doctores examinatores quosdam « qui ad duos annos premium esse remittendum putabant. Nos autem aliter censemus; atque præmio di- « gnissimum judicamus, et unanimi consensu D. Vignaud, cui proximè accessit D. Petit-Radel: uterque « præcisè, nitidè et puriori stilo respondit. Prior tamen, D. Vignaud tum in responsis, tum præcipuè in « dissertationibus aptius et modo convenientiori nobis satisfecit; licet organi quâdam difficultate laborat,

"et similitas huic inest maxima quas nostra ex nostrâ sententiâ si licentiæ locus unicuique esset assignan-
"dus, primum, absque dubio teneret D. Vrignaud, alterum, D. Petit-Radel, tertium D. Mertais qui hoc an-
"no valde certè, at, si dicendum quod res est, non magis quàm in præcedente concursu; quartum haberet D.
"Laverne, qui sané et D. Lendormy fructus in posterum edent optimos, modò tamen ingenium ipsis à
"naturâ inditum colant assiduè. Ultimus ex nostra mente foret D. Géraud. multas habet certè cognitiones,
"et omnis generis; at sanè, aut saltem apparent indigestæ. insuper tum in dicendo, tum etiam in scri-
"bendo in linguæ errores prolabitur, qui Medico præsertim Parisiensi dedecus imprimerent indelebile. Ideo-
"cò concludimus unanimi consensu in gratiam D. Vrignaud, et subsignavimus in scholis die quartâ Mar-
"tii mensis anni 1780

Signés Bertrand, Mezard, Bourru, Solier de la Romillais.

Hac autem factâ et auditâ relatione, rogatis dictisque singulorum qui tunc aderant, doctorum sententiis, ex longè majori suffragiorum numero statuit saluberrima facultas præmium hoc anno concedendum in biennium sequens differendum esse et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

His exantlatis, supplices accesserunt candidati quatuor nempe Joannes-Nicolaus Corvisart des Marets, Joannes-Jacobus-hieronimus Dulos, antonius-Josephus-Victor Lendormy-Lauwer et Petrus Pujo; qui cum auditi fuere postulantes ut ad examen admitterentur et pro more interrogati, depositis intra clarissimorum ad eæ Deputatorum manus, quibus indigebant, instrumentis, abierunt.

Die Sabbati undecimo mensis ejusdem Martii, convocati sunt Doctores Medici omnes in Scholas superiores horâ decimâ matutinâ, post sacrum, Schedulâ singulis Doctoribus pro more delatâ, clarissimorum virorum qui examinandis candidatorum Litteris præpositi erant relationem audituri et de eâ suum judicium laturi.

Iisce in comitiis postulationem herbarii cujusdam nomine Gillot exposuit facultati Decanus in eo consistentem ut à facultate sic approbaretur ad vendendas plantas quasdam de quibus mira prædicabat, ut posset veniam eamdem ab illustrissimo urbano Politiæ præfecto impetrare.

Re in deliberationem missâ, unanimi voce rejecta est modò dicti Gillot postulatio, totaque ad Politiæ præfectum remissa, et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Dein significationem sibi per alumnum delatam facultati retulit Decanus, quâ quisquidam nomine Audiger à facultate petebat ut intercedere vellet lite quam cum chirurgo quodam hospi-tiis operante nomine Sutton habebat prædictus Audiger. Hujus puero insiti variolas insinuaverat prædictus Sutton pro mercede centum et quinquaginta librarum, et pretium totum à prædicto Audiger juridicè et per alumnum requirebat dictus Sutton. Cum autem insertâ variola non erupissent, credebat Audiger se nihil operanti chirurgo debere. Rem ad collegam nostrum M. Grandclas ex præceptione judicis delatam coram totâ facultate sistebat Audiger illius quid judicium efflagitabat.

Re in deliberationem missâ, denegata fuit sua Audiger postulatio, donec judex civilis ipsemet negotium judicio facultatis committeret, et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Certo loco Decanus Litteras legit sibi à clarissimo viro D. Pouderous Doctore Medico et Medicorum Tolosanorum facultatis Decano quarum hic tenor fuit ipsimmas.

"à Toulouse ce 21 fevrier 1780.

"Monsieur

"Je suis chargé par les Docteurs de la faculté de Medecine de Toulouse qui desireroient remedier à cer-
"tains abus qui se sont glisés dans la faculté, de vous prier d'indiquer à mon neveu qui aura l'honneur
"de vous remettre ma lettre, le libraire de Paris où il pourra trouver les statuts de votre faculté. Mon
"neveu se chargera de me faire passer le paquet. Nous ne pouvons puiser dans une meilleure source
"pour porter remede à nos abus que dans les reglemens de la premiere faculté du Royaume. quel-
"qu'un de nos Mesieurs nous a rapporté que votre faculté s'occupoit du moyen de perfectionner l'en-

„ Seignement dans vos Ecoles. Si cela est, et que la faculté ait decidé quelque chose à ce sujet, vous m'obligerez, „ et tous mes Confreres de m'en faire part, dans la reponse que j'ose attendre de vous. Le corps des Docteurs „ se flatte encore de trouver dans votre faculté un protecteur auprès du Ministere pour appuyer les deman„des que nous serons obligés de vous faire.

„ J'ai l'honneur d'être avec l'estime la plus respectueuse

„ Monsieur „ Votre tres humble et tres obeissant serviteur

„ Soudewys: D. M. Doyen des docteurs de la facul„té de Toulouse".

Quibus lectis litteris, censuit saluberrima facultas respondendum esse quam citissimè quàmque urbanissimè saluberrimæ facultatis Tolosanæ Decano à saluberrimæ facultatis Parisiensis decano et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Quarto loco postulavit à facultate M. Des Essarts Exdecanus ut litteras legeret sibi à Medicorum Lugdunensium Collegio scriptas. quo quidem impetrato, prædictas litteras legit, et iis auditis, unanimi consensu censuit saluberrima facultas illas in commentariis saluberrimæ facultatis inscribendas esse et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Ideircò leguntur hic litteræ illæ M.o Des Essarts à Medicorum Lugdunensium Collegio scriptæ.

„ Monsieur et tres cher confrere

„ Le College assemblé a appris avec le plus grand plaisir le gain d'une cause dans laquelle nous „ avions des intentions bien legitimes et des sollicitateurs d'un grand poids.

„ Nous avons suspendu dans cette assemblée pendant quelques instans, les mouvemens de notre „ Joye, pour rappeller les bons offices que votre activité et vos soins affectueux nous avoient rendu „ dans le cours de cette procedure et nous livrer à toute la reconnoisance dont nous sommes ani„més.

„ Ce n'est pas notre College seul, ce sont toutes les Universités, tous les Colleges enfin la Mede„cine en corps doit à l'interêt que la faculté a bien voulu prendre dans cette affaire, une loi qui „ manquoit au code de Jurisprudence Medicinale.

„ Il est à present, Monsieur, deux époques qui rendront votre Decanat memorable à jamais, „ l'operation de la section de la Symphise des os pubis, et ce senatusconsultum.

„ Quoique notre second procès interesse moins l'ordre medicinal, le College vous prie de ne pas „ lui refuser vos soins et vos protections directes et indirectes. il ne craint qu'une seule chose; c'est „ que sa reconnoisance ne trouve plus dans sa langue aucun nouveau terme pour l'exprimer.

„ Le College ne pouvant s'acquitter de ce qu'il doit à la faculté de Medecine de Paris qui a daigné „ intervenir dans notre affaire, vous prie, Monsieur, de vouloir au moins lui presenter de la part „ du College et de tous les membres en particulier, les hommages les plus respectueux et les sentimens „ de la plus vive reconnoisance; lui donner les assurances d'une entiere deference pour tout ce qui emanera de son sein, et lui demander la continuation de sa bienveillance et de ses bons offices, dans „ toutes les occasions prochaines et éloignées.

„ Nous avons l'honneur d'être avec les sentimens de la plus parfaite consideration,

„ Monsieur et tres cher confrere „ Vos tres humbles et tres obeissans serviteurs

signé Chol Doyen du College. Mognoval D. M. et Syndic.

„ Lyon le 4 fevrier 1780. Bruny.

Januarii præsentes inter Doctores agitatum est quonam habitu sisterent se hocce anno coram facultate mox introducendi candidati; an togâ clericorum induti more consueto, an verò magistrorum in artibus togâ, atque ex majori suffragiorum numero in eâ fuit sententiâ saluberrima facultas, ut candi-

dati tum hodiè tum in posterum sistant se et respondeant togâ Magistrorum in artibus et alli amictu decentes induti, et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Item de horâ proximè futuri examinis censuit ordo saluberrimus examen illud proximè futurum ab horâ post meridiem secundâ ad sextam esse faciendum et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Posteà surrexit M. Lucas de Lauwmbert doctorum antiquior qui ad examinandas candidatorum litteras deputati fuerant, ac dixit M.rum Payon de Monets mox lecturum esse de litteris candidatorum, si velit eum audire facultas; quo quidem consenso, M. Payon relationem legit de octo candidatis quorum quatuor die sabbati quarto mensis presentis stiterant se coram facultate; et quatuor quibus nomen erat philippus Petit-Radel, Nicolaus-franciscus Saverne examine concurrentium jam probati; Ludovicus-Cyprianus De Montaigu et Renatus Louiche des fontaines; de quibus sigillatim retulit integerrimè, dixitque deesse trimestre stadium studii medici dicto Corvisart des Marets, et duobus aliis litteras Baptisterii quas tamen mox allaturos se esse polliciti fuerant.

factâ et auditâ præsenti relatione, rogatis dictis que singulorum Doctorum sententiis censuit saluberrimus ordo admittendos esse octo illos candidatos, cum indulgentiâ trimestris stadii studiorum in medicina dicto Joanni-Nicolao Corvisart des Marets, et relativè ad eos quibus deerant litteræ Baptisterii, eâ lege, ut antequàm ad principium admitterentur, iis quibus indigent instrumentis munirentur et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Apertis scholarum valvis introducti sunt coràm facultate modo dicti candidati, interrogatique more consueto illi qui nondùm comparuerant, diem Lunæ proximè futuram ipsis indixit Decanus et horam post meridiem secundam, quibus de physiologiâ responderent, et abierunt.

Hinc convocati sunt Doctores Medici omnes in scholas superiores, die Lunæ decimâ tertiâ mensis Martii et diebus Martis, Mercurii et Veneris proximè sequentibus anni 1780, ab horâ secundâ promeridianâ, ad sextam, examini candidatorum interfuturi. Signatum die sabbati undecimâ ejusdem mensis et anni

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Die Jovis decimâ sextâ mensis ejusdem Martii comitia jam primâ die mensis hujus habita, postulantibus multis Doctoribus iterum et eodem modo habita fuere, in iisque M. Des Essartz Ex-decanus libellum memorialem obtulit facultati de morbo quodam canes afficiente qui rabiem simulat neque tamen rabies dici potestat. de quo quidem censuit saluberrima facultas eum inter clarissimorum ad menstrua comitia deputatorum manus esse deponendum et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus

Die sabbati decimâ-octavâ mensis ejusdem Martii convocati sunt per schedulam singulis Doctoribus solito more delatam Doctores Medici omnes in scholas superiores horâ undecimâ decimâ matutinâ, post sacrum, 1°. de menstruis comitiis primâ mensis dictis, quâ horâ incipienda sint et terminanda, quoque ordine res quæ in iis tractandæ occurrent agitandæ sint definituri; 2°. Chemiæ Professorem simul et illius vicarium ac successorem nominaturi; 3°. clarissimorum virorum qui candidatos examinaverant relationem audituri et suum postea judicium per scrutinium laturi.

De comitiis primâ mensis dictis primùm egit Decanus ac dixit opportunum omninò esse ut noscent Doctores quâ præcisè horâ incipienda essent comitia menstrua, quâque terminanda. plurimos non posse ultrà aliquod tempus iis interesse; deinde opportunum pariter videri ut ordo sequenti res in iis agitandæ tractarentur, nempè ut 1°. interrogarentur Doctores ordine suo convocati et inscripti; 2°. qui legendum aliquid haberent; ac denique, si per tempus liceret, ex præsentibus indiscriminatim qui observationes quasdam haberent communicandas, illas verbo traderent, servato tamen eâ in re, quantum fieri posset antiquitatis ordine.

Re in deliberationem missâ, ex majori suffragiorum numero censuit saluberrima facultas comitia menstrua habenda esse more consueto liberum que fore tum doctoribus, tum ipsi Decano ex illis exire, si iis longiùs protraherentur, et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

De chemiæ professore dein actum est atque unanimi consensu nominavit saluberrima facultas M. Darcet in Professorem qui tamen non ante valeret documento, quàm probè constiterit facultati sibi sufficientem pecuniæ esse, ut talis muneris sumptibus posset sufficere, et sic conclusit.

Thomas Levacher Delafeutrie Decanus.

Quod quidem decretum subsignaverunt MM. P. J. De l'Epine, Delarivière, Philip. Maigret

Tertio loco auditi fuerunt clarissimi viri qui candidatos examinaverant modo sequenti referentes.

„Examine peracto, nobis est Vigilantissime Decane, Viri Medici, gesta vestros vitas et usus referendum si-
„gillatim et nominatim. horum ut et statutorum observationem juravimus, et sacramenti haud immemo-
„res, meo tanquam Examinatorum antiquiori et Collegarum nomine dicam, quod observavimus in Examine.
„octo adfuerunt candidati, inter quos tres non sine gloriâ in concursu præcedenti jam dimicaverant, scilicet
„DD. Petit-Radel, Laverne, Lendormy. Præconceptam opinionem non fefellerunt, et cum quodam volup-
„tatis sensu percepimus quod DD. Laverne et Lendormy certiora essent responsa, purior que sermo; quod
„forsan ex timore minori est deducendum. inter quinque alios unus est tantùm annumerandus, cujus
„levis quidem primo aspectu apparet armatura, nempè D. De Montaigu. est imparatus ferè ad examen
„venit, nec tamen exinde culpandus. ob angustam rem, licet facultati addictissimus, cujus est alumnus,
„non sperabat se fieri unquam posse nostri ordinis Baccalaureum; duobus diebus solummodò ante exa-
„men beneficus Agnatus huic occurrit, et sufficientem præbuit summam. ob fortunam non prævi-
„sam lætus, ast suæ tenuitatis ultra modum conscius sese examini obtulit toto corpore contremiscens. Re
„verâ huic inest maxima timiditas. dicendum tamen quod res est: responsiones breves, licet certè nimis, ra-
„tioni tamen congruentes semper fuerunt, et in aphorismi explicatione cæteris non fuit impar. quâ propter
„ter ad Baccalaureatum hunc admittendum omnes unanimi assensu censemus, certi, usu et exerci-
„tatione actuum sequenti per licentiæ cursum, timorem sensim minorem fore. Diverso sensu de
„D. Corvisart est dicendum. commilitones omnes longè antecellit, et, quod rarum, juvenis licet, sapi-
„enter, modestè, aptè, nullo cum impetu singulis quæstionibus abundè respondit. hic ergo juxta nos
„foret ordo candidatorum: D. Corvisart longè primus; posteà DD. Ducos, et Pijo; dein Petit-Radel,
„Laverne, Lendormy, Desfontaines, Montaigu. quatuor primi hujusce sectionis inter se certare
„possent, si non paribus, saltem non inæqualibus armis. Unus D. Desfontaines in re Botanicâ jam
„clarus, alter in re anatomicâ probè edoctus, scilicet D. Petit-Radel et sic de aliis duobus. Exindè conc-
„ludimus consensu unanimi octo candidatos esse admittendos. felices nos si noster labor vobis non fue-
„rit ingratus; penès vos sit infirmare, vel confirmare nostrum judicium quod subsignavimus

„In Scholis Medicorum die decimâ-octavâ Martii mensis anni 1780

„Bertrand, Morand, Bourru, Solier Delaromillais".

Quâ quidem auditâ relatione, appellati sunt omnes et singuli qui præsentes aderant Doctores, ut suum de candidatis judicium in capsam mitterent, idque pro suo quisque ordine diligenter effecit.

antequàm autem scrutinium aperiretur postulavit à facultate Decanus utrùm candidato novo, dicto Gérard qui modò in concursu decertaverat examen peculiare indulgere vellet, eò quod incipiente candidatorum examine, illâ carebat pecuniâ quæ pro illo examine requiritur, talem verò summam nunc sibi præsto esse affirmabat prædictus candidatus. cum statim reclamarent plurimi, non ultra progressa fuit deliberatio.

Aperta igitur scrutinii capsâ, unanimi consensu octo candidatos approbavit saluberrima facultas, illosque ad principium admisit excepto uno Renato Louiche Desfontaines donec litteras Baptisterii, quibus carebat, attulisset, et eâ lege ut præstito consueto juramento sequentem quoque obligationem omnes chirographo suo subsignarent et ita conclusit

Thomas Levacher Delafeutrie Decanus

His effectis, apertæ fuit Scholarum valvæ, introductisque candidatis probatissimis quid de illis modò decreverit facultas Decanus retulit, ipsosque ad principium sub memoratis conditionibus admisit. Talem se habebat quæ à candidatis subsignanda fuit obligationis formula:

Nos infrà Scripti juramus et Sub Sacramenti fide promittimus quòd, si Licentiæ cursum forti deseramus, Medici Parisiensis nomen minimè usurpabimus, neque alio titulo utemur nisi titulo Baccalaurei facultatis Medicinæ Parisiensis. Subsignaveruntque modò introducti Baccalaurei Sendormi Lacour. Pyzo. Corvisart Des Marets, Ducos, De Montaigu, Petit-Radel, Laverne, Desfontaines.

qui postquam recesserunt, introducti sunt Baccalaurei Emeriti pro manumissione suâ et ad examen practicum admissione supplicaturi. horum nomine supplicavit elegantiadmodùm oratione M. Carolus-Ludovicus-Gabriel Dupré, et factâ Supplicatione recesserunt, moxque per Apparitorem in Comitia revocatis, eorum postulationi indulsit facultas, ipsos manumisit, et ad examen practicum admisit solutis solvendis, eâ que conditione, ut thesi quodlibetariæ ultimæ quæ propugnanda superabat adessent cum cappis suis ab initio usque ad finem, et sic conclusit

Thomas Levacher Delafeutrie Decanus.

Interea quædam exorta est de D. Fourcroy Baccalaureo Emerito contentio. scilicet mussitarunt quidam de Juvene dicentes illum de facultatis Doctoribus injuriosè locutum fuisse et ideo à M. Desbois de Rochefort vehementissimè objurgatum. quæ murmura cum audiret M. Dumangin, ea voce altiori ad facultatem detulit, addens presentem esse Doctorem illum à quo certiora quoque facultas audire posset, et nominatoà nescio quem M. Desbois de Rochefort, surrexit reipsà protinus prædictus M. Desbois, addixit sibi visum fuisse se à D. Defourcroy audivisse hæc verba: qu'il estimoit la faculté, mais qu'il en méprisoit les membres, verùm fieri potuisse ut malè audiverit.

Surrexit M. Dumangin dicens adfuisse testes qui tale effatum audiverant, simulque ipsam quam D. Fourcroy M. Desbois intulerat objurgationem; interpellatusque eâ de re qui tunc nomen suum audivit M. Martinier, rem assensu confirmavit.

Item M. Pyzon de Monets qui in rei testimonium partes advocatus est, dixit se reverà M. Desbois audivisse qui dictum D. Fourcroy non inani voce reprehendebat; ac demùm M. Jeallot se accepisse asseruit prolatam fuisse à D. Fourcroy contumeliam in Collegio Ludovici Magni quâ die factæ sunt Universitatis supplicationes.

His auditis saluberrima facultas præsentem denuntiationem accipiendam esse acclamavit in posterùm perpendendam et sic conclusit

Thomas Levacher Delafeutrie Decanus.

quibus absolutis, descenderunt in scholas inferiores probati Candidati, ibique, sicuti suprà dictum fuit, principium postulerunt suum, excepto uno Renato Louiche Desfontaines.

Die Mercurii vigesimo secundo mensis ejusdem Martii, convocati sunt per Juramentum Doctores Medici omnes in Scholas Superiores horâ decimâ matutinâ 1° de rebus ad Pharmacopæos Parisienses pertinentibus; 2° de D. Fourcroy Baccalaureo Emerito Decanum dicentem audituri et posteà deliberaturi.

His in Comitiis legit coràm facultate decanus litteras sibi à D. Louvault facultatis in supremo senatu procuratore Scriptas, in quibus significatio quædam includebatur peractum Decano et facultatis Medicæ Doctoribus Regentibus factâ, ut coràm Supremo Senatu comparerent, de statutis, Litterisque patentibus Pharmacopæis Parisiensibus à Rege concessis et in Commentarios Supremæ Curiæ referendis dicturi quid impediret quominùs illa relatio fieret, cum in iis nil esset, quod juribus facultatis contradiceret.

Legit insuper decanus alias litteras sibi à Pharmacopæorum præpositis Scriptas, quibus postulare videbantur Pharmacopæi, ut sine lite res agerentur, diemque, locum, et horam requirebant, quibus cum Decano, ceterisque ad ea negotia deputatis Colloquium inirent.

Rebus his in deliberationem missis, unanimi consensu statuit saluberrima facultas remanere cum Pharmacopæis Juridicè agendam, eandem Consilio facultatis committendam ut facultatis Patroni cum doctoribus ad ea deputatis rationes intercessionis facultatis ad prædictam relationem luculenter explicarent; denique respondendum esse à Decano Pharmacopæorum præpositis se facultati saluberrimæ litteras illorum Legisse et decretum fuisse quòd illæ intra deputatorum suorum manus deponerentur, et sic conclusit

Thomas Levacher Delafeutrie Decanus.

Deputati verò ad Pharmacopæorum negotia protinùs appellati fuere M. M. Bertrand, Leclerc, Philip Des Essartz et ita conclusit

Thomas Levacher Delafeutrie Decanus.

Mox commemoratio facta est de acceptâ ultimis in comitiis circà D. Fourcroy emeritum facultatis Baccalaureum denuntiatione, legit que coràm facultate Decanus epistolam sibi à M. Marnier scriptam, quâ totam de D. Fourcroy accusationem quam maniè assensu suo confirmaverat, ad M. Desbois de Rochefort deferebat aliamque à D. Fourcroy compositam quâ negabat se quidquam contra facultatem injuriosè protulisse cujus Doctores omnes et singulos imprimis venerabatur, simulque scripto exaratam propriàque chirographo munitam renuntiationem cum omni cuique ordini saluberrimæ facultatis vero, tum speciatim Regiæ Medicorum Societati.

Re in deliberationem missâ, ex majori suffragiorum numero statuit saluberrima facultas indulgendum esse D. Fourcroy illiusque litteras simul et Regiæ Medicorum Societati renuntiationem in commentariis facultatis esse inscribendas et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Die sabbati primâ mensis Aprilis horâ sesquiquartâ pomeridianâ habita fuere de morbis grassantibus comitia ibique M. Philip postulationem quamdam coràm facultate legit nomine Medici cujusdam Dupau dicti de usu plantæ Americanæ *Lobeliæ anti Syphiliticæ* nuncupatæ.

Re in deliberationem missâ, negotium illud clarissimis ad mentum amitiæ deputatis creditum est, quibus adjuncti sunt M.M. Doremet, Philip qui simul cum illis de re sibi commissâ opportunis in comitiis referent, et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Die Jovis sexto mensis ejusdem Aprilis convocati sunt Doctores Medici omnes in scholas superiores, horâ sesquidecimâ matutinâ, 1º de rebus ad Academiam pertinentibus clarissimos deputatos referentes, 2º litterarum à clarissimo Regiorum Aedituum Directore ad saluberrimum Ordinem scriptarum lectionem auditum et posteà deliberaturi.

Hisce in comitiis sequentem primum epistolam sibi à Mº D'Arcet scriptam legit coràm facultate decanus quâ gratias agebat amantissimus collega facultati quod ad Chemiæ Professoris munus ab illâ fuerit promotus; quæquidem eo gratiores ac jucundiores visæ fuerunt, quo modestiorem se ostendebat Doctor in rebus chemicis ac Medicis versatissimus.

« Monsieur le Doyen

« J'aurois désiré de pouvoir me rendre demain à l'assemblée de la faculté pour lui marquer ma vive reconnoissance, et la remercier de sa confiance et de ses bontés: mais la leçon que j'ai à faire pour mon cours particulier ne me permet pas de m'y trouver. J'espere, Monsieur le Doyen, que vous voudrez bien lui communiquer ma lettre et m'acquitter de ce devoir. quelque multipliées que soient aujourd'hui mes occupations, cependant c'est moins pour la peine que je redoute le fardeau que la faculté m'impose, que par la difficulté que je vois à succeder dignement dans cette chaire aux deux Professeurs qui m'y ont precedé. ils ont l'un et l'autre honoré le choix de la Compagnie, et je sens que je n'ai ni la vaste étendue des connoissances, ni la methode profonde et encore plus rare de feu M. Roux mon digne ami, ni le talent tout particulier et la facilité étonnante de M. Bucquet. Je ne puis mettre à la place de ces grands avantages, qu'un grand zele, et le desir le plus sincere d'être utile à ma Compagnie. je prevois cependant, Monsieur le Doyen, qu'il ne me sera pas possible de remplir cet emploi honorable, au tems prescrit par la faculté et j'espere qu'elle voudra prendre en bonne part ma retraite, lorsque je serai forcé de me retirer.

« Je suis avec respect — Monsieur le Doyen — « Votre très humble et très obeissant serviteur

« Paris le 5 Avril 1780 — « Signé D'Arcet.

Exposuit deindè facultati Decanus præsentem rerum Academicarum statum, dixitque se facultatem convocavisse de translatione unius è collegiis Universitatis Parisiensis Versalias; quâ de re consultum ab illustrissimo Procuratore Catholico Tribunal Academicum ab Academicis ordinibus responsionem expectabat illustrissimo Consulenti referendam.

Re in deliberationem missâ, auditis clarissimis ad rem illam examinandam Doctoribus deputatis, Rogatis,

dictis que sententiis, saluberrima facultas censuit utilem habendam esse translationem unius è collegiis Universitatis Parisiensis Versalias, eâ tamen conditione ut [illegible] dictum collegium iisdem omnino legibus illic regendum, futurumque parisius idem ac nunc est in sinu Academiae et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

quibus peractis surrexit M. Le Tenneur conquerens quod duae criticales nominis sui litterae typis excusae legerentur in libello quodam pamphlet dicto contra regiam Medicorum Societatem scripto, sibi applicarentur quasi societatem illam ingredi exoptaret, palamque declaravit se à tali proposito summopere abhorrere, nec unquam in eam societatem ingressurum esse; quamquidem declarationem accepit ordo saluberrimus et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Denuum coràm facultate legit Decanus litteras ab illustrissimo Regiorum Redituum generali directore ad saluberrimum ordinem scriptas, quarum hic tenor fuit:

« Paris Mars 1780

« Les Sieurs Holtzer et Feurstein demandent, Monsieur, la permission d'etablir à Paris et dans plusieurs « autres villes du Royaume des Brasseries, à l'effet d'y fabriquer et vendre une bierre anti-scorbutique dont « ils possedent seuls le secret. Je vous prie de vouloir bien faire faire, par des Commissaires de la faculté, l'a« nalyse de cette liqueur, et me marquer en m'adressant leur rapport, si vous pensez qu'une pareille liqueur « soit salutaire ou dangereuse pour la santé des personnes qui en feroient usage. Les Sieurs Holtzer et « Feurstein vous remettront un essai de cette Bierre avec la recette des ingrédiens qu'ils employent à sa « composition.

J'ai l'honneur d'être parfaitement, Monsieur, « Votre très humble et très obeissant, Serviteur signé Necker

Hac autem in epistolâ continebatur sequens ad illustrissimum virum Necker generalem regiorum redituum administratorem supplicatio:

« Monsieur

« Les Srs antoine Holtzer et Feurstein ont l'honneur de vous exposer très respectueusement que par « une suite de ses laborieuses recherches et de beaucoup de dépenses, ils sont parvenus à trouver la composition « d'une Bierre qu'ils se flattent n'avoir point d'egale dans l'univers. Elle a la propriété précieuse d'être aussi « anti-scorbutique, de pouvoir se transporter par mer, passer et repasser la ligne sans le moindre déperisse« ment. A ces avantages, elle joint une commodité très-essentielle, celle de pouvoir être fabriquée à bord « des navires; dans une moyenne chaudiere avec peu de bois et même avec de l'eau de la mer dessalée.

« Les supplians n'anticiperont pas sur vos reflexions, Monsieur, relativement à l'utilité dont ce breuvage « peut être dans les armées de terre, et surtout dans les vaisseaux du Roi. Vous sentirez, Monsieur, qu'un « pareil present fait à l'humanité merite toute protection.

« Dès l'année 1777 les supplians ont obtenu de Mr. De Blair, alors Intendant en Alsace, la per« mission de fabriquer et debiter cette boisson dans toute la Province, sur l'essai qui en fut fait par ses ordres, « sous les yeux des Physiciens de l'Université de Strasbourg qui ont muni les supplians du certificat le « plus honorable pour une Découverte aussi interessante dont ils ont analysé et examiné tous les ingrédiens, « et assisté à tous les procédés.

„ Nous voyons que l'Espagne, la Russie et l'Autriche ne gémissent point sous ce fleau, qui quoique sourd, n'en est pas
„ moins destructeur. On le fera cesser à Paris, quand une Compagnie savante et désinteressée, telle que la faculté
„ pourra voir exécuter les decrets que sa sagesse et son zele lui dicteront. il n'est point nécessaire pour cela, qu'elle
„ ait un plus grand nombre d'Appariteurs, ou qu'ils soient revêtus du pouvoir coactif. il suffiroit d'une loi générale
„ par laquelle tout decret pour le bon ordre et le service du Public, dans les objets de santé, légitimement porté par
„ la faculté, fût remis au Parlement et au Magistrat, pour y être approuvé et executé selon les formes ordi-
„ naires du Royaume. Jamais les circonstances n'ont été plus favorables pour obtenir une pareille loi, autant
„ desirée par tout ce qu'il y a d'honnêtes gens, que par les Medecins. Un jeune Roi s'est voué au salut et au bon
„ heur de son Peuple; son esprit de bienfaisance et d'humanité s'est repandu dans toutes les parties de l'adminis-
„ tration. En attendant que nos voeux soient remplis, sur un objet de cette importance, nous recommandons
„ à la Compagnie le travail de M. Pajon de Moncets. l'auteur nous a paru desirer qu'elle en fut assez
„ contente, pour le faire imprimer à ses frais. Nous laissons, Messieurs, à votre prudence le soin d'estimer
„ s'il ne seroit pas convenable, pour l'encourager à des recherches ultérieures sur notre histoire, de lui accorder
„ cette faveur.

Signés Thierry Medecin Consultant du Roy: Bourru, Borquillon, De Villiers.

Quâ quidem auditâ, reque in deliberationem missâ, placuit Ordini saluberrimo medo dictum libellum,
de Apparitorum nostrorum armis à Mº Pajon de Moncets Collegâ nostro confectum benevolè excipere; an-
nuere ut Magister Pajon titulum suum Doctoris-Regentis in capite sui libelli apponeret; sineret tamen
non potuit, ut sumptibus facultatis typis mandaretur, eo quod saluberrimæ facultatis res in angusto
erant, et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Dein de jure deliberandi quod enixè requirebant novi Doctores actum fuit, reque expositâ et in deliberationem
missâ, placuit Ordini saluberrimo ut novi Doctores jure deliberandi in comitiis facultatis gauderent pro
more antiquo, rem tamen ad alia comitia amplius ut evolveretur esse differendam et sic pro primâ vice
conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Quod quidem Decretum subscripserunt M.M. Thierry, Lezurier, Guillotin; Mariniers.

Tum epistolam sibi à Dº Gillet Medico Trecensi scriptam decanus legit his verbis conceptam:

„ Monsieur

„ Vous connoissez sans doute, une drogue detestable que l'on débite à Paris sous le nom d'eau medicinale du
„ sieur Husson de Sedan. Cette liqueur qui a été employée par ordre du Ministere sur differens malades de
„ l'hotel Royal des Invalides a été jugée dangereuse, et d'après cet examen, eut du être absolument proscritte.
„ J'ignore si depuis ces épreuves l'inventeur de ce purgatif violent, n'a point à prix d'argent obtenu ou de la Com
„ mission ou de la Société Royale de Medecine un Brevet qui lui en permette le débit. quoiqu'il en soit, il s'en
„ vend beaucoup dans la Capitale, et les Provinces commencent à en être infectées. On vient d'en etablir un Bu
„ reau dans cette ville, où il s'en est débité pour plus de trois milles livres depuis six mois. C'est un Moine qui
„ s'est chargé de la vendre et de la porter à tous les malades auxquels il promet une guerison sûre et prompte.
„ Les Medecins se sont occupés d'arrêter ce désordre dans son principe, ils ont dénoncé le debit à la Justice. Mais

« cette denonciation n'a produit aucun effet, parceque le Moine craignant l'animadversion de la Police, s'est asso-
« cié un Medecin perdu de reputation, qu'il a introduit dans les maisons, pour y verser surement le poison
« sous ses auspices.

« Nous nous sommes décidés à assigner le superieur de la maison Religieuse où demeure le moine et avons
« requis contre lui l'execution de l'Edit de 1707. il a fait defaut, et les Juges, sur les conclusions du Procureur
« du Roi, ont rendu une sentence qui lui enjoint par provision, de veiller à ce que ses Religieux ne s'immis-
« cent en aucune maniere de l'exercice de la Medecine.

« Mais on nous menace d'un Mémoire; on lit au coin des rues un certificat donné par le Medecin pré-
« varicateur et fauteur, qui atteste que c'est par ses conseils que le moine a administré le remede, qui se
« charge de tous les homicides qu'il a commis, quoiqu'il soit aisé de prouver que les deux tiers de ceux qui
« en ont fait usage, n'ont jamais vu, n'ont jamais parlé au Medecin; quelques uns même ne le connois-
« soient pas.

« Dans ces circonstances, Monsieur, j'ai été chargé de vous écrire, pour vous prier d'instruire la faculté
« de Paris de ce délit, et en même tems l'engager à nous éclairer sur la marche que nous devons tenir.
« Voici quels seroient les articles sur lesquels nous desirerions qu'Elle daignât nous donner des conseils.

« 1°. La drogue est-elle approuvée soit par la Societé, soit par la Commission de Medecine?

« 2°. En supposant que l'Inventeur ait un brevet, peut-il sans que nous en soyons instruits, et sans la
« participation de la Police établir un Bureau dans cette ville?

« 3°. Son commissionnaire peut-il avoir le droit de visiter des malades, et n'est-il pas astreint par les
« Reglemens à ne donner sa drogue, que d'après l'ordonnance des Medecins?

« 4°. L'association d'un Medecin au commissionnaire autorise-t-elle celui ci à voir des malades?
« à leur prescrire un regime? à faire renvoyer les Medecins ordinaires? &c. &c. &c.

« 5°. Un Medecin qui se charge de donner un remede qu'il ne connoît pas, et qu'il ne peut apprécier
« que par les mauvais succès qu'il a éprouvés, un medecin qui se rend le fauteur du charlatanisme,
« et dit qu'il n'a agi qu'en aveugle jusqu'à ce qu'il eût en sa possession un remede dont il ignore absolu-
« ment la composition, un tel Medecin n'est-il pas reprehensible? n'est-il pas des peines qu'on puisse
« lui infliger, et que des Medecins honnêtes doivent requerir contre lui?

« 6°. enfin le moine etant forcé par son superieur à renoncer à sa commission, est-il permis
« à un Medecin faisant etat pour reprimer le charlatanisme de s'établir le commissionnaire
« d'un charlatan, et de colporter même chez les malades, vus par d'autres Medecins, une drogue dange-
« reuse, inconnue, proscrite d'après des épreuves publiques?

« Nous nous flattons, Monsieur, que vous voudrez bien faire part du contenu en la présente à la faculté
« assemblée, et que ce Corps respectable voudra bien nous honorer de ses conseils. Son zele à poursuivre
« les charlatans, à maintenir l'Etat dans ses droits, son Justice et son intégrité nous sont un sur garant
« que notre démarche sera accueillie.

« J'ai l'honneur d'etre avec une respectueuse consideration

« Monsieur — « Votre très humble et très obeissant serviteur

« à Troyes ce 8 8.bre 1780. — « signé Gillet D.M.M.

Postquam litteras illas audisset saluberrima facultas, in eâ sententiâ fuit illa, ut decanus predicto D.r Gillet rescriberet exoptavisse saluberrimum ordinem ut illius epistola à majori Medicorum Trecensium numero subscripta fuisset, et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie decanus.

quod quidem decretum statim à comitiis decanus executus est, praedictoque D.r Gillet misit. Denique proxime aliud sibi à M.o Deodato Jeanroy Bibliothecario facultatis missas litteras coram facultate legit decanus, quarum tenor hic fuit.

« Monsieur et très honoré Doyen
« Ma gestion etant finie, et devant remettre jeudi prochain les clefs de la Bibliotheque à Monsieur

« Rouxel de Vauzesme à qui j'ai eu l'honneur d'écrire. Je vous envoye le detail des livres que j'ai reçus pendant ma prefecture, les depenses que j'ai faites pour la reliure et le montant de l'argent que j'ai laissé entre les mains de Cruchot, et dont je n'ai pas cru devoir disposer dans la crainte de ne pas remplir les vues de la faculté. Comme il s'est elevé des doutes sur ma gestion, je vous prie de demander à la compagnie, de vouloir bien déliberer sur la maniere dont je rendrai compte. plus j'ai été flatté de la place, que la compagnie a bien voulu m'accorder, plus je dois desirer qu'il ne reste aucun soupçon sur ma conduite que je crois irreprochable.

« Je suis avec respect, Monsieur et très honoré Doyen, Votre tres humble et tres obeissant serviteur

« Le 18. 7[bre] 1780.

« Signé Jeanroy neveu

Auditâ illâ epistolâ censuit ordo saluberrimus nihil respondendum esse M.° Deodato Jeanroy, eo quod nosse debebat ille usus et consuetudines facultatis et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Die Mercurii decimo-octavo mensis ejusdem Octobris, qui Sancto Lucæ orthodoxorum Medicorum Patrono dicatus est, post celebratum in Scholarum sacello sacrum solemne, de rebus ad facultatem pertinentibus actum est statis in Comitiis.

Primùm ambo facultatis Apparitores, massas suas coràm ordine deposuerunt seque in Scholarum vestibulum receperunt.

De Theodoro-petro Cruchot retulit facultati decanus virum illum insigni probitate conspicuum nihil intentatum reliquisse ut facultati non tantùm inserviret, verùm etiam prodesset nec ullis sumptibus perindè ac nullis laboribus pepercisse, ut officiis suis defungeretur. addidit Magister des Essartz Ex-decanus, summam sumptuum à praedicto Apparitore impendendorum superare non mediocriter summam eorum quae à facultate pro talibus conceduntur, ideoque autumare se, debere facultatem aliquid hoc anno praedicti Apparitoris emolumentis superaddere in certam quamdam illius damnorum reparationem.

Re in deliberationem missâ, unanimi consensu placuit ordini saluberrimo ut majori facultatis Apparitori Theodoro-petro Cruchot summam ducentarum argenti libellarum solveret, pro reparandis extra ordinarias illius impensis, expectando dum saluberrima facultas cognovisset quantum sumptus ab Apparitore impendendi tunc sumptus à facultate solvendos superarent, et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Revocatis in Comitia Apparitoribus jussit nomine facultatis decanus ut massas suas resumerent officiis quae suis eâdem quâ priùs sedulitate defungerentur, resumptis que massis suis, praestitoque de more inter decani manus jure jurando, Major Apparitor librum statutorum legit altâ voce coràm omnibus, posteà que ambo Apparitores recesserunt.

Introducti sunt deindè coràm facultate Baccalaurei omnes Licentiam actu sequentes, et tacto Evangeliorum libro, consuetum dixere sacramentum et abiverunt.

Tum de venditione actorum in publicis facultatis Comitiis egit Decanus, postulavitque an consentiret facultas ut cum aliquo Bibliopolâ pretium iniret cui acta illa vendenda committerentur?

Re ergo in deliberationem missâ, dictis collectis que suffragiis, copiam dedit saluberrima facultas decano rei tractandae cum eo quem voluerit Bibliopolâ, modò de confecto negotio certiorem faceret opportuno tempore facultatem et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Cum de jure deliberationis novis Doctoribus restituendo actum est, censuit que ordo saluberrimus observanda esse decreta, usque standum, donec de omnibus illis, in Comitiis facultatis ad ea specialiter convocatis deliberatum fuerit, et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Surrexit posteà M. Borie, qui confecto M.ⁱ Paulet Doctoris non Regentis encomio, Regentiam pro eo à facultate postulavit, Abutis ad meliorem fortunam obvendis.

Re auditâ, cognitâque M.ⁱ Paulet agendi ratione deliberatum est, facultasque saluberrima unanimi consensu Magistrum Joannem Jacobum Paulet Doctorem non Regentem ad actum Regentiae gratis admisit, ità tamen absque Doctoris cujusquam injuriâ, ut decanus curaturus esset tabellam exponi in quâ Doctores qui suam

requisitum esset Sportulam Scripto, per appositum Chirographum Suum testarentur Se illam à Decano accepisse, unde Summa hujus impensi donec temporis facultati declaranda esset, et Sic concluserunt subscripti MM. Dorie, Millin, Leys, Dumangin Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Divi Lucæ postridie habita fuit à Sacro pro requie animarum Collegarum omnium defunctorum in Scholarum Sacello celebrato, Solita comitia.

Primùm accesserunt Pharmacopæi Sub tutelâ magni Præfecti existentes, et præstito Solito jurejurando, abiverunt.

Subscripsit deindè chirographo Suo Decanus, ut fieri Solet, instrumento juridico de chirurgis Parisiensibus, quod de illorum ergà Saluberrimam facultatem officiorum observantiâ testatur.

Tum Surgens Magister Lezurier Sequentem legit Suo et M. Dorigny nomine libellum memorialem de Comitiis Doctrinæ dictis; cui titulus hic fuit:

„ Conclusions remises Sur le Bureau de la faculté de Medecine de Paris par M.rs Dorigny
„ et Lezurier en l'assemblée Solemnelle de la dite faculté le jour de S.t Luc dixhuit
„ octobre mille Sept cens quatrevingt.

„ Messieurs

„ Conformément au Décret de la faculté rendu Sur notre requisition, en l'assemblée du jour de S.t
„ Luc de l'année passée, redigé tellement quellement dans l'assemblée du lendemain après le Service
„ pour les Morts, il eut dû Se tenir très prochainement une autre assemblée pour deliberer defini
„ tivement Sur l'etablissement du Comité de Doctrine et de Correspondance adopté par un Decret du
„ 19 8.bre 1778 Sur la proposition de M. Des Essartz lors doyen qui, puis qu'il Se flattoit de trouver
„ en cet etablissement une puissante ressource pour diminuer les efforts de la Société Royale, n'eut pas
„ dû le faire, cette proposition, Sans en avoir communiqué avec le Comité Secret, établi pour aviser à ce
„ qu'il Seroit plus à propos de faire pour le bien de la Compagnie. M.r Dorigny lui en avoit fait
„ l'observation la veille même du jour de S.t Luc, et il avoit promis de convoquer le comité Secret à
„ Jour très-prochain pour en référer.

„ Les partisans de cet Etablissement, qui ne Sont point encore connus ni avoués par la Compagnie,
„ Suivant nos usages les plus anciens, et les plus Sacrés, ne Se Sont point mis en devoir d'executer le decret de l'année
„ passée. Ils eussent du presenter un plan refflechi de l'etablissement qu'ils croyent utile à la Compagnie. Leur Si-
„ lence donne lieu de penser qu'ils Se Sont penetrés de nos vues, et regardent le projet comme inadmissible pour le
„ present.

„ Comme il Seroit très dangereux pour notre constitution de laisser Subsister le decret du 19. 8.bre 1778, qui entre
„ tiendroit dans le Sein de cette Compagnie un Comité, qui Suivant les vues des Chefs, et Sans aucune appro
„ bation légale du Corps formeroit avec le Gouvernement ou autres, des engagemens d'autant plus difficiles à
„ faire reformer, qu'ils auroient été consentis par un Comité, qui paroitroit avoué par la Compagnie, aux yeux des
„ Ministres qui ignorent absolument notre Constitution.

„ Nous concluons, comme l'an passé 1.° que le Soi disant Comité de doctrine Soit revoqué Sur le champ. 2.° que
„ tant que la Société Royale Subsistera comme elle Subsiste actuellement, la faculté Se contente de tenir exacte
„ ment Ses primâ mensis et engage Ses commissaires de travailler, pour publier Sil Se peut, incessamment
„ un volume des Memoires lus dans Ses assemblées. 3.° que le Comité Secret S'occupe Serieusement de la deffense
„ de la faculté contre la Société Royale, et que M. le Doyen Soit engagé de convoquer le dit Comité Sur la Seule requi-
„ Sition d'un des Membres, parceque c'est aux membres assemblés à juger, S'il est utile de prendre quelque parti
„ Sur l'objet que ce Membre pourroit communiquer au Comité qui a été établi pour qu'un petit nombre de
„ Membres repût par juger des moyens à prendre pour la deffense du corps entier. 4.° qu'il Sera tems d'établir
„ dans la faculté des Bureaux de Correspondance, de doctrine, lorsque, la Société Royale etant detruite, de quelque
„ maniere que ce Soit, la faculté avouée comme de droit, par le Gouvernement, pourra facilement correspondre
„ à toutes les vues bienfaisantes de notre Monarque.

„ Telles Sont les conclusions assumées que nous laissons Sur le Bureau, pour la troisieme fois, et Sur lesquelles
„ nous vous prions de deliberer, protestans de nouveau contre l'etablissement irregulier du Comité de doctrine
„ et de Correspondance formé Suivant le Decret du 19. 8.bre 1778

» Et avons signé à Paris le 18 Octobre 1780. Dorigny, C. A. Lezurier D. M. P.

Audito praecedenti Libello memoriali, reque in deliberationem missâ, aimei[?] habita fuit comitia doctrina dicta, et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus, et cum eo M. M. Nouguez, Millin, Le Roy, Maigret praesenti subscripsere decreto.

Jam verò de reconitione negotiorum ad Licentiam pertinentium actum fuit, aliosque deputatos petivit M. Desbrest Ex-decanus et comitia ad hoc specialiter per juramentum convocanda; simul que de Magistro Lezurier conquestus propter delationem ab illo ad illustrissimum Regiorum Sigillorum Custodem factam, comitia pariter eâ de re per juramentum postulavit, eique postulationi plurimi doctores assensorunt, et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Deniquè surrexit M. Dumangin, librum Statutorum tenens, petiit que à facultate cum juxta articulos XLIV, et XLV Statutorum quos legit, Magistro Chambon novo doctori, cursum anatomicum assignare cupienti per programma publicum, doctoris-Regentis titulum immerito concessisset Decanus, cum thesi quodlibetaria nondùm profuisset praedictus M. Chambon.

Re in deliberationem missâ, censuit saluberrima facultas hae verba novus doctor pro Regente habeatur à Decano ritè intellecta fuisse, et debuisse Decanum novo doctori titulum doctoris-Regentis pro tempore permittere; verùm simul statutum fuit non amplius tribuendum esse doctoris-Regentis titulum novis doctoribus, donec thesi quodlibetaria extra ordinem profuerint, et sic conclusit.

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Cui quidem decreto subscripserunt M. M. Guettard, Le Clerc, Mollan[?], Borquillon. —

Die Lunae trigesimo mensis ejusdem Octobris, convocati sunt per juramentum Doctores Medici omnes in Scholis Superioribus horâ ipsimâ decimâ matutinâ, 1° Decanum de comitiis mox habendis publicis dicentem; 2° clarissimos Examinatores commentariorum et rationum primi anni Decanatûs Magistri Desbrest de iis referentes audituri; 3° de decretis tum circà Decanum, tum circà theses et alios quoscumque Licentiae actus ad Regentiam usque, universim ac sigillatim consideratis, ultimâ deliberatione statuturi.

Hisce in comitiis exposuit facultati Decanus se sibi proposuisse ad mentem dilectissimi fundatoris, à facultate acceptam, comitia publica mox habenda, die tertiâ mensis Novembris proximè futuri habere, verùm id impossibile esse, cum plurimi doctores qui in iis comitiis lecturi erant, non essent sufficienter parati.

Re ergò in deliberationem missâ, de illâ differendum ad alia comitia censuit saluberrima facultas et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie Decanus.

Deinde clarissimi viri qui ad examen commentariorum et rationum primi anni prioris Decanatûs M.ri Joannis-Caroli Desbrest deputati fuerant, modo sequenti retulerunt:

» Hanc nobis curam imposuistis, Decane vigilantissime, Viri Medicinae proceres, ut examinaremus rationes et commentaria primi anni Decanatûs Magistri Desbrest censoris Academiae integerrimi;
» de hoc penso absoluto censum vobis jam retulimus. in praesentiarum satis erit, si in memoriam revocemus acta
» quaelibet, licet numerosissima, seriem, adjuncta, tempora, tum in rationibus computandis, tum in rebus
» gestis enarrandis, nitidè, fideliter et ordinatè digeri, et collocari, adeò ut nihil aequis plaudentibus superfuerit
» desiderandum.

» Non minùs dilucidè exposita assensum vestrum rapient quaecumque gessit non inglorie clarissimus Collega noster Magister De l'Epine per quatuor menses aut circiter, quorum spatio unanimi facultatis consensu, et voto suffectus in locum Decani nostri M. Desbrest quem à muneris Decanatûs avulsum fuisse
» quorumdam nequitiâ, luxerunt omnes probi. Commentata est iniquitas sibi, quoniam conscientia non
» erat testimonium illorum, ut utamur verbis Scripturae Sacrae, de Pilato, et iniquo Judaeorum testimonio.

» Meminisse juvat et decet quo studio, quanam constantiâ, et fortitudine, Nestor noster omni veneratione
» et amore dignus, nec vigiliis, nec labori parcendo, jura nostra tutatus sit, quàm animosè collegarum injuriâ
» vexatorum causam dixerit et innocentiam defenderit. Sed quae praestantissimi viri laudes aggredimur
» eximiis illius dotibus et encomiis personat adhuc Themidis sacrum.

» Statuistis, viri Medici, decreto lato mense Septembri anno 1777, ut erroris, aut parvae fidei (quam deus
» avertat) tollatur omnis suspicio, rationum et commentariorum Examinatores, unicuique et singulae
» paginae chirographum apposituros in posterùm, consilium fuisse, ut conscripta à Decano et propriâ manu
» in diario facultatis rebus omnibus per Magistratum gestis, ea compararentur et conferrentur, quod Galliè

"vocant collationnes, ad mentem statuti novi pensum hoc alterum sustinuimus. quaecumque exscrip-
"ta sunt in Diario, à Magistris Desbrest et de l'Epine cum archetypis chirographo nostro munitis
"comparavimus et contulimus, nihil non in hâc operosâ relatione, nisi fideliter exaratum et accuratè
"facultatis Diario mandatum recognovimus et probavimus. in cujus rei fidem praesens testimonium
"subscripsimus. Signés Leclerc, Millin, Jeanroy, Defrasne, Maurice

"et infra "referebamus coràm facultate die trigesimâ octobris 1780.

Audita praecedenti relatione, huic unanimi consensu adhaesit saluberrima facultas et sic conclusit.

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus

Postulanti Magistro Desbrest diem veneris tertiam mensis novembris proximi ut rationes suas redderet, hanc protinus indixit Decanus.

Cum de novis circà decanum decretis actum est, et statutum nominandos esse illico deputatos qui rursus de illorum decretorum commodo et incommodo judicarent, et facultati referrent; interea obtemperandum esse praedictis decretis, utpote supremi senatus auctoritate confirmatis, et ità conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus

Cui quidem Decreto subscripserunt MM. Lezurier, Leys, Cotton

Simul nominati sunt ad illud negotium deputati MM. Guenet, Guillotin, Lafisse, Solier, Leclerc, Le Tenneur, et MM. Millin, Descemet, Leys, Nizon, Hallé, Jeannet des Longrois qui suffragiorum pluralitate confirmati sunt et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

De caeteris decretis circà theses et alios quoscumque Licentiae actus in eo fuit sententia saluberrimae facultas ut res illa suis pariter ad illam examinandam deputatis iterùm committeretur ut de illorum Decretorum commodo et incommodo coràm facultate referrent quàmprimùm, et nominatus est in locum M.ri Bertrand fato functi, Magister Guenet qui Magistris de l'Epine, Cosnier, Grandclas, Lezurier, d'Arcet, anteà nominatis suffragiorum unanimitate junctus est, et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Huic autem decreto subscripsere MM. Leclerc, Leys, Dumangin, Brunel de Vauzorme.

Die Jovis secundâ mensis Novembris habita fuere consulta de morbis epidemicè grassantibus comitia primâ mensis dicta.

Die autem Veneris tertiâ mensis ejusdem convocati sunt Doctores medici omnes in scholas superiores, horâ tertiâ pomeridianâ rationes primi anni Decanatûs clarissimi Collegae nostri Joannis-Caroli Desbrest ex decani audituri.

Hisce in comitiis tractatis more consueto rebus tractandis, auditis rationibus gratas illas et ratas habuit saluberrima facultas, ac simul quaecumque gessit Magister de l'Epine per tempus omne quo Decani vices egerat et additis omnibus quae in tali decreto addi consueverunt, ut videre est in fine praedictarum rationum à M.ro Desbrest superiùs exscriptarum, et sic conclusit

Thomas Levacher de la Feutrie Decanus.

Die sabbati quartâ mensis ejusdem Novembris convocati sunt Doctores medici omnes in scholas superiores, horâ ipsissimâ decimâ matutinâ, post sacrum, primum Examinatorem unum ad menstrua comitia Deputatum; Deindè Examinatores commentariorum et rationum anni Decanatûs nostri, denique Decanum, Professores, et Bibliothecae Praefectum electuri

Hisce in comitiis gratias egit Ordini saluberrimo Decanus brevi, et quantum potuit eleganti oratione in quâ res facultatis tum intùs tum extùs quales erant exposuit et Magistros per annum mortuos laudavit. Post eum dixerunt ordine quisque suo saluberrimo facultati gratias, è munere decedentes clarissimi Professores et Bibliothecae praefectus; illisque peractis ad nominationem Electorum progressum est.

Agitatis in urnâ more consueto, divisorum in duas partes doctorum actu Regentium Professorum nominibus exiverunt nomina MM. Payon de Moncets, Moreau, ~~Descemet~~ pro majori ordine; et nomina MM. De Villiers et Sigault pro minori. Qui quidem praestito inter Decani manus solito jurejurando, in sacellum abiverunt.

Interea Decanus exposuit facultati nominandum esse Deputatum unum ad menstrua Comitia

in locum Magistri Le Preux ex hoc officio decedentis, in cujus que in illud munus appellavit saluberrima facultas M.um Jolier de la Romillais et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie decanus.

Simul etiam sorte ducti sunt Examinatores commentariorum et rationum anni nostri decanatus MM. Chevalier de la Hamonais, Millin, Sallin ex majori ordine, ex minori vero MM. Des Essartz, Lafisse, Cotton et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie decanus.

Jam vero clarissimi Electores qui in sacellum abierant divinam opem imploraturi et electionem suam absoluturi in comitia rediere, ibique salutatis praesentibus palam pronuntiarunt se in decani munus unanimi consensu prorogavisse M.um Thomam Levacher de la feutrie. Renuit autem prorogatum onus decanus, et postquam summas gratias egit ordini saluberrimo, clarissimis que Electoribus, munus iterum recusavit.

Secesserunt ergo denuo in sacellum clarissimi Electores, indeque mox reduces in decanum appellaverunt ex Majori ordine M.os Bidault, Millin, ex minori vero M. Guillotin. Agitatis in urna more consueto nominibus, appellatus est M. Bidault qui munus renuit. Eo recusante, per acclamationem appellatus est M. Desacet, qui pariter munus oblatum recusavit. Reversi sunt igitur in sacellum clarissimi Electores, et inde redeuntes in comitia Magistris Millin et Guillotin Magistrum Philip addiderunt. Agitatis iterum Doctorum nominatorum nominibus appellatus fuit in Decanum M. Philip qui praestito intra decani munus consueto juramento decanatus insignia a M.o Levacher de la feutrie accepit et sic conclusit

Thomas Levacher de la feutrie decanus.

Statim credita sibi munia suscepit et iniit M. Philip

Obitus Doctorum

Die Martis decimo quarto mensis decembris anni 1779 naturae tributum persolvit Magister Jacobus Barbeu du bourg, et die Mercurii sequenti tumulatus fuit praesente facultate, in Coemeterio Capellae Sancti Symphoriani in conventu Abbatiali Sancti Germani de pratis.

Eidem vero Collegae die sabbati octavo mensis Januarii anni 1780 sacro solemni parentavit in scholarum sacello facultas saluberrima.

Die Lunae vigesimo-quarto mensis ejusdem Januarii fato functus est M. Joannes-Baptista-Michael Bucquet, ac die sequenti corpus ejus depositum fuit, praesente facultate, in Ecclesia Sancti Sulpitii. Ibi vero Decanus, cum animadverterit in commentariis mortuariis relatum fuisse defuncti Collegae titulum quo constabat ipsum, dum viveret, e numero Sociorum Regiae Societatis extitisse, apprehenso calamo scriptorio, titulum hunc cruce annotavit, et in margine Libri haec verba scripsit: Sans approuver ni reconnoitre le titre, quibus chirographum suum inscripsit, similiterque suum antiquior, qui tunc aderat, M. Lucas de Laurembert.

Convocatis Doctoribus medicis omnibus in scholarum sacellum die sabbati quinto mensis februarii, huice Collegae, sacro solemni parentavit ordo saluberrimus.

Die Martis decimo quinto mensis februarii supremum obiit diem M. Joannes-Jacobus Belleteste antiquus facultatis Decanus, hujusque corpus die sequenti praesente et gemente facultate conditum est in Ecclesia Sancti Benedicti.

Huic autem Collegae parentavit ordo saluberrimus sacro solemni in scholarum sacello celebrato, convocatis ibi more consueto cunctis Doctoribus, die sabbati vigesima sexta mensis februarii.

Die Veneris vigesimo-nono mensis septembris mortem occubuit M. Bernardus-Nicolaus Bertrand Pharmaciae Professor designatus et die sabbati sequenti corpus ejus tumulatum fuit, cohonestante funera facultate, in Ecclesia Sancti Joannis in Gravia.

Hujus autem animae parentavit ordo saluberrimus die Sabbati septima mensis octobris, per sacrum solemne in scholarum sacello celebratum ad quod invitati fuerant schedulis consuetis, Doctores Medici universi.

Caput Tertium

Acta in Comitiis Deputatorum Universitatis à die Sabbati sextâ mensis Decembris anni 1779 ad diem Sabbati quartam mensis Cognominis anni 1780.

Die Sexto Novembris anni 1779 habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis in Collegio Ludovici Magni. 1°. Stiterere se duo Supplices, pro Litteris nominationis. 2°. lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta. 3°. ad Solennes Supplicationes indicta est dies tredecima mensis Decembris. 4°. argumentum præmii Eloquentiæ Latinæ anno 1780 Magistris in artibus distribuendi propositum est in hanc sententiam: nobilius est imperium in liberos homines, quàm in Servos, et ità conclusit amplissimus Rector Binet.

Die quartâ Decembris Comitia ordinaria, in quibus 1°. Stiterere se pro litteris nominationis quatuor supplices ex quibus unus pro alio absente. 2°. accessit ad Tribunal M. Petrus Duval Bibliothecarius ac petiit, quoniam libri quibus constat Bibliotheca, sunt inordinatè distributi, eorumque catalogus nondum est ad usum publicum commodè confectus, sibi liceret eamdem publicis usibus nondum permittere, placuitque ejus petitioni annui. 3°. lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta. 4°. legit Medicinæ Decanus unum et alterum ordinis sui decretum diebus 15 Novembris, et 1°. Decembris præsentis latum, quibus Universitati declaratas non licuisse saluberrimæ facultati Studia per ferias interminata redintegrare, solitisque laboribus vacare, donec locus sibi ad officia sua exequenda idoneus assignetur. Audito Syndico placuit 1°. utrumque decretum in Commentarios referri; 2°. dari actum Medicinæ Decano quod scholæ medicæ nunc sileant contra votum et voluntatem facultatis, quæ sua munia lubentissimè, nullâque interpositâ morâ redintegrabit, ubi primùm illi assignatus erit locus ad illa exequenda idoneus. 3°. amplissimum Rectorem, sapientissimos Decanos, et ornatissimos Procuratores, cum Officiariis majoribus Universitatis quamprimùm se conferre ad illustrissimos Regni Administros, ne sinerent silentium Scholarum Medicarum Rei publicæ non minus quàm Academiæ nociturum perseverare diutiùs. 5°. quod ad Rectorem delatæ sunt querelæ de Magistro Scholæ Ribodimontensis: audito Syndico, placuit rogari amplissimum Rectorem ut ad dictum Magistrum accersat, eumque paternè moneat omnem conquerendi ac maledicendi ansam velit tollere, et ità conclusit amplissimus Rector Binet.

Die decimâ tertiâ mensis Decembris supplicationes Universitatis: 1°. in aulâ Tribunalis Academici consessum est ubi 1°. Stiterere se quatuor supplices pro litteris nominationis. 2°. amplissimus Rector dixit curam à Capellanis Academicis, nempè beatæ Mariæ in Ecclesiâ Parochiali S. Andreæ ab arcubus valere post obitum M. Nicolai Louvel doctoris Theologi et Provisoris Harcuriani; recurrere verò vices Constantinæ nationis ad designandum, atque in eâ, Tribûs Insularium.

Indè ad aulam Academicam processum est, ubi omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit Rector in suo trimestri Magistratu, litteras commendatitias decreverunt, et amplum pollicitæ sunt Comitatum ad ædem deo sacram sub invocatione S. Martini in Collegio Sorbonæ-Plessæo, et ità conclusit amplissimus Rector Binet.

Die octavâ mensis Januarii anni 1780 Comitia Deputatorum ordinaria in quibus consederunt M. Binet Rector M.M. Certain, Thomassin, et Levacher de la feutrie Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decani; M.M. Camyer, Brouzé, Decrez et Clair Galliæ, Picardiæ, Normanniæ et Germaniæ Procuratores: M. Guerin Syndicus, M. Fourneau Scriba, et M. Lebel quæstor generalis. 1°. Stiterunt se pro litteris nominationis supplices unicus. 2°. lecta et recognita sunt quæ fuerant in ultimis Comitiis acta et Statuta. 3°. quod M. Petrus Duval electus est in Provisorem Collegii Harcuriani accessit ad Tribunal, ac dixit se munus Bibliothecarii abdicare, et postulavit ut sibi dies indicetur reddendis Bibliothecæ rationibus. placuit 1°. abdicationem accipi, 2°. diem decimam-octavam hujus mensis indici. 4°. M. Lizarde Trecensis supplicavit pro licentiâ aperiendi Pædagogii: nominati sunt autem Picardiæ et Normanniæ Procuratores qui de vitâ ejus, moribus et peritiâ inquirant, et ità conclusit amplissimus Rector.

Die duodecimâ mensis ejusdem, Comitia extraordinaria ritè convocata ad electionem Bibliothecarii loco M. petri Duval Provisoris Harcuriani; in quibus 1°. ex pluralitate suffragiorum,

M. Antonius Maltor Eloquentiæ Professor Emeritus, antiquus Academiæ Rector et Universitatis Probibliothecarius, nominatus et electus est in Bibliothecarium. atque è vestigio per Apparitorem ad Comitia vocatus, solitum sacramentum præstitit inter manus amplissimi Rectoris.

Deindè nominati sunt MM. Furgault, Lhomond, Darragon et Mouchard qui librorum quibus constat Bibliotheca, debet, recognitioni dabunt operam.

3°. quod D. Marchio de Bandol nuntius Juratus petivit Universitatem accedere ad causam quam pendentem habet apud Regis Consistorium de Privilegiis Academicis, placuit M. Drou consiliarium forensem eâ de re consuli.

4°. audita et approbata sunt rationes accepti et expensi ad præmia Academica pertinentis ex quibus compertum est summam de 537.^{tt} 15.^{s} 4.^{d} expensam esse ultra quàm acceptum est, et ita conclusit amplissimus Rector.

Die decimâ octavâ mensis ejusdem comitia extraordinaria ad excipiendas rationes Bibliothecæ.

1°. auditis et approbatis rationibus, compertum est summam de 535.^{tt} 11.^{s} 4.^{d} à M°. Petro Duval in antecessum expensam fuisse, deinque ab ejus successore ipsi restituendam. 2°. quod M. Petrus Duval petiit dari sibi ex tempore accepti rationem puram et simplicem omnium librorum ad Bibliothecam pertinentium: placuit differri donec facta fuerit librorum recognitio. 3°. auditis consultationibus M. Drou consiliarii forensis, pro rebus ad Regis Consistorium pertinentibus, tam de negotio Marchionis de Bandol, tum de lite M. Berard absentis nuntii Jurati pro Episcopatu Lemovicensi, placuit ad utriusque causam accedi, solitis damni infecti conditionibus, et ita conclusit amplissimus Rector.

Die vigesimâ sextâ mensis ejusdem comitia extraordinaria in quibus adfuere MM. Mey, Target, Picard, Consiliarii forenses. 1°. de duabus sedibus quas viris Academicis in consessu Administratorum Collegii Ludovici Magni lex attributas esse voluerat per Litteras patentes datas Versaliis die primâ Julii anni 1769: placuit fieri humillimas supplicationes ne regia auctoritas almæ studiorum parenti interdicat alumnorum suorum bonis, sed jubeat duo ipsi loca restitui in consessu Administratorum illius Collegii ubi omnes minorum Collegiorum alumni congregantur. 2°. de Collegio urbis Turonensis Patribus Oratorianis commisso, quod ipsi postulant cum Universitate Andegavensi aggregari: Auditis consiliariis forensibus, dictum est rem esse gravissimam, ex quâ pendet omnium Academiarum salus; deinque adeundum illustrissimum Regiorum sigillorum custodem, ne quid de illâ aggregatione regiâ auctoritate statuatur, antequàm Parisiensis et Pictaviensis Universitates auditæ fuerint. rescribendum esse ad Rectorem Universitatis Pictaviensis, Parisiensem Academiam Pictaviensi auxilium, opem et operam libentissimè esse præstituram, et ita conclusit amplissimus Rector.

Die mensis ejusdem trigesimâ primâ comitia deputatorum et Adjunctorum ad cereos per urbem deferendos. Stetit Sa pro litteris nominationis unicus supplex. deindè cerei delati sunt Serenissimo Aurelianensium Duci, illustrissimo Archiepiscopo, singulisque supremarum Curiarum Proto-Præsidibus.

Die primâ mensis februarii Universitas Versalias se contulit cereosque obtulit Regi ac Reginæ, illustrissimoque regiorum sigillorum custodi, ibique Rector orationes habuit tersas et elegantes.

Die tertiâ mensis ejusdem horâ septimâ matutinâ, comitia extraordinaria, in quibus, quod vir clarissimus M. Chevreuil nominatus est in Cancellarium Ecclesiæ et Universitatis Parisiensis loco M. Bonaventuræ Thierry fato functi, denique sacramentum in dictæ Ecclesiæ Capitulo præstiturus esset, præsentibus duobus Magistris Universitatis, nominati sunt MM. Certain Theologiæ Decanus et Camyer Galliæ Procurator, qui huic sacramento dicendo intersint et ad proxima comitia referant et ita conclusit Amplissimus Rector.

Die quintâ mensis ejusdem comitia Deputatorum ordinaria: 1°. stitere se pro litteris nominationis supplices quinque. 2°. lecta sunt et recognita quæ fuerant in superioribus comitiis acta et statuta. 3°. facta est potestas M°. Lizaide aperiendi Pædagogii sub nomine et clientelâ Universitatis, modò tamen Litteras Cantoris deponat. 4°. lectum est decretum saluberrimæ facultatis de instauratione scholarum et exercitationum Medicarum, illudque in Commentarios placuit referri. 5°. ad Capellaniam vacantem per obitum M. Louvel nominatus est M. Carolus Oneill à Tribu Insularium in Constantinâ natione designatus. 6°. M. Camyer protestatus est contra suffragium à consiliariis forensibus dictum

in superioribus Comitiis actumque petiit suæ protestationis, qui quidem ei concessus est, ut visum fuerit eâ de re consulendos esse Ordines Academicos. 7º indicta est dies martis proximè futuri decimâ quartâ ad sacras supplicationes. 8º retulit amplissimus Rector Andegavensem Universitatem cum Pictaviensi consentire in rejiciendâ aggregatione Collegii Turonensis. 9º subscripta est tabula virorum Academicorum qui tributum viritim impertitum solvant. 10º retulit M. Camyer de sacramento quod novus Ecclesiæ et Universitatis Cancellarius præstitit in Capitulo dictæ Ecclesiæ; cumque minus honorifice, ut ipsi visum est, excepti fuerint duo Magistri ab Universitate deputati, placuit ejus relationem in commentarios referri, et ita conclusit amplissimus Rector.

Die vigesimâ ~~secundâ~~ mensis ejusdem, horâ Septimâ matutinâ, feriâ tertiâ secundæ quadragesimalis hebdomadis, comitia generalia ad aperiendum rotulum. 1º placuit aperiri rotulum more majorum. 2º novus Decato Maria Capellanus ad sacramentum admissus est.

Deinde ad aulam Tribunalis Academici itum est, ubi 1º quod Bituricensis Academia ad amplissimum Rectorem misit duas conclusiones, quibus Seminarii Æduensis aggregationem repudiat: dictum est hortandum esse ut in suâ repudiatione perseveret, eamque à Parisiensi adjectam iri, si opus fuerit. 2º dictum est a Viro clarissimo M. De la Riviere antiquo Gallicanæ Nationis quæstore, legatos fuisse libros græcâ et Hæbraicâ linguâ conscriptos, sed eos ex urbe Hanoniacâ esse transferendos: placuit sumptibus Universitatis transferri, et sic conclusit Rector amplissimus.

Die ~~quarto~~ mensis Martii ejusdem anni, Comitia Deputatorum ordinaria. 1º stiterunt se undecim supplices pro litteris nominationis. 2º lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in comitiis acta et statuta. 3º quod ab illustrissimo Procuratore Catholico Rectori traditus est libellus memorialis quo unum è Collegiis Academicis Versalias transferri proponitur: placuit eâ de re Ordines Academicos consuli, et ita conclusit amplissimus Rector.

Die decimâ quartâ mensis ejusdem supplicationes Universitatis: 1º stiterunt se quatuor supplices pro litteris nominationis. 2º lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta. 3º Procurator Galliæ dixit honorandam Nationem inter manus quæstoris restituisse summam sex millium librarum quam Nationi Universitas mutuam dederat, sed ab omni usurâ immunem.

Omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit Rector; Litteras commendatitias illi decreverunt, amplumque polliciti sunt comitatum ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Severini.

Die primâ mensis Aprilis ejusdem anni, comitia ordinaria, in quibus primum adfuit novus Normaniæ Procurator M. Clement. MM. Le Bel et Girault tenuere locum Syndici et Scribæ absentium.

1º stitit se supplex unus pro litteris nominationis jure nobilitatis ex utroque genere et triennis in Juridicâ facultate confecti. 2º stiterunt se quatuor alii supplices jure magisterii artium et quinquennii. 3º lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta. 4º placuit rogari Decanos et Procuratores, ut ad comitia die 20 hujus mensis extra ordinem habenda afferant ordinum suorum sententias de Collegio Academico Versalias transferendo. 5º placuit summam quinquaginta millium librarum in ærario reconditam ad quæstorem generalem Ordinum Britannicorum Universitatis nomine deferri, ipsis credendam sub annuâ pensione quæ ex legibus licita est, et ita conclusit Rector amplissimus.

Die quartâ mensis ejusdem Synodus Academica, horâ Septimâ matutinâ: 1º appellatis Pastoribus et Capellanis, placuit laudari præsentes, excusari absentes, qui absentiæ causam attulerunt, cæteros mulctari. 2º lecta et recognita sunt quæ fuerant die primâ mensis acta et statuta. 3º ex ærario depromptâ est summa quinquaginta millium librarum ad Ordines Britannicos deferenda.

Die vigesimâ ~~nonâ~~ mensis ejusdem comitia extraordinaria de Collegio Versalias transferendo.

Singuli Deputati ordinum suorum retulere sententias quarum summa fuit: libellum memorialem Universitatis nomine esse conficiendum, quo ostenderetur translationem hanc nec Versaliis, nec Universitati esse profuturam, eumque ad illustrissimum Procuratorem catholicum esse deferendum postquàm ab ordinibus approbatus erit, et ita conclusit Rector amplissimus.

Die sextâ mensis Maii ejusdem anni Comitia ordinaria. 1º stiterunt se quatuor supplices pro litteris nominationis. 2º pro M. De la Coge Diœcesis Montalbanensis Vicario generali, Doctore Theologo absente, supplicavit M. Bar Baccalaureus Theologus, ita postulante illustrissimo Montalbanensi

Episcopo. 3°. lecta sunt et recognita quæ fuerant in ultimis comitiis acta et statuta, et sic conclusit Rector amplissimus.

Die tertiâ Junii ejusdem anni comitia ordinaria: 1° stitere se duo supplices pro litteris nominationis. 2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus comitiis acta et statuta. 3°. oblatum Bibliothecæ exemplar libri cui titulus Euripidis tragœdiæ quatuor à Richardo-Francisco Brunck placuit accipi. 4°. placuit prudentiæ Bibliothecarii et quæstoris permitti quasdam reparationes in Bibliotheca faciendas et ita conclusit amplissimus Rector.

Die decimâ-nonâ mensis ejusdem supplicationes Universitatis. 1° stitit se supplex unus pro litteris nominationis. In aulâ deinde Academicâ Decani de more rata et grata habuerunt quæ gessit amplissimus Rector de consilio Decanorum, eique litteras commendatitias decreverunt, at de iisdem orta est controversia inter Procuratores. conclusit Rector: rata et grata habetis quæ gessimus, et comitatum probetis ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Joannis in Graviâ et ita vobiscum concludo.

Die primâ mensis Julii anni ejusdem comitia ordinaria: 1° stitere se duo supplices pro litteris nominationis. 2°. lecta et recognita sunt quæ in ultimis comitiis acta fuerant et statuta. 3°. de opere è Græco idiomate in Gallicum converso, cui titulus dialogues des morts de Lucien nominati sunt MM. Meltor, Herivaux, Darreyon qui opus expendant. 4°. quod vacante Probibliothecarii munere, habita sunt Deputatorum Præclaræ artium facultatis comitia ad eligendum Probibliothecarium, in quibus bipartitis suffragiis Rectorem inter et M. Royou, Rector munus vacans sibi adjudicavit, unde in dictâ facultate ingens tumultus exortus est, quodque supremus Senatus arrestum dedit quo vetat ne de electione Rectoris deliberetur, donec aliter provisum fuerit. Placuit Rectorem rogari, ut assumptis secum comitibus officiariis Universitatis, adeat illustrissimum Senatûs Principem, ab eoque enixè postulet, ut controversia de munere Probibliothecarii quamprimum definiatur et sua eligendi Rectorem libertas artium facultati restituatur, et sic conclusit Rector amplissimus.

Diè quintâ mensis Augusti ejusdem anni, comitia ordinaria Deputatorum. 1° stitere se septuaginta et tres pro litteris nominationis supplices. 2°. lecta et recognita sunt quæ fuerunt in superioribus comitiis acta et statuta. 3°. quod Medicinæ Decanus, ex decreto lato die octavâ Julii petiit ut sibi communicetur arrestum supremi Senatûs, quo Rectoris inhibetur electio, et ad eamdem postulationem accessit Juricum Decanus. placuit primò decretum saluberrimi ordinis inscribi; 2°. utrique Decano dari communicationem quam postulant. 4°. auditâ relatione Deputatorum de opere cui titulus Dialogues de Lucien dictum est illud fore Juventuti commodum et utile, atque sic Rector amplissimus conclusit.

Die septimâ mensis ejusdem congregata est Universitas in Sorbonâ ad solemnem Præmiorum distributionem, omniaque ibi solito more peracta sunt.

Die mensis ejusdem duodecimo, comitia Deputatorum et Adjunctorum ad excipiendas rationes accepti à quæstore et expensi per annum 1779; ex quibus compertum est superesse Universitati summam de 13766[lt] 19[s] quam placuit intra manus quæstoris relinqui, et sic conclusit amplissimus Rector.

Die vigesimâ sextâ mensis ejusdem comitia in antecessum. 1° stitere se quatuor supplices pro litteris nominationis. 2°. lecta et recognita sunt quæ fuerunt in superioribus comitiis acta et statuta. 3°. ad diem quintam Octobris indictæ sunt supplicationes Universitatis. 4°. de duobus Pædagogis Academicis deliberatum est, quorum unus postremis in comitiis litteras petiit et in præsentibus obtinuit, alter ante decem annos petiverat, sed sibi expediri neglexit.

Die quintâ mensis Octobris ejusdem anni supplicationes Universitatis. 1° stitere se duo supplices pro litteris nominationis. 2°. stitere se pariter ad sacramentum unus è Pædagogis, alter è Librariis. 3°. omnes ordines rata et grata habuere quæ gessit amplissimus Rector et comitatum polliciti sunt ritè processuro ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Mederici. exorta est tamen controversia tum quòd Galliæ Procurator Magistrum Binet non compellaverit Rector amplissime, sed Domine Prorector, tum quòd addiderit, quæ gessit de consilio Procuratorum.

Die septimâ mensis ejusdem ordinaria Deputatorum comitia. 1° stitere se duo supplices pro litteris nominationis. 2°. lecta sunt et recognita quæ superioribus in comitiis acta sunt et statuta, tum die vigesimâ sextâ Augusti, tum die quintâ Octobris. 3°. quod M. Camyer Galliæ Procurator in comitiis supplicationis inusitatâ formulâ usus fuerit, appellando Rectorem Domine Prorector, et addendo quæ gessit de

comitio Procuratorum: adversus formulam novam reclamarunt tum Decani, tum Procuratores, et reclamationis suæ actus postularunt quos concessit amplissimus Rector. 2°. de opere cui titulus: Chef d'oeuvre d'Eloquence nominatæ Sunt Picardiæ et Normanniæ Procuratores qui opus expendant. 3°. quod Vir clarissimus M. Brunck ad Bibliothecam Academicam misit novum opus cui titulus est: Apollonii Rhodii Argonautica. Placuit illud accipi, cum summâ grati animi Significatione, idque ab amplissimo Rectore scribi ad virum doctissimum de re litterariâ præclare meritum, et ita conclusit amplissimus Rector.

Caput quartum

Acta apud Chirurgos Parisienses à die Sextâ mensis Novembris anni 1779 ad diem quartam mensis cognominis anni 1780.

Die Veneris vigesimâ octavâ mensis Julii anni 1780, Decanus et Magistri Bosquillon, Goubelly, hic loco M. Bourru chirurgiæ gallico idiomate Professoris, absentis, ad Collegium Chirurgorum se contulerunt, ibique more consueto interrogarunt dictum Philibertum L'Héritier propugnantem pro Magisterii Laureâ dissertationem Anatomico-chirurgicam de præstantiâ ligaturæ ad compescendam hæmorrhagiam vulneratis majoribus Arteriarum vasis, qui quidem probatus et admissus, publicum cooptationis suæ ad chirurgorum Collegium instrumentum postridie intra manus Decani deposuit.

Die Sabbati quintâ mensis Augusti ejusdem anni, Decanus et MM. Bourru, Bosquillon Chirurgiæ Professores, ad chirurgorum Parisiensium ædes se contulerunt, ibique pro more interrogaverunt dictum Joannem-Abraham Auvity respondentem de periculo Causticorum in curandis Herniis pro actu publico et Magisterii Laureâ. qui quidem probatus et admissus publicum cooptationis suæ instrumentum paucis abhinc diebus decano tradidit.

Die Martis vigesimâ quintâ et die Jovis sequenti, mensis Aprilis vigesimâ septimâ, interrogatus fuit pro exercendâ artis Dentariæ licentiâ dictus Loquin et admissus est.

Diebus Martis vigesimo, et Jovis vigesimo secundo mensis Junii interrogatus et admissus fuit ad eamdem artem exercendam dictus Dessaux.

Die Jovis quinto, et Sabbati Septimo mensis Octobris ejusdem anni probatus fuit et ad eamdem artem exercendam admissus dictus Girard.

Die Sabbati quarto mensis Decembris anni 1779 ad artem obstetriciam exercendam admissa est dicta Desforce

Die Sabbati decimo-octavo mensis ejusdem ad eamdem artem admissa fuit Domina Nivet

Die Veneris vigesimo quarto mensis ejusdem ad eamdem artem admissa fuit Domina Lacroix.

Die Sabbati octavo mensis Januarii anni 1780, admissa fuit ad eamdem artem Domina Feuilleret.

Die Jovis vigesimo-quarto mensis februarii ejusdem anni ad eamdem artem admissa est dicta François.

Die Sabbati vigesimo-secundo mensis Aprilis ejusdem anni ad parem evecta est conditionem vidua Laubry.

Die lunæ decimo-sexto mensis Octobris ejusdem anni eidem arti addicta fuit Domina Ruelle.

Die Mercurii decimo-octavo mensis ejusdem ad eamdem artem admissa est Domina Bertin.

Die Sabbati vigesimo-primo mensis ejusdem, ad eamdem artem admissa est Domina Foucaud.

Die Martis vigesimo sexto mensis Septembris ejusdem anni ad eamdem artem admissa fuit dicta La Rivière.

Caput quintum

Pro Pharmaciæ cursu Dº Liège Pharmacopæo Parisiensi qui operationes pharmaceuticas peregit viginti libras	20	"	"
Pro impensis illius cursûs libras viginti quatuor	24	"	"
Mº. Andry matronas docenti anatomiam et artem obstetriciam centum libras	100	"	"
Pro impensis cursuum illorum centum et quindecim libras, cum duobus assibus	115	2	"
Pro ultimo chemiæ cursu à Mº Bucquet confecto solvit Decanus Viduæ quidem illius quingentas et novemdecim libras cum assibus quindecim, et Theodoro-petro Cruchot pro impensis illius cursûs ducentas et octodecim libras cum uno asse, unde exsurgit summa septingentarum et triginta septem librarum cum sexdecim assib.	737	16	"

Articulus 5.us

	lt	s	d
Pro jure Assistentiæ solvit Decanus antiquiori quidem Magistro et Decano singulis quatuor libras, unde nascitur summa octo librarum	8	"	"
Magistris Vicq d'Azyr, Pourfour du Petit, Dessessartz, Borguillon, Bourru, Philip Professoribus, singulis duas libras unde nascitur summa duodecim librarum	12	"	"

Articulus 6.us

	lt	s	d
In gratiam eius qui premium Licentiæ consecutus erat, solvit Decanus Theodoro-petro Cruchot, juxta illius libellum memorialem 1.º in quæstione Pathologicâ, unam et sexaginta libras cum decem assibus	61	10	"
2.º pro solutione eorum quæ dicta die Lucæ solvuntur decem libras et asses octo	10	8	"
3.º clarissimis Examinatoribus ad examen Practicum deputatis, et pro iis quæ in Paranymphorum solemnitate solvuntur nonaginta sex libras ~~sexque asses~~	96	"	"
4.º pro impensis Vesperiarum et Doctoratûs centum et octo libras asses q. quatuor	108	4	"
In concursu anno 1780 confecto, quatuor Examinatoribus singulis solvit Decanus triginta calculos argenteos, Decem novem sexagintas pro quibus numerabitur summa trecentarum et quindecim librarum	315	"	"
Apparitoribus facultatis debitos pro toti actu singulis duodecim libras unde summa exsurgit viginti quatuor librarum	24	"	"

Articulus 7.us

	lt	s	d
Dº Landais Medicinæ Doctori qui premium retulit propter enodatum præ cæteris optimè propositam à saluberrima facultate argumentum trecentas libras	300	"	"
Theodoro-Petro Cruchot pro aulæorum usu in variis cærimoniis septuaginta quinque libras	75	"	"

Articulus 8.us

	lt	s	d
Pro impensis ad facultatis comitia, scholas inferiores, ædificiaque pertinentibus, solvit Decanus Theodoro-petro Cruchot pro foco per annum accensis ducentas et sexaginta quinque libras cum decem assibus	265	10	"
Dº Quillau facultatis Typographo, juxtà illius libellum memorialem, septingentas et quadraginta octo libras supra duo millia	2748	"	"
Viduæ de la Lande pro affixis per totum annum programmatibus et aliis quibuslibet affigendis centum et viginti libras per quatuordecim quittancias	120	"	"
Dicto Nourry tegulorum reparatori ducentas et viginti libras juxta libellum ejus memorialem reductum	220	"	"
Dicto Le Noble Plumbario centum et sexaginta sex libras	166	"	"

somma hujus paginae est de cinq mille sept cent quarante deux livres dix sols.

	lb	s	d
Dicto Bajot tabulignario libras viginti septem	27	"	"
Dicto Lebegue vitriario centum et triginta sex libras	136	"	"
Dicto Lomet horologiorum artifici duodecim libras	12	"	"
Dicto Crudon cerario centum et septuaginta sex libras cum septemdecim assibus	176	17	"
Dicto Huet sexdecim libras cum tribus assibus	16	3	"

Articulus 9.us

	lb	s	d
Pro impensis extra-ordinariis ad negotia facultatis pertinentibus solvit Decanus 1.° pro auxilio Patronorum forensium sexaginta libras	60	"	"
2.° pro manuscriptione ducentorum et quinquaginta libellorum memorialium supremis Judicibus singulisque Magistratibus destinatorum quingentas supra mille libras	1500	"	"
3.° pro rhedis vectoriis per annum conductis sexcentas et nonaginta sex libras cum assibus duodecim Theodoro petro Bruchot juxta libellum ejus memorialem	696	12	"
4.° Theodoro Petro Bruchot, pro manuscriptione libellorum memorialium cum circa cemeterium SS. Innocentium, tam circa responsa quaedam illustrissimo regiorum sigillorum custodi referenda septuaginta libras	70	"	"
5.° pro librorum concinnatori artifici propter quinquaginta libellos memoriales consutos et folio papiraceo picto obvestitos duodecim libras cum decem assibus	12	10	"
6.° Pro distributione libellorum memorialium contra Pharmacopaeos Parisienses Magistratibus simul, et pro doctorum Decanum comitantium prandio quinquaginta quatuor libras cum decem assibus	54	10	"
5.° pro strenis Janitoribus Helveticis et aliis famulis apud illustrissimos Magistratus, Judices et alios centum et nonaginta duas libras	192	"	"
6.° pro togis latis ac relatis diversorum facultatis deputatorum tres libras	3	"	"
7.° D.° Louault facultatis apud supremum Senatum Procuratori quadringentas et octoginta libras juxta duas quittancias	480	"	"

Articulus 10.us

	lb	s	d
Pro diversis impensis Theodoro petro Bruchot juxta libellum ejus memorialem solvit decanus 1.° propter feminam Bouchot cui facultas ex dono concesserat, viginti quatuor lib.	24	"	"
2.° pro duobus marginibus ex ligno aurato confectis ad continendam M. de l'Epine depictam effigiem novem libras cum octo assibus	9	8	"
3.° pro diversis fasciculis acceptis aut missis quinquaginta quatuor libras cum septem assib.	54	7	"
4.° M.^r De la Planche pro impensis ab illo in examine vaporum mephiticorum jussu facultatis explorandorum unam et triginta libras	31	"	"
5.° pro apographo uno testamentorum M.M. Maloin et Vane quindecim libras	15	"	"

Articulus 11.us

	lb	s	d
Mr de Gevigland pro sex mensibus reditus illius à facultate solvendi ducentas lib.	200	"	"
Vidua M. Paris pro illius annua pensione trecentas libras	300	"	"
Vidua M. Vieillard pro illius annua pensione quadringentas libras	400	"	"
Vidua M. Dienert pro illius annua pensione quadringentas libras	400	"	"
Vidua M. Pathiot pro illius annua pensione quadringentas libras	400	"	"
Pro tributo annuo pauperibus destinato tredecim asses	"	13	"
Pro tributo ab apparitoribus capitatim solvendo quadraginta tres lib. et asses octo	43	8	"

Articulus ultimus.

	lb	s	d
In viginti tribus comitiis prima mensis dictis, distributi fuere quadringenti et octoginta sex calculi pro quibus numerabitur summa octingentarum et quinquaginta librarum cum decem assibus	850	10	"
Duodecim examinatoribus libellorum memorialium ad praemia contendentium singulis septem, decano vero quatuordecim calculi argentei distributi sunt: hinc numerabitur summa centum et septuaginta unius librarum, cum decem assibus	171	10	"

Articulus omissus in articulo 8.°

	lb	s	d
Mr Descemet Materiae Medicae Professori solvit Decanus ex aerario facultatis nonaginta libras	90	"	"

Summa hujus paginae est de six mille quatre cent vingt six livres huit sols

Eidem ex orario Universitatis ducentas libras	200	"	"
Eidem ex orario Regio trecentas libras	300	"	"

Summa huius paginæ est de cinq cent Livres

Summa totius expensi est de dix neuf mille cent soixante dix neuf livres treize sols Summa totius accepti est de dix sept mille cent quatre vingt quatorze livres quatorze sols, ideoque summa totius expensi superat summam totius accepti de dix neuf cent quatre vingt quatorze livres dix neuf sols

2 Aout 1783 Anno Domini Millesimo septingentesimo octogesimo tertio, Die vero Sabbati Secundâ mensis augusti, horâ post meridiem tertiâ, saluberrima facultas parisiensis convocata ut audiret rationes decanatus Magistri Thomæ levacher de la feutrie a Die Sabbati sextâ mensis novembris anni 1779 ad diem Sabbati quartam mensis novembris 1780, ratas et gratas habet unanimi consensu rationes numeratas supra scriptas, ei gratias agit pro rebus facultatis bene gestis et solitum concedit honorarium centum et quinquaginta Libellarum, majori apparitori concedit quinquaginta libellas, minori vero viginti quinque, decrevit insuper singulis Doctoribus præsentibus aulicis et causariis distribuendos esse duos calculos argenteos, decano et antiquiori magistro quatuor, unicuique Bidello unum, agnoscit que dicto Magistro

Ratification le 2 Aout 1783 des Comptes du 6 nov. 1779 à 1780 (Cf. p. 350 ci-dessus)

Le vacher dela feutrie debet summam de dix neuf cent quatre vingt quatorze livres, dix neuf sols, a Magistro Josepho Philip decano persolvendam et sic conclusi.

Philip decanus et academiae censor.

Levacher delafeutrie L. De Lauremberge pour pour du Petit Decanus
Desgeliger Millin Defrasne Chevalier
Nollant Lassonneux gentil
Majault Borgnillon Robert Sallot et pro dom. Langlois
Thiery Merthey ... Leclerc Sohier
Jumelin Morisot Deslandes Darcé Despatureaux
Mahon et pro D. Porigui aegrotante
Cotton pro me et pro D. Le vacher aegrotante Leys.
pro me et D. ...
... Pajon Dezean
Guilbert
Montabourg Dumé.
Coutavoz Petit Radel
pro me et D. Baumangin
Desbrisards
Baget pro me et Dno Vachier Lezurier
Delevi Philip decanus.
Descemet De Wenzel pro me et magistro costel
Allaume
Fumée Jullienne Corhu Morand
Dunglée Coqueureau
Des bois de Rochefort
Boyrot d'yorcheis Boulet ...
Guenet Geoffroy Thiery Le Moine
pro Dno Vachier Baget Thierry de Bussy
pro me et domino dela breuille
... du Gevigland Dupornais Trullier
Thiery Bercher
Pajon de Moncets et pro Corvisart Lavaux Gervaise
Domino Bernard aegroto Navier marinier Mauduyt
Simonnet Cosnier Guildans de Montaigu

Dî meliora!

Incipit
Commentarius Rerum facultatis Medicinæ parisiensis,
Cum tabulis accepti et expensi,
a die sabbati quartâ mensis novembris anni 1780 ad diem sabbati tertiam mensis novembris anni 1781
Magistro Josepho Philip Decano.

Anno Domini 1780 die sabbati quartâ novembris, convocati sunt, a Magistro Thomâ levacher dela feutrie Decano, — Doctores Medici omnes in scholas superiores, horâ decimâ — matutinâ, post sacrum, Decanum, professores et Examinatorem menstruorum comitiorum prima mensis dictorum, electuri.

his in comitiis, postquam Decanus et professores è magistratu decedentes suas facultati retulerunt gratias, et administrationis suæ rationes reddiderunt, sorte ducti sunt electores, more solito, ex majori quidem ordine MM. petrus-abrahamus pajon de Moncets, petrus-josephus Morisot-deslandes et Joannes Descemet; ex minori verò ordine MM. jacobus-franciscus de Villiers, et joannes-Renatus sigault, qui quinque Electores, solito — jurejurando adstricti, secesserunt in sacellum. Statim reduces, primò M. Levacher dela feutrie Decani munus prorogandum unanimi voto postularunt. quo Enixè deprecante, appellati sunt deinde MM. Millin et philip ex majori ordine, M. Guillotin ex minori. porrò M. philip, sorte innuente, ad Decanatûs gradum evectus est et solito prestito juramento devinctus intra manus M. Thomæ levacher de la feutrie e Decanatu decedentis, ab eo Decanatûs insignia, non sine tremulâ cordis agitatione, recepit.

Philip Decanus

Deinde quinque electores in sacellum secesserunt, moxque reversi retulerunt se elegisse, in scholarum professorem, e majori ordine, M. claudium-franciscum Grandclas, e minori verò M.M. Joannem Baptistam Langlois et Joannem augustinum Coutavoz. Decani nuper electi manu sorte ductus est Magister Langlois: in Chirurgiæ latino idiomate professorem, e majori ordine M. Joannem-franciscum-Clementem Morand, e minori M. Thomam Le Tenneur et M. claudium franciscum Duchanoy. Sorte electus est M. Morand: in professorem Chirurgiæ gallico idiomate e majori ordine M. josephum-ignatium Guillotin, e minori verò Magistrum Theobaldum Nizon et M. joannem Baptistam Baigneres. Sors favit M.o nizon: in professorem pharmaciæ electi sunt e majori ordine M.M. Cosma-augustinus Lezurier et Joannes Baptista-alexander Maigret, e minori verò M. joannes-Baptista-Eugenia Dumangin, quem pharmaciæ professorem acclamavit saluberrimus Ordo: in rei herbariæ professorem e majori Ordine electi sunt M. edmundus Claudius Bourru, e minori verò M.M. Eduardus-franciscus-maria Bosquillon et henricus-Joannes Bagot. Sorte ductus est M. Bosquillon. postea domini electores ad comitia prima mensis dicta deputatum elegerunt Magistrum Benjaminum-Michaelem Solier de la Romillais. demùm Domini electores appellaverunt in censorem Academiæ Magistrum Thomam le vacher de la feutrie exdecanum, sicque de istis electionibus cum universo Ordine conclusi.

Philip Decanus

Singuli deinde professores solito et præscripto juramento intra decani manus sese obstrinxerunt, excepto magistro Nizon.

Vide comitia diei 17.a februarii 1781.

Quæstiones quodlibetariæ

Die 16 novembris 1780, M. joannes-jacobus Paulet extra ordinem disputavit de quodlibetariâ quæstione, respondente Baccalaureo M. petro pujo parisino. fuit autem quæstio talis affirmativè conclusa,

An perspirationi et sudori ceteræ excretiones vicariæ?

respondentis Baccalaurei probata fuere responsa.

Eodem die, circa horam undecimam, Major facultatis apparitor, ut moris est, quædam decreta ad Scholarum inferiorum disciplinam pertinentia recitavit. tum et altâ voce proclamavit nomina et cognomina Magistrorum in Saluberrimâ facultate parisiensi actu Regentium, anno 1780. Scilicet

Magistri

Guillelmus-josephus de L'Epine, parisinus, antiquior Scholæ Magister, antiquus facultatis Decanus.

Raymundus de la Riviere, parisinus.

Antonius Casamajor, Benearnensis, Censor Regius.

Ludovicus-Maria Pousse, parisinus, Eques et Censor Regius.

hyacinthus-theodorus Baron, parisinus, antiquus facultatis Decanus, nec non Castrorum regis et exercituum in germaniâ et in italiâ protomedicus.

franciscus-felicitas Cochu, san-germanus parisiensis.

Claudius-carolus Dejean, parisinus

Gaspardus Cochon du puy, rupifortensis, Regii Ordinis Eques, Regis Consiliarius et in arce maritimâ Rupifortensi anatomes et Chirurgiæ professor Regius.

Michael-josephus Majault, Duacenus, antiquus regis Exercituum in germaniâ Medicus.

Michael-philippus Bouvart, Carnutæus, Regii Ordinis Eques, Regiæ Scientiarum academiæ socius, Censor Regius.

Laurentius ferret, parisinus, Ecclesiæ Cameracensis Canonicus.

Exuperius-josephus Bertin, Rhedonensis, Supremi valachiæ et moldaviæ principis medicus, antiquus Regis Castrorum et Exercituum Medicus primarius, nec non è Regiâ Scientiarum academiâ.

Ludovicus-Guillelmus Le Monnier, parisinus, Consiliarius Medicus Regis ordinarius primarius, Regiarum parisiensis, Londinensis, ac Berolinensis academiarum socius et in horto Regio Botanices professor ac demonstrator.

Benjaminus-Ludovicus Lucas de Laurembert, Laudunensis.

Petrus Bercher, parisinus, antiquus facultatis Decanus, Regiæ hispaniarum Infantis, dum viveret, nec non Regii exercitus ad infimum Rhenum in ultimo bello medicus primarius.

Julianus Busson, dinannæus, nosocomiorum Regiorum in Britanniâ inspector, et serenissimæ atrebatum Comitissæ Medicus primarius honorarius.

Magistri

Josephus-maria-franciscus Lassone, Carpentoracensis, eques Regis in sacro consistorio consiliarius, Regis ab omnibus consiliis, — Archiatrorum Comes designatus, serenissimæ Reginæ Medicus primarius, è Regiâ scientiarum academiâ, universitatis medicinæ Monspeliensis Doctor aggregatus et honorarius, Regius librorum censor.

Petrus-josephus Macquer, parisinus, Regiæ scientiarum Academiæ socius, in horto Regio Chemiæ professor et censor Regius.

Petrus de Lalouette, parisinus, Regii ordinis Eques.

Natalis-Maria de Gevigland, parisinus, Regiorum in germaniâ Ducum et militum nosocomiorum nuper medicus.

Joannes-Stephanus Guettard, senonensis, Regiarum academiarum parisiensis, Rupellensis, florentinæ et stokolmiensis socius, censor Regius et historiæ naturalis musæi serenissimi Ducis Aurelianensium custos.

Carolus-Ludovicus Liger, altissiodoræus, consiliarius Medicus Regis ordinarius in urbe et comitatu altissiodorensi.

franciscus Bernard, abrincensis.

petrus Chevalier delahamonais, Rhedonæus, Eques, Regi a consiliis et secretis.

petrus Poissonnier, Divionæus, eques, Regis in sacro consistorio consiliarius, Regi a consiliis medicis, in Regiis arcibus maritimis et Coloniis totius medicinæ præfectus, è Regiâ scientiarum academiâ parisiensi, nec non Brestensis, Divionensis, Londinensis, Matritensis, Stokolmiensis et petropolitanæ socius, professor et censor Regius.

Joannes-Claudius Munier, Laudunensis, invalidorum Ducum ac militum Medicus honorarius.

franciscus Bidault, parisinus.

paschasius Borie, palensis.

Stephanus Pourfour du petit, parisinus.

Antonius petit, aurelianus, in horto Regio anatomes et chirurgiæ professor, è Regiâ scientiarum academiâ, et militarium Regni nosocomiorum inspector.

Ludovicus-Gabriel Dupré, Remensis, serenissimi principis Condæi consiliarius medicus.

Bartholomæus-Tussanus Le clerc, Rothomagensis, consiliarius — medicus Regis ordinarius in ejus Castelleto.

Dionysius-Claudius Doulcet, parisinus.

Magistri

Natalis-Andreas-Joannes-Baptista Chesneau, cenomanus.

Dionysius Pautier de la Breuille, inculismensis, S. Comitis gallo-provinciæ Medicus primarius.

Stephanus-Ludovicus Geoffroy, parisinus, Eques, Regi a consiliis et secretis, societatis Botanicæ florentinæ, nec non patrioticæ Stokolmiensis socius.

Anna-carolus Lorry, parisiensis.

Joannes-jacobus Mettenne, andegavensis.

petrus-augustinus Adet, parisiensis.

Ludovicus-joannes-Baptista Cosnier, parisinus.

Anna-Claudius Dorigny, parisinus.

franciscus Thiery, tullensis, eques, Regis e salubri consilio, Regii Medicorum Collegii Nanceii socius honorarius, Regiæque ejusdem civitatis scientiarum et humaniorum Litterarum academiæ nec non Biterrensis ac matritensis.

Joannes Mac-Mahon, Laonensis hybernus, antiquus exercituum Regis et nosocomiorem militarium Medicus, Regiæ scholæ militaris Medicus ordinarius.

Ludovicus-alexander Gervaise, Ambianus.

Martinus Nouguez, adurensis.

Joannes-franciscus-Clemens Morand, parisinus, Eques, Regiæ scientiarum academiæ parisiensis Director, plurimis aliis academiis consociatus, Regii Medicorum nanceianorum Collegii socius honorarius, apud Leodienses Civitatis jure Donatus, nec non collegii apud eos medici assessor honorarius.

Claudius-franciscus Grandclas, pontimussanus, Eques, Stanislai I. poloniarum Regis, olim consiliarius Medicus et Regiorum exercituum a consiliis medicis.

Jacobus-Ludovicus Alleaume, parisinus, antiquus facultatis Decanus et militarium nosocomiorum ad regis exercitum, nec non in insulis americanis nuper Medicus Regis.

Carolus Geille de St. Leger, claromontensis, Eques, consiliarius Medicus Regis ordinarius, primi ordinis et totius Equestris agminis in exercitu Medicus primarius.

petrus-Maria Maloët, parisinus, Eques, in sacro consistorio Regis senator, augustissimarum Galliarum principum Regis amitarum natu minorum archiater.

Magistri

Ludovicus-petrus-felix-Renatus Le Thieullier, parisinus, antiquus facultatis Decanus.

Edmundus-Thomas Moreau, Senonensis.

Claudius-Josephus Gentil, bisuntinensis, militarium nosocomiorum ad Regis exercitum Medicus.

Joannes-Baptista Barjolle, Salmuriensis, non regens.

Simon-antonius Bringaud, pontesianus.

Jacobus Gourlez delamotte, parisinus.

petrus-abrahamus Pajon-de Moncetz, blesaus, Eques, in urbis præfecturâ Medicus Ordinarius; academiæ Regiæ catalaunensis, nec non societatis rei agrariæ aurelianensis Socius.

Joannes-nicolaus Millin dela Courveault, nivernensis.

henricus-michael Missa, Remensis, Regii Medicorum Collegii nanceianorum Socius honorarius, antiquus Regis exercituum in Germaniâ Medicus Ordinarius, censor regius, academiæ catalaunensis Socius.

petrus-Josephus Morisot deslandes, catalaunensis.

Cleriadus Vachier, cluniacensis.

Guido Danié desparatureaux, Bituricus.

Joannes Descemet, parisinus, censor Regius.

Maximilianus-Josephus Leys, audomarinus.

Marinus-josephus-Clarus Robert, cadomensis S. Ducis Bipontini, dum viveret, archiater, nec non a consiliis et secretis.

Guillelmus fumée, Bajocaus.

franciscus-Ludovicus Thomas d'onglée, cenomanus.

natalis-nicolaus Mallet, carnutaus.

Joannes-armandus Roussin de Montabourg, parisiensis.

Stephanus Grossin duhaume, blesensis.

petrus-Josephus-Claudius Mauduit delavarenne, parisinus.

Cæsar Coste, arelatensis, censor Regius.

achilles-Guillelmus le Begue de presle, aurelianensis, Eques, et censor Regius.

nicolaus Jeanroy, Tullensis, Regii Medicorum Collegii nanceianorum socius honorarius.

Cosma-augustinus Lézurier, Rothomagaus.

Simon Vacher, Bisuntinus, Regis exercituum in insulâ corsicâ medicus primarius.

Magistri

Carolus Sallin, grayacus-bisuntinensis, Scholarum professor, consiliarius Medicus Regis ordinarius in ejus Castelleto.

Ludovicus-gilbertus Boyrot-dejoucheres, bituricensis.

hugo gauthier, viciacus-lingonensis, consiliarius Regis Medicus.

franciscus Thierry debussy, Tullensis, consiliarius Medicus Regis ordinarius in Supremo Senatu parisiensi.

Joannes d'Arcet, severopolitanus-adurensis, chemiæ professor, professor Regius, academiæ Regalis Medicinæ Matritensis Socius.

Josephus Philip, intervalleus-Glandatensis, Saluberrimæ facultatis Decanus.

Joannes-Baptista-alexander Maigret, parisinus.

Carolus-Ludovicus-franciscus Andry, parisinus.

Joannes-Stanislaus Mittié, parisinus, Regiæ Scientiarum et Litterarum nanceï academiæ Socius, necnon Stanislaï I. poloniarum Regis olim Medicus ordinarius.

Josephus-Jacobus Gardane, Massiliensis, censor regius et regiæ Scientiarum Societatis Monspeliensis, nec non regiarum academiarum nanceï et Massiliæ Socius.

Joannes-Antonius Elie de la poterie, Constantiensis, antiquus Regis in portu Brestensi Medicus, nec non militarium regni nosocomiorum inspector.

Edmundus-Claudius Bourru, parisinus.

Ludovicus-Claudius Guilbert, parisiensis, e Societate medicâ edimburgensi, antiquus Regis exercituum Medicus ordinarius.

paulus-Gabriel Lepreux, parisinus.

Antonius-joannes-Baptista-Maclovius Guenet, Rothomageus.

Carolus-nicolaus d'Eslon, Tullensis, Serenissimi principis Atrebatum Comitis medicus ordinarius.

henricus Raimond, augustodunensis, Regis exercituum in insulâ Corsicâ Medicus.

Joannes-Baptista Langlois, abrincensis, Scholarum professor designatus.

Ludovicus-alexander de Cézan, parisinus.

Joannes-Carolus desessartz, Lingonensis, antiquus facultatis Decanus, Regii Medicorum Collegii Lugdunensis Socius.

Joannes Colombier, Tullensis.

Magistri

Bertrandus Dupuy, arreensis in valle aurensi.

Thomas Levacher de la feutrie, Ebroicensis, Exdecanus et academiæ Censor.

Joannes-Baptista-Eugenius Dumangin, Castro-theodoricus, utriusque pharmaciæ professor designatus.

Joannes-augustinus Coutavoz, parisinus.

franciscus-maria Le Moine, parisinus.

Carolus-jacobus-Ludovicus Coquereau, parisinus, Serenissimi Condæi principis medicus ordinarius, nec non regis apud peditatum tum gallicum, tum extraneum consiliarius medicus.

Josephus-ignatius Guillotin, Santo.

Claudius Lafisse, Lugdunæus.

Benjaminus-michael Solier de la Romillais, Rhedonæus apud armoricos, Scholarum professor designatus.

Joannes-jacobus Mollan, parisinus, Rei herbariæ professor.

antonius-Laurentius de jussieu, Lugdunæus, Eques, Regi a consiliis et Secretis, Regiæ Scientiarum academiæ Socius, in horto Regio Botanices professor et prodemonstrator.

Claudius-andreas Goubelly, parisinus, in Supremo Senatu patronus.

philippus-alexander Bacher, thannensis-alsata.

Claudius-antonius Caille, mortuacensis apud Sequanos, e Societate medicâ Edimburgensi.

Sanctus-Ludovicus Guindant, ex virzione apud Bituricenses, e Regiâ Scientiarum academiâ Monspeliensi.

Joannes-jacobus paulet, andusiensis, Diœcesis alesiensis, apud occitanos.

Joannes-franciscus-jacobus Roussille de Chamseru, Carnutæus.

Ludovicus-Carolus-henricus Macquart, Remus.

Eduardus-franciscus-Maria Bosquillon, ambianensis, Eques, rei herbariæ professor designatus, e societate medicâ edimburgensi, professor et censor regius.

Jacobus-franciscus de Villiers, San-maxentinus-picto, — antiquus Regis exercituum in Germaniâ medicus ordinarius.

Carolus-Ludovicus Varnier, parisinus.

Theobaldus Nizon, sacro-cæsareus apud Bituricenses, chirurgiæ vernaculo idiomate professor designatus.

Magistri

Carolus-jacobus Saillant, parisinus.

henricus-joannes Baget, parisinus.

Josephus Cotton, Gratianopolitanus.

Joannes-franciscus-achilles de lalouette, parisinus, Eques.

Ludovicus Desbois de Rochefort, parisinus, Eques, chirurgiæ gallico idiomate professor designatus, Censor Regius.

Antonius-Chaumont Sabatier, parisinus, Regis exercituum in insulâ corsicâ medicus.

felix vicq d'azyr, valonæus, apud Constantienses, pathologiæ professor, E Regiâ Scientiarum academiâ, Serenissimi atrebatum Comitis consiliarius medicus, Regii medicorum Collegii nanceïanorum Socius honorarius.

Thomas le Tenneur, gaveræus-constantiensis, chirurgiæ latino idiomate professor designatus.

Joannes-jacobus delaporte, parisinus.

Joannes-carolus de Brotonne, Laudunensis.

Joannes-Baptista jumelin, constantiensis, chirurgiæ latino idiomate professor.

Joannes-Matthæus de frasne, sequanus.

Alphonsus-vincentius-ludovicus-antonius LeRoi, Rothomagæus, chirurgiæ gallico idiomate professor.

Joannes-Baptista Baigneres, parisinus.

Claudius-franciscus Du Chanoy, Sequanus, E Regiâ Scientiarum academiâ divionensi.

Deodatus Jeanroy, Tullensis.

Maria-Zorobabel Munier, parisinus, consiliarius medicus Regis ordinarius, Domûs Regiæ invalidorum ducum et militum et antiquus Regis in coloniis orientalibus medicus.

Augustinus Thouret, lexoviensis.

henricus-alexander Tessier, carnutensis, clericus.

Joannes Thauraux, claromontensis, non regens.

Joannes-renatus Sigault, Divionæus, anatomes et artis obstetriciæ in gratiam Matronarum professor, E Regiâ Scientiarum academiâ Divionensi, Regis pensionarius.

Christophorus-nicolaus de jussieu, Lugdunæus.

Joannes-natalis hallé, parisinus, Eques, non regens.

Michael-franciscus de la planche, parisinus.

Magistri

Edmundus-joachimus Bourdois de la motte, senonensis.

Eustanus-claudius-nicolaus Navier, catalaunensis, academiæ catalaunensis socius.

franciscus Doublet, carnutæus, in senatu patronus.

franciscus-nicolaus Simonnet, parisinus, in senatu patronus.

Joannes-baptista-claudius Jeannet des Longrois, arcyanus-trecensis.

Augustinus Roussel de vauzesme, allinæus apud altissiodorenses, Bibliothecæ facultatis præfectus.

Joannes-jacobus le Roux des Tillets, parisiensis, utriusque pharmaciæ professor.

Ludovicus-carolus hallot, lingonensis.

Joannes-franciscus Marinier, nivernensis.

Joannes-baptista-josephus Thery, atrebatensis.

Carolus-ludovicus-maria-gabriel Dupré, stenacœus.

Antonius Mathey, æduus.

Antonius franciscus de fourcroy, parisinus, non regens.

Claudius-Ludovicus Berthollet, e loco Talloieres, apud sabaudos.

Stephanus Crochet, cluniacæus-matisconensis.

paulus-augustinus-olivarius Mahon de houssay, carnutæus.

petrus Laservolle, ex agro petrocoriensi.

henricus-hercules Champagne du fresnay, catalaunus.

Joannes Grozieux de la Guerenne, e monteducio apud Boïos, diœcesis Bituricensis, non regens.

Nicolaus Chambon de Montaux, lingonensis, non regens.

jacobus de Wensel, cameracensis, Sancti imperii Baro.

Stephanus fouiquet de pellegrue, pellegruensis, ex Diœcesi vasatensi, Licentiatus.

Die jovis 14 X.^bris M. carolus-ludovicus-maria-gabriel Dupré extra ordinem disputavit de quodlibetariâ quæstione affirmativè conclusâ

an ad fœtus nutritionem lac et sanguis?

respondente baccalaureo M. philippo petit-radel, parisino, cujus probata fuere responsa.

1780 Die jovis 21 X.^bris M. antonius Mathey extra ordinem disputavit de quodlibetariâ quæstione affirmativè conclusâ

an temperamenti diversitas a diversâ fibrarum constitutione?

Respondente Baccalaureo M. antonio-josepho-victore Lendormi-Lacour, ambianense, cujus probata fuere responsa.

Die jovis 4.ª januarii anno 1781, M. Claudius ludovicus Berthollet extra ordinem disputavit de quodlibetariâ quæstione affirmativè conclusâ

an nitidus faciei color bene moratorum viscerum index?

Respondente Baccalaureo M. Ludovico-cypriano de Montaigu trecensi, cujus probata fuere responsa.

Die 25.ª januarii M. Stephanus Crochet extra ordinem disputavit de quodlibetariâ quæstione affirmativè conclusâ

an nutritio secretionum opus?

Respondente Baccalaureo M. nicolao-francisco Laverne, catalauno, cujus probata fuere responsa.

Die Jovis 22.ª februarii ejusdem anni 1781 M. paulus-augustinus-olivarius mahon de houllay extra ordinem disputavit de quodlibetariâ quæstione affirmativè conclusâ

an menstruationi promovendæ impar plethora?

Respondente Baccalaureo M. joanne-nicolao Corvisart-Desmarets, remensi, cujus probata fuere responsa.

Die martis 27.ª februarii M. petrus Laservolle extra ordinem disputavit de quodlibetariâ quæstione affirmativè conclusâ

an præcipuum respirationis organum diaphragma?

Respondente Baccalaureo M. Renato Louiche des fontaines Rhedonensi cujus probata fuere responsa. Philip Decanus.

Quæstiones Cardinalitiæ

Die jovis 1.ª martii, anno 1781, M. joannes-Carolus desHartz disputavit de quæstione Cardinalitiâ affirmativè conclusâ

an senibus lac ovillum?

respondente Baccalaureo M. joanne-nicolao Corvisardesmarets cujus probata fuere responsa.

Die 8.ª martii M. Ludovicus-alexander de Cezan disputavit de cardinalitiâ quæstione affirmativè conclusâ

an quotidianus ἐνεμάτων simplicium usus sanitati noceat?

respondente Baccalaureo M. philippo petit-radel cujus probata fuere responsa.

Die jovis 15.ª martii M. Joannes-Baptista Langlois disputavit de cardinalitiâ quæstione affirmativè conclusâ

an prolem lactare matribus saluberrimum?

respondente Baccalaureo M. Ludovico-Cypriano de Montaigu cujus probata fuere responsa.

Die 22ª. martii M. Ludovicus-alexander de Cezan M.ᶦ Raymond presidis vices gerens disputavit de cardinalitiâ questione affirmativè conclusâ

an casti varius ægrotent, faciliùs curentur?

respondente Baccalaureo M. Renato Louiche des fontaines cujus probata sunt responsa.

Die 29ª. martii M. Joannes-Baptista Langlois M.ᶦ deslon presidis vices gerens disputavit de cardinalitiâ quæstione negativè conclusâ

an adeò miserè vivat, qui medicè vivit?

respondente Baccalaureo M. nicolao-francisco Laverne cujus probata fuere responsa.

Die jovis 5ª. aprilis M. antonius-joannes-Baptista maclovius Guenet disputavit de Cardinalitiâ quæstione affirmativè conclusâ

an e Rheumatismo recreatis pila prophylacticum?

respondente Baccalaureo M. petro pujo cujus probata fuere responsa.

Die martis 10ª. aprilis M. paulus-Gabriel Lepreux disputavit de cardinalitiâ quæstione affirmativè conclusâ

an Sanitati probitas?

respondente Baccalaureo M. antonio-josepho-victore Lendormi-Laucour cujus probata fuere responsa.

Philip decanus.

Obitus Doctorum

Anno 1780, ineunte ultimo mense, peripneumoniâ acutâ correptus est M. Josephus Lieutaud Archiatrorum Comes, et quintâ morbi die, mortem provitâ commutavit versaliis die sexto Xbris.

Die sabbati decimâ septimâ mensis februarii, anno 1781, solemni sacro ejus animæ benè precatum est in Scholarum Sacello.

Die septimâ januarii, anno 1781, miserè e vivis ereptus est M. julianus Busson a tumore carcinomatodeo, polypi narium sobole. in ecclesiâ S.S. gervasii et protasii sepultus est, præsente facultate.

Die sabbati decima tertiâ ejusdem mensis et anni, celebrato solemni Sacro in Scholarum sacello, ipsi parentavit saluberrima facultas.

Die 21.ª februarii 1781 Sentâ peripneumoniæ acutæ, occubuit M. Josephus-exuperius Bertin in loco Gahard prope Rhedonem in armoricâ. cujus animæ in Scholarum Sacello posteà parentavit Saluberrimus Ordo.

Die 4.ª mensis martii, anno 1781, levissimâ progressâ dyspnœâ, mors tacito gradu, somni naturalis formam assumens, Senem eripuit antonium Casamajor, qui postridie humatus est in parrochia divi Eustachii. venerandi Senis animæ, Sacro Solemni in Scholarum Sacello celebrato, die Sabbati 17.ª ejusdem mensis, Saluberrimus Ordo parentavit.

Die 28.ª ejusdem mensis, augustiniani prope plateam des Victoires funebre Sacrum pro veteri eorum medico Antonio Casamajor, coram Ordine Saluberrimo et coram defuncti, ad id invitatis, propinquis et cognatis, celebraverunt.

Philip Decanus.

Orationes publicæ

Die Dominicâ vigesimâ Sextâ mensis novembris, anni 1780, horâ ipsâ post meridiem quintâ, M. Carolus Sallin, Scholarum professor, Medicinæ Stadium auspicaturus, publicâ oratione dixit de hippocraticâ Studendi ratione.

Die dominicâ tertiâ decembris, anno 1780, horâ post meridiem quintâ, M. alphonsius-vincentius-ludovicus-antonius LeRoy chirurgiæ gallico idiomate professor, pro Scholarum Chirurgicarum inaugurationis Solemnitate, publicâ oratione dixit Sur l'enseignement de la Chirurgie.

Philip Decanus.

Demonstrationes anatomicæ,

Opera Chirurgica,

Operationes galenico-chymicæ in amphitheatro celebratæ.

Die jovis 18.ª januarii 1781 et diebus Sequentibus, M. felix vicq d'azyr Scholarum professor, corporis humani partium Structuram et usus Super humano cadavere philiatros edocuit et partes ipsemet oculis Subjecit.

Die lunæ 2.ª mensis aprilis 1781 et diebus Sequentibus, M. joannes baptista jumelin in philiatrorum gratiam chirurgiæ latino idiomate professor, operationes chirurgicas publicè exposuit et in virili cadavere ipsemet perfecit.

Die Lunæ 7.ª maii 1781 et diebus sequentibus, M. joannes-Renatus Sigault, in gratiam matronarum Anatomes et artis obstetriciæ — professor, cursum anatomicum ad artem illam speciatim pertinentem ipsemet perfecit.

Die jovis 11.ª octobris 1781 et diebus sequentibus M. alphonsius — vincentius-ludovicus-antonius LeRoy, chirurgiæ gallico idiomate professor, in Chirurgiæ tironum gratiam operationes chirurgicas — super humano cadavere interpretatus est, operi manum industriam admovente M.º claudio-andreâ Goubelly Doctore Regente medico parisiensi.

Die lunæ 15.ª octobris 1781 et diebus sequentibus M. joannes-jacobus le Roux des Tillets, utriusque pharmaciæ professor, pharmaciæ — specimina exposuit, operationibus manum prestante Martino — Marin, pharmacopæo parisiensi.

Philip Decanus.

acta et Comitia facultatis Medicinæ parisiensis Magistro Josepho Philip Decano.

Anno domini 1780, die sabbati undecimo mensis novembris, — saluberrima facultas convocata fuit perjuramentum sub hâc — verborum formulâ;

perjuramentum

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, die sabbati undecimo mensis novembris anni 1780, horâ ipsissimâ decimâ matutinâ post sacrum, 1.º clarissimum Collegam nostrum M.ᵘ joannem-jacobum Paulet pro Regentiâ supplicem, 2.º clarissimorum virorum qui ad emendationem statutorum, usuum et laudabilium consuetudinum, circa Licentiæ exercitia, recognoscendam deputati sunt, relationem; 3.º epistolæ ab excellentissimo Religionis Melitensis Legato missæ — lectionem; 4.º de aliis rebus ad facultatem pertinentibus — Decanum dicentem audituri et posteà deliberaturi.

Datum parisiis die jovis nono ejusdem mensis et anni.

Josephus Philip Decanus.

iis in comitiis inceptum est a tertio articulo, nempe lectione epistolæ ab excellentissimo Religionis Melitensis Legato missæ, necnon libelli memorialis quorum tenor sic se habet.

A Messieurs de la faculté de Medecine en l'université de paris.

paris le 3. novembre 1780.

Messieurs

Pleins de confiance en vos lumieres et dans le zele qui vous anime pour le bien de l'humanité, le Grand Maitre et son Ordre me chargent de vous consulter sur un objet des plus essentiels, en ce qu'il interesse la santé de touts les malthois, et celle des sujets de toutes les nations que le commerce attire journellement dans les ports de la Religion.

j'ai prié M. poissonnier de mettre, a cet effet, sous vos yeux, le memoire que le Grand Maitre m'a adressé. il espere que vous voudrés bien, Messieurs, donner votre avis sur les questions qui vous y sont soumises. En remplissant a cet egard les intentions de son Altesse Eminentissime, il est heureux pour moy d'y trouver l'occasion de vous assurer de la consideration distinguée avec laquelle j'ai l'honneur d'etre

Messieurs

Votre trés humble et trés obeissant serviteur

Signé le Bailly de Breteuil.

Memoire a Consulter.

La demolition de l'Eglise de S.t Dominique etant desormais devenue indispensable, il n'a plus eté question que de reconnoitre, si l'on pouvoit la rebatir sur le meme emplacement qu'elle occuppe aujourdhui, sans detruire et bouleverser les sepultures souterraines.

Cet examen a eté remis a l'architecte de la Religion, qui a dit, dans son rapport, que les fondements de cette Eglise devoient etre repris au pied, pour pouvoir soutenir le poids d'un nouvel edifice, et que ce travail entrainoit necessairement la destruction et le bouleversement de toutes les sepultures souterraines, qui prennent le dessous de l'Eglise, depuis la porte principale jusques au maitre hotel.

C'est a la suite de ce rapport, que Monseigneur le Grand Maitre a chargé le Bureau de la santé et le College de Medecine et de Chirurgie de reconnoitre et examiner avec le plus grand soin, si la destruction de ces sepultures, jointe au bouleversement des terres qu'elles contiennent, pouvoit occasionner quelque infection dans l'air, capable de causer des maladies epidemiques, ou même contagieuses.

Les Medecins et Chirurgiens disent dans le compte qu'ils ont rendu

a Son Altesse Eminentissime et au Conseil, que l'on ne sçauroit, sans le danger le plus evident, detruire et bouleverser les sepultures dont il s'agit. ils citent diverses catastrophes survenues en pareille occasion et ils observent que l'eglise de S.t Dominique servant de parroisse dans la Cité Vallette, — depuis prés de deux siecles (pendant lesquels l'on n'a presque jamais — enterré dans les cimetieres) le nombre de cadavres qu'on y a enseveli ne pourroit manquer de causer des exhalaisons trés pernicieuses, d'autant plus qu'il conste, que dans le cours de la peste qui affligea cette isle en 1676, il y eut des pestiferés ensevelis dans l'un des caveaux de la meme eglise. ils ajoutent, que l'on y a aussi inhumé un grand nombre d'enfants morts de la petite verole depuis la fin de l'année derniere, jusques au mois d'avril de celle-cy; ce qu'ils jugent devoir etre pris en consideration.

Ils finissent en concluant, que l'on ne doit point absolument toucher aux dites sepultures, s'en rapportant d'ailleurs aux ordres qui seront donnés a ce sujet par Son altesse Eminentissime et par le Conseil.

Le Bureau de la Santé se reunit dans son rapport au sentiment des Medecins et des Chirurgiens; mais il veut en outre que l'on prenne — beaucoup de precautions, afin qu'en demolissant l'eglise de S.t Dominique, l'on evite d'enfoncer le pavé qui couvre les caveaux qui ont servi de sepultures. il insiste sur la necessité de les murer jusques a nouvel ordre, et il propose de consulter les principales facultés de Medecine et de Chirurgie de l'europe, pour sçavoir en quel tems et avec quelles precautions ces sepultures pourroient un jour etre ouvertes.

Son altesse Eminentissime et le Conseil, ayant approuvé le rapport cy-dessus, ils ont en meme tems deliberé de deputer les soussignés pour veiller a l'execution de ce qui y est indiqué, les chargeant egalement de se concerter a l'avenir avec Monseigneur Lambini evêque de ce Diocese, pour extirper, autant qu'il sera possible, l'abus d'inhumer les cadavres dans les Eglises.

En consequence de ce decret, nous avons deja fait murer les sepultures de l'eglise de S.t dominique, et pris les mesures les plus sures, pour qu'en la demolissant, l'on ne puisse enfoncer le pavé qui la couvre. il nous — reste actuellement a consulter les principales facultés de Medecine et de Chirurgie de l'europe; ce que nous faisons avec d'autant plus de confiance envers celle de paris, que son urbanité est aussi bien etablie, que la celebrité qu'elle s'est acquise.

Nous la prions donc de permettre que nous lui demandions

I.° quel est l'espace de tems aprés lequel l'on pourroit, sans danger, ouvrir les sepultures de l'eglise de S.t Dominique?

2°. quelles precautions l'ondevroit prendre alors pour prevenir l'infection qu'elles seroient encore capables d'exhaler?

3°. s'il faut, pour la sureté publique, condamner cet emplacement a n'etre jamais rebati et le couvrir de materiaux pour empecher que les sepultures soient rouvertes par quelque accident imprevû?

Nous lui serions aussi très redevables, si elle daignoit nous fournir des armes pour combattre l'usage, ou l'on est ici, d'ensevelir dans les eglises.

a Malthe le 8. 7.bre 1780.

Signés { Le Bailly des pennes. / Il Bali Mirelli. / Il Comd.r Argote. / Il Comd.r Baron de Thurn

his auditis, re in deliberationem missâ, rogatisque singulorum doctorum sententiis, placuit saluberrimæ facultati in deputatos nominare, ad perpendendum Melitense negotium, eosdem Doctores qui anteà ad sepulturas in cœmeterio sanctorum innocentium parisiis examinandas deputati fuere et sic conclusi Philip Decanus.

hi autem deputati erant MM. de L'epine, Majault, le clerc, Cosnier, Thierry, Maloët, Duhaume, sallin, Thierry de Bussy — d'Arcet, Philip, solier de la Romillais, Bachar, de la planche.

Jussitque insuper saluberrimus Ordo ut Decanus Epistolam mittat quâ excellentissimum Religionis Melitensis Legatum certum faciat, ad id deputatos electos fuisse, citò citiùs relationem facturos et sic unanimi consensu conclusi Philip decanus.

quod Decretum subsignaverunt M. de l'epine et M. Lepreux.

2°. audita est relatio clarissimorum virorum qui ad emendationem statutorum, usum et laudabilium consuetudinum, circa licentiæ exercitia, recognoscendam deputati sunt et actum est de thesium horâ, formâ et disciplinâ Magistris. re in deliberationem missâ, rogatisque singulorum Doctorum sententiis, ex majori suffragiorum numero censuit saluberrima facultas theses propugnandas esse ab horâ octavâ usque ad meridiem, illarum formam futuram esse juxta regulas syllogismi, vel sub — formâ dissertationis; disputaturos Magistros ad libitum interrogaturos, vel disputaturos esse et ab illis thesibus arcendos esse disciplinæ Magistros, abrogatâ questione pastillaria dictâ. et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum pariter subsignaverunt M. del'Epine et M. Le Preux.

3°. ad primum convocationis articulum conversa est saluberrima facultas, Magistrum Paulet pro Regentiâ supplicem benignè audivit, ejusque petitioni libentissimè annuit et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignaverunt iidem M. del'epine et M. Le preux.

4°. Tandem saluberrimus Ordo Decanum dicentem audivit de Regentiâ concedendâ Magistris de fourcroy, de la Guerenne et Chambon. quo audito, a saluberrimo fonte manavit Decretum sequens.

Die sabbati undecimo mensis novembris anno 1780, postquam facultas saluberrima legitimè convocata Collegæ nostro M°. paulet Regentiam unanimi consensu et quidem libentissimè concessent, quæsiverunt Doctores nonnulli an censeret saluberrimus Ordo Regentiam esse quoque concedendam Magistris de fourcroy, grozieux de la Guerenne et Chambon. Re in deliberationem missâ, et rogatis Doctorum sententiis, cum decreto facultatis trinâ convocatione confirmato Magister hallé ad Regentiam non fuerit admissus, tribus novis Doctoribus, scilicet Magistris de fourcroy, grozieux de la Guerenne et Chambon, iisdem de causis, Regentiam esse pariter denegandam unanimi consensu censuit saluberrimus Ordo, donec de eorum erga facultatem studio et debito obsequio constiterit. et sic conclusi

Philip Decanus.

Quod quidem Decretum subsignaverunt utriusque ordinis Antiquiores duo, nempe MM del'epine, le clerc; d'arcet, le preux.

idem Decretum, jubente facultate, in iisdem Comitiis, Magistris de fourcroy, Grozieux de la Guerenne et Chambon a Decano solemniter lectum fuit. Philip Decanus.

Anno Domini 1780, die veneris decimâ quintâ mensis Decembris, saluberrima facultas legitimè convocata fuit sub hâc verborum formulâ,

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores, die veneris decimâ quintâ mensis Decembris, anni 1780, horâ ipsissimâ decimâ matutinâ, 1°. Chirurgiæ latino idiomate professorem in locum Clarissimi collegæ nostri Magistri Morand, professoris munus recusantis; nec non Baccalaureorum examinatores pro examine anatomico electuri; 2°. Clarissimorum virorum qui ad premium concedendum deputati sunt relationem; dein Clarissimos Deputatos de negotio ad Religionem Melitensem pertinente, referentes; denique

Decanum de aliis rebus ad facultatem pertinentibus dicentem auditurі et posteà deliberaturi.

his in Comitiis, proponentibus electoribus, deliberatum est an M. Thomas Levacher de la feutrie exdecanus eligibilis esset in locum M. Morand Chirurgiæ latino idiomate professoris munus recusantis, utpote quod absens sit è præsentibus Comitiis. ex reclamatione plurium Magistrorum, Censuit Saluberrimus Ordo neminem esse appellandum in professorem, nisi eligatur ex presentibus in comitiis et ego sic conclusi

Philip Decanus.

quod Decretum Subsignaverunt M.M. de L'epine et le preux.

postea tres electores, nempe MM pajon, Morisot et Descemet, absentibus è minori ordine electoribus, in locum Magistri Morand professoris munus recusantis, proposuerunt M. Duhaume è majori Ordine; è minori M.M. Duchanoy et le Tenneur. Sors favit M.º le Tenneur.

In electores examinatorum Baccalaureorum pro examine anatomico Sors duxit è majori ordine M.M. De Lautemberg, Millin et Sallin, è minori ordine MM le Roux des Tillets et Mathey.

Domini electores proposuerunt in examinatores Baccalaureorum pro anatomiâ, è majori ordine MM Le Clerc, le preux, Desbois.

Sors favit MM Le Clerc et desbois.

è minori ordine MM jumelin, Duchanoy, de la planche.

Sors declaravit MM Jumelin, Duchanoy.

Philip Decanus.

Cum audivit Saluberrima facultas relationem deputatorum, qui ad premium concedendum libellos memoriales examinaverunt, Scilicet MM. Le Clerc, nouguez, pajon de Moncets, Millin, Bourru, Desbois, jumelin, quos quatuor examinatoribus ad menstrua comitia deputatis adjunctos esse voluit. ratam et gratam illam relationem habuit Saluberrimus Ordo et in omnibus sententiæ deputatorum adhæsit et sic Conclusi. Philip Decanus. vid. comitia publica habita die jovis 28ª hujusce mensis.

quod Decretum Subsignaverunt MM. de L'epine et d'Arcet.

vid. in paginis sequentibus comitia publica die jovis 28ª Xbris 1780 habita in Sorbona Scholis.

Deinde factâ relatione aliorum deputatorum de vestimentis gallicè Corps à dicto d'offemont propositis, nihil de illâ re in deliberationem mittendum esse Censuit Saluberrima facultas. Philip Decanus.

Demum Clarissimi deputati relationem suam fecerunt de negotio ad Religionem Melitensem pertinente. sic autem sese habet illa relatio.

Reponse
de la faculté de Medecine
en l'université de paris
au memoire a consulter pour l'Ordre de Malthe.

On expose dans le memoire a consulter qu'il est d'une necessité indispensable de proceder au plustot a la demolition de l'Eglise de St. Dominique, de rebatir cette Eglise, d'en reprendre au pied les fondements et parconsequent d'en bouleverser toutes les sepultures souterraines.

Cette entreprise peut elle etre d'une consequence funeste a la salubrité de l'air et a la santé des habitants?

Dans quel tems pourra t-on sans danger remuer les sepultures?

Par quelles precautions alors pourra t-on prevenir l'infection quelles seront encore capables d'exhaler?

Estil necessaire de condamner l'emplacement de l'Eglise a ne jamais servir?

Enfin l'usage d'enterrer dans les Eglises exiget-il expressement une reforme?

Tels sont les points importants sur lesquels on consulte aujourd'hui la faculté de Medecine en l'université de paris. sensible a la confiance que lui temoignent son Altesse Eminentissime Monseigneur le grand Maitre et l'Ordre Religieux-militaire de Malthe; disposée sans cesse a s'occupper avec vigilance de tout ce qui peut interesser la santé des hommes, la faculté s'empresse de seconder par des conseils prompts et murement reflechis les vues patriotiques de la Religion.

Il lui manquoit pour ce travail des eclaircissements necessaires sur le local. elle les a puisés dans les lumieres de Monsieur le Commandeur Crepel et Monsieur le Marquis Turgot.

Sur le Roc, ou pierre calcaire dure, qui constitue le sol de l'isle de Malthe, sont elevés a la hauteur de six a sept pieds des murs solides de maniere a former parallelement les unes aux autres, sur tout l'emplacement de l'eglise St. dominique, plusieurs suites de fosses qui ont de deux a trois pieds de large, sur cinq a six de long. chaque fosse reçoit autant de cercueils (censés couverts de chaux) qu'elle en peut contenir et est recouverte d'une dale de pierre de dimensions proportionnées a l'etendue en superficie de chaque fosse.

Cette Eglise est dans la Cité vallette, sur un plan incliné vers la mer, dont elle est peu distante. elle sert depuis deux siecles de parroisse. il y a cent

quatre ans qu'une de ces fosses a servi a l'inhumation de pestiferés. la fievre putride maligne est frequente a Malthe. on y meurt beaucoup de la petite verole. celle de l'année derniere surtout fut meurtriere. on ne compte pas plus de vingt mille habitants dans toute la Cité vallette, et il y a plusieurs Eglises destinées aux sepultures. ainsi le nombre des enterrements ne doit pas etre considerable. il n'est en effet que de quarante a cinquante par an dans l'Eglise de St. Dominique. celui de cent est trés rare et suppose une mortalité. d'ailleurs la temperature a Malthe est trés chaude. il pleut trés rarement en eté. il ne gele presque jamais en hyver et le vent de nord-ouest, qui regne le plus communement sur la Cité vallette traverse entierement cette ville, avant de souffler sur la Mediterranée.

D'aprés ces considerations dont la plus part nous ont eté communiquées par les deux personnes que nous avons deja nommées, qui ont une parfaite connoissance des lieux et dont le recit exact et uniforme merite la plus grande confiance, voici l'avis de la faculté de Medecine sur les questions proposées.

Il seroit funeste sans doute de demolir les fosses sepulchrales de l'eglise de St. Dominique presentement et sans precautions: mais il en est de certaines au moyen desquelles on peut faire cette operation dans peu de tems, sans nul inconvenient.

avons reconnu que ladite levure n'est dans l'usage ordinaire preferable en rien a la Levure marchande. mais nous renfermant strictement aux termes de l'arret, assurons que la Levure dite incorruptible ne contient rien qui puisse etre nuisible a la santé des citoyens et c'est tout ce que nous pouvons en dire.

Presentement, Messieurs, pour remplir la mission que nous avons reçue, nous remettons a la faculté les deux paquets de Levure des sieurs delafosse dont un sera deposé dans ses archives et l'autre au greffe de la Cour. nous remettons egalement a la Compagnie le Rapport demandé par l'arret, pour qu'elle veuille bien authoriser M. le Doyen a le deposer au greffe de la Cour, ainsi qu'il a eté ordonné. ce 21 may 1781.

Signés Majault, Sallin, d'Arcet, Lepreux, dumangin, delaplanche, le Roux des tillets.

Auditâ relatione, cum selecti ex senatûs consulto viri ut de fermento dicto incorruptibili pronuntiarent ad postulatum, Numquid in eo insalubre? negativum responsum fecissent, censuit saluberrima facultas, ex mente arresti, relationem illam unà et partem fermenti coram examinatoribus parati, ad acta supremæ Curiæ mox deponenda esse et sic conclusi

Philip Decanus.

Eâdem die, utraque scilicet relatio et pars fermenti ad acta supremæ Curiæ a decano deposita fuere. Philip Decanus.

3.° juxta secundum convocationis articulum, in iisdem Comitiis auditus est Magister DesHartz antiquus facultatis Decanus, dicens de Decreto facultatis die jovis decimâ hujusce mensis, ipso absente, lato. audito Magistro DesHartz, in deliberationem misit Decanus ut intercedentes nominarentur simul ac tempus quo intercessionem fecere, juxta petitionem Magistri DesHartz suo chyrographo munitam, cujus sequitur tenor.

Resumé de mon memoire.

1.° Le Decret du 10 de ce mois, en ce qu'il ordonne un nouvel examen du Decret concernant le Doyen et ses fonctions, loin d'empecher la faculté de m'accorder la permission de transcrire sur le Registre l'histoire de la seconde année de mon decanat, ne peut meme etre executé qu'aprés cette transcription faite.

2.° Le Decret du 10 de ce mois, en ce qu'il ordonne a MM Les Commissaires

de rendre compte, après un nouvel examen de cette histoire, si j'y ai fait mention de l'opposition de quelques Docteurs au decret concernant le Doyen, ne peut etre executé, conformement au vœu de la compagnie, et pour son avantage, qu'autant que l'on sçaura par qui et quand ces oppositions ont eté faites.

En consequence je demande que la compagnie ordonne, par un Decret, après une deliberation reguliere, a ceux qui ont reclamé ces oppositions, de declarer par qui et quand ces oppositions ont eté faites; ou que ceux qui pretendent avoir formé ces oppositions se nomment et specifient quand ils les ont formées. je demande que leur declaration soit ecrite par M. le Doyen et signée d'Eux.

Après quoy je m'engage a donner sur le champ a la compagnie toutes les eclaircissements et les satisfactions qu'elle peut desirer. ce 21 may 1781

Signé DesEssartz ancien Doyen.

Cum rogatis et collectis singulorum Doctorum sententiis, ex longe majori suffragiorum numero censuit saluberrima facultas infirmandum esse Decretum latum die decimâ hujusce mensis, proindeque illicò veniam dandam esse Magistro DesEssartz sui Decanatûs historiam in commentariis scribendi et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere Magistri de l'Epine, le Clerc, Baget, de Horne.

4.° Eandem, pro secundâ vice vocatus et accersitus Magister Chambon, ægrè magis obsequiosus, coram facultate interrogatus fuit de temerariâ usurpatione a se factâ tituli Doctoris Regentis in facultate medicâ parisiensi, licet notissimo et maximè solemni Decreto ipsi Regentia fuisset denegata. indutus erat togâ cum colli amictu et humerali coccineo. veniam petiit decano sedendi in proximo sedili, quod absolutè denegavit Decanus, dicens Magistro Chambon illum non venisse nobiscum deliberaturum, sed duntaxat interrogandum. his dictis Magister Chambon stetit ad lævam Decani et interrogationibus respondit, non ingenuè ut Doctorem parisiensem Deceret, sed dolosè et malâ fide ductus et concitatus.

Cum igitur satis, imò superabundè constaret de vituperabili Magistri Chambon agendi modo, saluberrima facultas protervitatem ejus sequenti Decreto repressit.

Anno millesimo septingentesimo octogesimo primo, die verò lunæ vigesimâ primâ mensis maii, cum Magister Chambon Doctor Medicus parisiensis, juxta Decretum die mercurii secundâ ejusdem mensis et anni latum vocatus et accersitus, a Decano coram facultate interrogatus fuerit, auditis responsionibus et illo egresso, re in deliberationem missâ, collectisque singulorum Doctorum sententiis, unanimi consensu Decrevit saluberrimus Ordo imperandum esse Magistro Chambon ut quamprimùm sese coram facultatis Decano sistat rogaturus ut veniam ipsi concedat

Decanus typis mandandi novas proscribendas tabulas, quibus tabellæ, loco facultatis jure, antea valvis affixæ ante quindecim dies ad summum cooperiantur, et in quibus ille prædictus Magister Chambon Doctoris Medici parisiensis nomine tantùm insignietur, non verò Regentis. de cujus prædicti Chambon obedientiâ erga facultatem certum faciet Decanus saluberrimum ordinem et sic conclusi

Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere M.M. Millin, Maigret, Dumangin et Nollan.
Statim vocatus et accersitus Magister Chambon audivit lectionem illius decreti ab ipsomet Decano factam.

Philip Decanus.

Anno Domini 1781, die jovis septimo mensis junii Decanus et Doctores adjuncti salutatum ivere Clarissimum rei ærariæ præfectum D.D. Joly de fleury, mox a rege constitutum. quod jam cum tribunali academico, paucis abhinc diebus, facultatis Decanus et censor exegerant. Decanus autem verba fecit per gratulatoriam oratiunculam cujus sequitur tenor.

Monseigneur

Les circonstances dans lesquelles Le Roy vient de vous appeller a la place importante qui influe le plus sur la félicité publique, sont le temoignage eclatant des grands talents que vous avés successivement developpés dans toutes les parties de l'administration, de l'activité la plus infatigable et du zele le plus ardent pour la gloire du Monarque et le bonheur de ses sujets. tel est le sentiment de touts les vrais Citoyens. il est specialement celui de la faculté de Medecine, qui devouée au bonheur des humains n'eprouve de veritable joye que dans les evenements qui meritent leur reconnoissance. elle ose aujourd'hui se livrer pour elle même a des esperances consolantes, si vous daignés, Monseigneur, jetter un regard sur ses travaux toujours utiles et se reproduisant sans cesse, vous ne pourrés vous deffendre d'un secret etonnement en considerant l'abandon dans lequel on a delaissé jusqu'a ce jour la premiere faculté de Medecine du Royaume, j'oserois dire de l'europe. errante de masure en masure, elle n'a pas meme de lieu où elle puisse faire touts ses exercices. sa bibliotheque ouverte au public lui devient inutile, parceque l'abord en est inaccessible. la faculté de Medecine est pauvre. mais si cette pauvreté a pû servir de pretexte a l'espece d'humiliation qu'elle essuye depuis quelque tems, cette pauvreté va de concert avec le souvenir des services qu'elle a toujours rendus et qui ne finiront qu'avec elle, lui devenir un titre puissant de recommandation auprés d'un Ministre qui avec moins de pouvoir a deja donné tant de preuves de son amour pour

les Sciences et ceux qui les cultivent. la faculté ose attendre tout de vous, Monseigneur. il n'est pas possible que celui qui a comblé la fille de bienfaits, laisse la mere dans la detresse et dans l'impossibilité de continuer a faire le bien pour lequel elle est etablie.

Decanum et Doctores Decano adjunctos benignissime accepit administer recens. plurima quidem promisit, sed nulla dedit.

Philip decanus:

Anno Domini 1781, Die veneris decimâ septimâ mensis augusti, habita sunt Comitia saluberrimæ facultatis quæ per juramentum convocata fuit sub hâc verborum formulâ.

Per juramentum

Convocentur Doctores Medici omnes, in Scholas superiores, die veneris decimo septimo mensis augusti, anni 1781, horâ decimâ matutinâ, 1°. clarissimorum virorum qui examinandis commentariis et rationibus posterioris anni prioris Decanatûs M. Des Essartz, a facultate prepositi fuerunt, posteriorem relationem audituri: 2°. examinatores commentariorum et rationum anni Decanatûs a mense novembri 1778, ad eumdem mensem 1779, ejusdem M. Des Essartz, electuri: 3°. Clarissimum Collegam nostrum Magistrum Le Roux des Tillets, utriusque pharmaciæ priorem professorem, de rebus ad pharmacopæos parisienses pertinentibus dicentem audituri: 4°. demum de rebus gravissimi momenti ad facultatem pertinentibus Decanum dicentem audituri et posteà deliberaturi.

1°. in iis Comitiis, audita est, de commentariis et rationibus posterioris anni prioris Decanatûs Magistri Des Essartz, Deputatorum relatio cujus sequitur tenor.

Juxta Decretum die Duodecimâ mensis augusti anni 1778 latum, quo voluistis, vigilantissime Decane, viri Medicinæ proceres, ut historia Decanatûs et rationes Decani primùm in peculiari codice inscripta a deputatis vestris confererentur, quando in codice facultatis forent transcripta; eo fine apud Collegam nostrum Magistrum Des Essartz convenimus, ut iterùm audieremus historiam Decanatûs dicti Magistri Des Essartz a die octavâ mensis novembris anni 1777, ad diem usque septimam ejusdem mensis anni 1778. at verò ut missionis nostræ officium sedulò adimpleremus, oculis lustravimus peculiarem codicem a principio usque ad finem, dum Magister Des Essartz eamdem legeret historiam in codice facultatis inscriptam. quâ quidem absolutâ, compertum habuimus hanc fideliter et exactè in codice vestro fuisse depositam; ideoque eamdem unanimi consensu approbavimus die 17.a augusti anni 1781.

Subsignavere Magistri Nouguez, Descemet, de frasne, Mahon.

quam relationem, unanimi consensu, ratam et gratam habuit Saluberrimus Ordo et sic conclusi

Philip Decanus.

2°. actum est de electione examinatorum Commentariorum et rationum anni Decanatûs ejusdem Magistri Des Essartz a mense novembri 1778, ad eumdem mensem 1779.

Ex Majori ordine sorte ducti sunt M.M. Le Clerc, Millin et Maigret. E minori vero M.M. Dumangin, Goubelly et desbois de Rochefort et sic cum universo Ordine conclusi

Philip Decanus.

3°. audivit Saluberrimus Ordo Magistrum Le Roux des Tillets pharmaciæ professorem, dicentem de futuro examine D. Martin pro aggregatione consequendâ inter pharmacopœos parisienses.

Jamdudum pluries certa facta fuerat saluberrima facultas a suis pharmaciæ professoribus, quam suspectam, quam infidam manum quibuscumque pharmaciæ preparationibus admovebat dictus Martin spurius pharmacopola. pluries conquesti erant iidem professores de variis medicamentorum sophisticationibus ab eodem Martin dolose patratis, sicut legalibus instrumentis pluries probatum fuit. cum autem iste nebulo nullum adhuc habebat legitimum jus et tamen irritis tum medicorum, tum pharmacopœorum conatibus, jampridem aperuerat officinam in quâ venalia prostabant cuique venienti pharmaca, quæ potius toxica dicerentur, nil mirum si collega noster M. Le Roux des Tillets facultatis saluberrimæ dignitati consulens, saluti civium invigilans et simul honori medicorum clinicorum prospicere volens, adversus futuram inter pharmacopœos parisienses ejusdem martin aggregationem insurrexerit, ne malevolæ mangonis istius consuetudines legitimo jure consecrarentur.

Re igitur in deliberationem missâ, rogatis et collectis singulorum Doctorum sententiis, ex longè majori suffragiorum numero decrevit Saluberrimus Ordo confugiendum esse ad Supremum Senatum, ad impetrandum placitum vulgo dictum de deffense adversus admissionem dicti martin ad examen quo pharmacopœis parisientibus aggregaretur et sic conclusi

Philip Decanus.

Quod Decretum subsignaverunt M.M. de L'Epine, Guettard, de frasne, et Navier.

4°. De Diario parisiensi dictum est in quo plurima legebantur quæ tum civium saluti, tum medicorum honori et dignitati adversabantur. ad id negotium perpendendum et diarii editores invitendos, saluberrimus Ordo extempore nominavit in deputatos Magistros de Villiers et de la planche, et sic conclusi Philip Decanus.

Denique, damna ex Sublimato corrosivo vulgatiori hodiedum facto, etiam lippos inter et tonsores, cum lugeret Ordo Medicorum universus, invitavit, quotquot collegarum penes erit, de illius abusu inquirere, ut posteà Sapientissimæ administrationi proficuè referri possit. sed peculiari nominatione in deputatos appellavit Ordo saluberrimus Magistros Millin et desbois de Rochefort, præter utrumque pharmaciæ professorem et sic conclusi Philip Decanus.

Anno Domini 1781, Die jovis trigesimâ mensis augusti, facultas saluberrima legitimè convocata fuit, horâ post meridiem tertiâ, ut audiret rationes posterioris anni prioris Decanatûs Magistri DesEssartz.

auditis rationibus, in deliberationem misit Decanus an ratæ et gratæ habendæ essent rationes posterioris anni prioris Decanatûs Magistri DesEssartz et aliæ illius petitiones erga impensa caduca. rogatis et collectis singulorum Doctorum sententiis, ex longè majori suffragiorum numero statuit saluberrimus Ordo summæ expensi addendam esse summam pro impensis caducis ab ipsomet Magistro DesEssartz assignatam et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere M.M. del'Epine, dela Riviere, Maigret et lepreux.

Vix hæc omnia conclusa fuere, insurrexit Magister Lezurier intercedens cuidam petitioni Magistri DesEssartz. re prolixiùs in deliberationem missâ et collectis Doctorum sententiis, unanimi consensu, postulationem Magistri Lezurier censuit saluberrima facultas remittendam esse ad alia Comitia et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignaverunt Magistri de La Riviere, Lucas delauremberg, Bourru et Solier.

Anno Domini 1781, Die veneris trigesimâ primâ mensis augusti, saluberrima facultas legitimè convocata fuit sub hâc verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, Die veneris trigesimâ primâ mensis augusti, anno 1781, horâ decimâ matutinâ, de petitione viduæ clarissimi, dum viveret, collegæ nostri M. pathiot, nec non de rebus ad comitia publica mox habenda pertinentibus Decanum dicentem audituri et posteà deliberaturi.

1°. lectæ fuere a Decano epistolæ duæ, in viduæ M. Pathiot gratiam scriptæ, ut eadem viduæ a facultate concederetur annua pensio. addidit insuper Decanus annuam pensionem viduæ pathiot antea

concessam et per plures annos solutam, Decreto lato die quintâ mensis februarii hujusce anni abrogatam fuisse, ob rationes in eo Decreto contentas. his auditis, re in deliberationem missâ, rogatis et collectis singulorum Doctorum sententiis, ex longè majori suffragiorum numero, statuit saluberrimus Ordo denegandam esse annuam pensionem viduæ pathiot et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignaverunt Magistri de l'Epine, Guettard, jumelin et de frasne.

2°. eâdem die et eisdem Comitiis, indicta sunt Comitia publica ad diem jovis proximum qui sextus erat ~~mensis~~ mensis septembris 1781.

Philip Decanus.

Anno Domini 1781, die jovis sexto mensis septembris, habita sunt, in exterioribus Sorbonæ Scholis, saluberrimæ facultatis publica Comitia ex fundatione Domini Malouin, quæ comitia nuntiata fuerant per schedulam gallico idiomate more solito expressam.

in iis Comitiis propositum est argumentum tale, pro altero premio quod anno futuro proximo 1782 etiam decerneretur, determiner les causes, les signes du Rachitis et sa curation. premium æmulationis extra ordinem alterum proposuit unus e Collegis nostris eodem tempore concedendum in hanc quæstionem: quelles sont les maladies de la moelle, leurs signes et leur traitement. tum lectæ fuere historicæ laudationes Josephi Lieutaud, authore Magistro Laservolle; Bernardi-nicolai Bertrand, auctore M°. Lepreux; juliani Busson, auctore M°. philip Decano. lectæ sunt etiam, alias inter dissertationes, M^i. pajon de capite tæniæ in latiori animalis extremitate, contra universam opinionem detecto; M^i. Morisot-Deslandes de jacobinis veneno tactis die 7.â julii hujusce anni; M^i. Sallin, de Luis hydrophobicæ sede sibi visâ in membranâ medullæ spinalis positâ; M^i. saillant de morbo singulari, petri pouble, horribili scilicet membrorum contracturâ. demùm Magister de la planche de areometro farhenheit universali reddito et de areometro altero variis libramentis instruendo, ut usus universalis fiat. hæc autem oculis subjecta et publicis experimentis illustrata, comitiis finem imposuerunt. aliæ plurimæ superstites erant dissertatiunculæ quæ per temporis angustias legi non potuerunt.

Philip Decanus.

Anno Domini 1781, die veneris quintâ mensis octobris saluberrima facultas legitimè convocata fuit sub hâc verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, die veneris quintâ mensis octobris, anni 1781, horâ decimâ matutinâ; 1°. clarissimorum virorum facultatis deputatorum de novâ vernicum quorumdam inodororum compositione relationem, 2°. Libelli memorialis a dignissimo venerandi admodùm Macloviensis Ecclesiæ Episcopi, nec non meritissimorum ejusdem ecclesiæ Canonicorum Deputato ad Decanum missi lectionem; 3°. illustrissimi Rei ærariæ administri Epistolæ Decano scriptæ lectionem; 4°. clarissimos pharmaciæ professores de rebus ad munera sua pertinentibus dicentes; 5°. clarissimos examinatores Rationum et commentariorum Decanatûs Magistri Des Essartz a mense novembri 1778, ad eumdem mensem 1779, referentes audituri et postea deliberaturi.

in iis comitiis 1°. licet in antecessum nullo modo noverit saluberrima facultas ullum libellum supplicem ad vernices, ut aiunt, inodoros spectantem, nullamque proinde peculiarem missionem clarissimis referentibus impertita fuisset, benignè tamen audivit relationem de vernicibus, ut aiunt, inodoris D.D. dictorum Laboureau et Bernard, a MM. D'Arcet, Le Roux des Tillets, Dumangin et Rollan professoribus factam.

Sic autem se habebat illa relatio, quam anteierat libellus supplex cujus sequitur tenor.

A Messieurs les Docteurs Regens de la faculté de Medecine de Paris.

Messieurs.

Les S.rs Laboureau et Bernard ayant découvert des vernis nouveaux qui paroissent a touts égards meriter la preference sur ceux connus jusqu'a ce jour, ont l'honneur de s'adresser a vous pour en constater publiquement les effets, d'aprés l'examen auquel il les soumettront.

Il est interessant de fixer les idées du public sur ce qui regarde la santé relativement aux vernis, et vous seuls, Messieurs, avés droit de prononcer.

Les dangers, auxquels on est exposé touts les jours dans les appartements nouvellement peints, ont decidé les S.rs Laboureau et Bernard a s'occupper d'un vernis qui non seulement n'eut aucune odeur par lui meme, mais encore ne put par ses parties integrantes mettre en mouvement les principes odorants qui composent la peinture qui, comme vous le sçavés, a pour base une chaux metallique dont les effets sont pernicieux et souvent mortels.

Les proprietés des nouveaux vernis sont

1°. qu'ils different essentiellement des vernis employés jusqu'ici pour les tableaux et les boiseries.

2°. qu'ils ne contiennent aucune substance resineuse et par consequent presque point de principe huileux ou inflammable.

3°. qu'ils ne troublent pas la transparence de la glace ou du verre blanc

dont ils egalent le luisant et la diaphaneité.

4.° qu'ils n'ont ni odeur, ni couleur et peuvent se charger de celles dont on voudra les impregner.

5.° qu'ils peuvent se laver avec une eponge trempée dans une huile douce et claire, sans subir la plus legére alteration.

6.° qu'on peut les enlever dedessus toute peinture a l'huile avec une eponge imbibée d'eau tiede, avantage precieux et desiré depuis long tems pour les tableaux.

7.° Enfin qu'ils otent absolument l'odeur de la peinture a l'huile par leur application aux surfaces qui en sont enduites et par consequent detruisent les effets dangereux qui en sont les suites necessaires et d'une durée plus longue qu'on ne les croit communement.

Les S.rs Laboureau et Bernard ne s'etendront pas sur les effets pernicieux des vernis ordinaires et dont la preuve n'est malheureusement que trop frequente. il est reservé a vos lumieres de prononcer publiquement sur un objet aussi essentiel a la santé des Citoyens. le public faute de connoissance ne pourroit decider entre les nouveaux vernis et l'ancien, si vous memes ne preniés le soin de le lui apprendre d'une maniere speciale en prononçant. ainsi, Messieurs, le public ne pourra que joindre cette nouvelle obligation a tant d'autres qu'il vous doit deja par les soins infatigables que vous prenés pour sa santé; et les inventeurs des nouveaux vernis se croiront trop heureux, si vous voulés bien prendre la peine de rendre temoignage au public de la bonté de leur operation. Suit le Rapport.

Monsieur le Doyen, Messieurs

Les S.rs Laboureau et Bernard voulant soumettre au jugement de la faculté les enduits de leur invention (auxquels ils donnent le nom de vernis) se sont adressés a M. le Doyen pour obtenir des commissaires. mais ces Messieurs ayant de fortes raisons pour desirer que la decision de la faculté fut trés prompte, M. le Doyen a crû pouvoir choisir vos deux professeurs de pharmacie, commissaires nés de ces sortes d'examens, votre professeur de matiere medicale et celui de Chymie. en consequence de ce choix nous nous sommes assemblés plusieurs fois a la faculté, ou, reunis avec M. le Doyen, 1.° nous avons examiné la recette de ces enduits et touts les ingredients qui entrent dans leur formation. 2.° nous les leur avons fait composer en notre presence. 3.° nous les avons soumis a des experiences trés multipliées d'aprés lesquelles nous pourrions etablir un grand nombre d'avantages qu'ils possedent etant employés dans les arts. mais pour nous en tenir a ce qui regarde plus particulierement notre mission, nous nous contenterons de presenter a la faculté ce que nous avons reconnu de leurs proprietés relatives a la santé.

Persuadés que tout ce qui peut rendre un logement plus sain appartient à l'hygiene, cette partie importante de la Medecine, nous n'avons rien negligé dans l'examen qui nous a eté confié et dont le resultat est, 1°. qu'il n'entre dans ces compositions ni esprit de vin, ni huile soit grasse soit essentielle ni aucun principe resineux et que toutes les substances qui servent à les former sont innocentes par elles memes et ne peuvent acquerir par leur mélange aucune vertu malfaisante: 2°. qu'elles ne peuvent exhaler, et n'exhalent en effet aucune odeur: 3°. qu'étendues sur de la peinture soit en detrempe soit à l'huile et qui repand des odeurs pernicieuses, qu'appliquées sur une peinture deja vernie, mais dont le vernis donne lui meme une odeur forte, que placées sur du bois impregné de substances odorantes &c elles ont la proprieté d'enchainer tellement les emanations nuisibles ou seulement desagreables, qu'il n'en exhale plus alors aucune particule odorante. de sorte que nous croyons qu'on pourroit, sans nul risque pour la santé, coucher dans un appartement le jour meme que l'on auroit bien recouvert de ces preparations toutes les peintures qui s'y trouveroient. avantage bien precieux! car tout le monde connoit les effets dangereux et quelque fois mortels des peintures à l'huile et toutes les maladies que peuvent occasionner les differents vernis.

D'aprés ces considerations appuyées sur l'utilité publique, nous pensons que la faculté peut juger favorablement le travail des S.rs Laboureau et Bernard et leur accorder l'approbation qu'ils sollicitent.

fait aux ecoles de la faculté le vendredy cinq octobre 1781.

Signés - D'Arcet, Dumangin, Nollan, le Roux des Tillets.

Auditâ relatione, unanimi consensu illam gratam et ratam habuit saluberrima facultas et sic conclusi Philip Decanus.

2°. de aquis putealibus, Episcopum et Capitulum Macloviensis Ecclesiæ inter et Macloviensem Civitatem lis orta erat, in consilio Regis dirimenda. venerandus abbas de Grandclos melé tum Reverendissimi Episcopi, tum Capituli Macloviensis deputatus, libellum memorialem et alia instrumenta ad eamdem litem pertinentia ipsemet ad Decanum attulit, ut de iis omnibus suum ferre vellet judicium saluberrima facultas. cum verò, lectione privatim a Decano factâ libelli memorialis simul et aliorum instrumentorum, pateret Medicos Maclovienses in eâdem causâ, jam suum tulisse judicium Civitati Macloviensi secundum et propitium, litis istius examen ipsi Decano visum est offendiculum erga saluberrimam facultatem parisiensem. tunc enim parisiensis facultatis saluberrimæ judicium, si Episcopo et capitulo Macloviensibus favisset, Medicorum Macloviensium judicio fuisset duntaxat adequatum. inde secutum fuisset quod Regis consilium quæstionis nodum soluturum, ad aliud tribunal, tertium ejusdem causæ detulisset examen decretorium et definiturum. inpromptu erat vaticinari quodnam fuisset illud tribunal. — nostræ igitur facultatis, perenni studio, auctoritati servandæ invigilans Decanus, ut summum in quibuscumque casibus principatum retineret nostra facultas; Ordini saluberrimo considerationes suas confidenter exposuit. quibus auditis, Re in deliberationem missâ, rogatis et collectis singulorum Doctorum sententiis, ex

longè plurali suffragiorum numero, censuit saluberrimus Ordo non legendum esse libellum memorialem, sed remittendum ad DD. Deputatum, cum Epistolâ a Decano scriptâ, causas et rationes continente et sic conclusi Philip decanus.

3°. lecta est Epistola illustrissimi Rei œrariæ administri (joly de fleury) et continentèr lectus est libellus memorialis de morbô quodam singulari, ut aiunt, puellæ 32 annos natæ, oriundæ è loco dicto Bort apud lemovicenses. quorum Epistolæ et libelli memorialis sequitur tenor.

Versailles ce 27. 7bre 1781

Monsieur L'intendant de Limoges, Monsieur, en reclamant les graces du Roy pour une habitante de sa generalité, qui est attaquée depuis plusieurs années d'une maladie a laquelle on n'a pû jusqu'ici trouver de remede, m'a adressé un memoire qui en contient tout le detail. cette maladie m'a paru trés extraordinaire et je desirerois que la faculté de Medecine put indiquer les moyens de la guerir ou du moins de soulager la malade. je vous prie, Monsieur, de communiquer a la faculté le memoire cy joint et d'examiner s'il n'y auroit pas quelque moyen de la rendre la santé a la malheureuse victime de cette maladie ou au moins d'adoucir sa situation.

j'ai l'honneur d'etre avec un sincere attachement, Monsieur, votre trés humble et trés obeissant serviteur, signé joly de fleury.

au bas
M. Le Doyen de la faculté de Medecine.

Maladie des plus extraordinaires quel'on aye jamais vû.

Demoiselle Marie Raymond fille a feu Antoine Raymond Marchand, et de Demoiselle Jeanne Noellas, habitante de la ville de Bort en Limousin, agée de trente deux ans, d'un temperament gras et sanguin, fut affectée il y aura six ans le huit novembre prochain, d'un coup de sang precedé de vertiges qui la fit tomber dans l'eglise principale de lad. ville pendant la Messe. on la transporta dans sa maison, ou elle fut attaquée d'un point du coté droit trés violent avec vomissement considerable de sang, provenant d'une suppression menstruelle de trois ans. elle fut saignée du bras gauche. le point de coté augmentant, on repeta la saignée du bras. dans le meme tems survint une attaque d'apoplexie qui dura depuis dix heures du matin jusques a onze heures du soir, avec perte de connoissance et convulsions dans le bras droit. on lui appliqua, pendant l'attaque, les vesicatoires aux jambes et aux deux cottés du col. pour lors le Sr. Martin de Gimard, Medecin de la de. ville, lui ordonna une saignée du pied et un lavement de tabac, qui lui rappellerent la vie et la connoissance, quoyqu'elle fut paralysée du bras droit, avec un battement du meme coté sous le temporal et le parietal qui repoussoit la main, elle fut tranquille sans dormir jusqu'a neuf heures du matin. a la meme heure le point de coté et le vomissement la reprirent. on lui rouvrit la veine du bras. elle retomba dans des attaques periodiques d'heure en heure, pendant

la parole, et begayant. le soir elle fut resaignée du pied. elle resta jusques a onze heures sans parler. on lui donna un autre Lavement de tabac qui la fit revenir en vomissant et elle fut tranquille toute la nuit jusques a neuf heures du matin, qu'il lui survint une forte attaque avec ronflement trés fort et mouvements de deglutition. chaque jour a neuf heures du matin elle avoit des attaques qui duroient deux heures, sans connoissance ni sentiment. le Lundy elle prit un vomitif qui reussit et le lendemain elle fut resaignée du pied. elle s'en trouva trés bien. quinze jours durant elle fut tranquille sortant et allant a la Messe. trois jours aprés, les memes attaques revinrent trois quatre fois par jour avec mouvements de deglutition, alienation d'esprit et volubilité de langue, demandant toujours du vin dont elle n'avoit jamais bu, qu'on lui refusoit crainte d'animer son sang trop exalté. elle a presque toujours paru sans fievre. le dix sept janvier elle ne sortit plus de la maison et se trouva tout le corps pesant avec saignement de nez. on lui ordonna des bains de pied qui firent rouvrir la veine de cette partie, comme si on l'avoit saignée, ce qui est arrivé plusieurs fois aprés un an, le sang couloit de meme que dans l'operation. deux jours aprés elle eut une autre attaque qui l'empechoit de parler, sans perte de connoissance et dura vingt quatre heures. il y eut un jour tranquille. le surlendeman a dix heures du matin autre attaque qui dura jusqu'a onze heures du soir avec un hoquet violent, perte de connoissance et de sentiment. ensuite il survint des attaques journalieres de dix a onze heures de durée sans perte de connoissance ni convulsion. elle fut purgée plusieurs fois et jamais aucun remede n'a pû passer au dela de l'estomach. on lui donna meme trois onces de mercure coulant pour ouvrir le pilore inutilement, elle la revomit six semaines aprés. on fut obligé de s'en tenir aux lavements de tabac qui la purgeoient et faisoient vomir. comme les regles etoient toujours supprimées, on mit en usage les plus violents emmenagogues jusqu'a la sabine aux pieds et sur la matrice, mais inutilement. il survint une hemorrhagie par l'oreille et l'oeil droit, qui annonçoit un depot de sang formé lors des premieres attaques dans le ventricule droit du cerveau. on lui appliqua des sangsues a la tempe gauche qui lui rendirent la vue de cet oeil. deux mois aprés vint une attaque violente avec convulsions terribles qui lui paralysa la jambe et la racourcit. une autre attaque peu de tems aprés lui tourna le bras droit sous le dos pendant deux jours et dans une autre attaque on lui retira le bras pour le mettre sur elle. il survint ensuite a la joue droite une rougeur eresipelateuse, avec des grosses vessies. on lui appliqua des sangsues a l'artere temporale opposée. elle fut resaignée du pied. on appliqua des blettes

Sur la joue qui furent endessous couvertes le lendemain de petits vers blancs et ronds. il en est aussi sorti une grande quantité par l'œil droit, les uns rouges et les autres velus comme des chenilles. il est aussi sorti par le grand Canthus du meme œil plusieurs pieces d'os a demi cariées, comme des deniers, des ecailles de poisson et triangulaires, très souvent du Sang par l'oreille, l'œil droit et la narrine du meme coté. il s'est formé un bouton sur la jugulaire droite qui fournit par intervalles du Sang comme une saignée. ces hemorrhagies frequentes comme les gonflements periodiques de l'estomach avec vomissement d'un Sang noir souvent rouge et grumelé annoncent la metastase ou reflus du sang menstruel vers les parties superieures, mais il n'a jamais eté possible de rappeller les regles par touts les remedes qu'on a pû s'imaginer. il survint un eresipelle au bras droit dans toute sa longueur avec des grosses vessies sur lesquelles on appliqua des blettes qu'on trouvoit toujours couvertes en les retirant d'une fourmilliere de vers. il se fit un trou sur la meme main d'ou il sortit un ver blanc et rond de la longueur d'un pouce. ces ouvertures se sont reunies et ne paroissent plus. il survint aprés une douleur au cerveau très violente. une saignée du bras la tranquilisa. Mrs Le Medecin et Chirurgien soussignés ont longtems balancé de lui appliquer plusieurs couronnes de trepan sur le parietal droit, mais ayant murement reflechi sur le reflux menstruel qui se faisoit continuellement, ils ont jugé inutile de la faire souffrir sans pouvoir la soulager. peu de tems aprés elle eut une autre attaque si forte qu'elle parut morte. on la fit pourtant revenir. depuis ce tems les attaques journalieres jusqu'a dix par jour l'ont obsedée. pour lors voyant l'inutilité de touts les remedes, on l'abandonna au secours de la providence. elle reste toujours couchée sur le dos et ses Epaules sont couvertes le plus souvent d'une transpiration sanguine très copieuse qui tache touts les linges et la chemise. elle a perdu l'œil droit et le mouvement du bras et de la jambe du meme coté. dans une autre attaque violente elle demeura vingt quatre heures roide de touts les membres, sans perte de connoissance. on ne finiroit point de rapporter les accidents bizarres, singuliers et extraordinaires qui affectent journellement cette pauvre malade, parlant bien hors des attaques qui la font souvent begayer avec delire, qu'une autre attaque fait disparoitre et lui rend le bon sens. elle a une antipathie invincible pour le pain bis, la soupe au beurre, le son du tambour, le bruit, les cris, la joye, la tristesse la font tomber dans les attaques qu'on taxe de vapeurs. malgré tout les fonctions se font bien, elle a bon appetit, sans jamais dormir, ou très peu, elle parle bon sens avec assés d'intelligence et ne connoit que trop sa triste situation, elle a assés d'embonpoint, le grand air, le feu, et la lumiere lui sont contraires a ne pouvoir les souffrir sans attaque; mais le plus facheux dans cette cruelle, bisarre et extraordinaire maladie est que la jeune Demoiselle affligée n'a d'autres secours que sa mere quinquagenaire qui se trouve, comme elle, quoyque issue d'honnetes gens, livrée aux charités publiques, ce qui doit exciter en leur faveur la compassion

bienfaisante et Charitable des honnetes gens, comme des ames sensibles, le tout quoy nous soussignés certifions sincere et veritable, a la connoissance de touts les honnetes Citoyens de la ville qui peuvent en attester la verité. en foy de quoy avons donné a sa mere le present certificat pour lui valoir et servir ceque de raison et avons signé a Bort en Limousin le trois aoust mil sept cent quatre vingt un./.

Signés Martin degymard, Viallés Chirurgien juré.
D. M.

his omnibus Religiosè pensitatis, exortum est Decretum sequens.

Die veneris quintâ mensis octobris, anno 1781, saluberrima facultas legitimè convocata ut deliberaret de Epistolâ illustrissimi Rei ærariæ Administri ad Decanum missâ, cum libello memoriali morbum virginis annos 32 natæ dictæ Mariæ Raymond exponente; collectis singulorum Doctorum sententiis, unanimi consensu decrevit, Decanum citò citiùs aditurum esse illustrissimum Rei æraria administrum, Ei representaturum in illo supradicto libello memoriali plurima contineri quæ nec veritati, nec rationi consentanea videntur, longè plura quæ scientiæ medicæ et artis experientiæ omninò adversantur. attamen ut magis ac magis studium suum in publicum bonum probaret saluberrimus Ordo, illicò nominavit deputatos Doctores qui de morbo illius supradictæ ægrotantis inter se deliberarent, ut levamen, si fieri possit, et medelam illi possint impertire, cum ab altero libello memoriali de naturâ et statu istius morbi certiores facti erunt et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignaverunt MM. Le Clerc, Nouguez, Coutavoz et Munier.

in deputatos ad illud Medicum consilium facultas statis in Comitiis nominavit Magistros de l'Epine, Chevalier, Pajon, Descemet, Sallin, et le Tenneur et sic conclusi Philip Decanus.

Juxta Decretum latum, quamprimum reverenter adiit Decanus illustrissimum Rei æraria Administrum, eique facultatis vota paucis exposuit tum de morbo, tum de futuro libello memoriali expostulato.

Alter libellus memorialis hactenus desideratur. Philip Decanus.

4.° auditi sunt Clarissimi pharmaciæ professores de rebus ad munera sua pertinentibus dicentes, scilicet de suppressione legalium instrumentorum quorumcumque circa ea quæ pharmacopolam dictum l'abbé Dumesnil spectabant.

Jamdudum noverat saluberrima facultas illum pharmacopolam l'abbé Dumesnil qui a tribunali dicto Le grand Conseil jus officinam pharmacopoieticam habendi mutuabatur, ejusdem esse farinæ ac illum Martin de quo mentio facta fuit in decreto lato die veneris 17.ª mensis Augusti proximè elapsi. Statim igitur

res instructa fuit et in deliberationem missa. Rogatis et collectis singulorum Doctorum sententiis, unanimi consensu decrevit saluberrimus Ordo nullum instrumentum legale circa ea quæ pharmacopolam dictum l'abbé Dumenil spectant, nec posse, nec debere supprimi, rem vero integram servandam esse et sic conclusi Philip Decanus.

5°. Eandem audita est relatio deputatorum de rationibus et commentariis Decanatus Magistri DesEssartz, a mense novembri 1778 ad eumdem mensem 1779. cujus relationis sequitur tenor.

Quam in Rationibus et Commentariis primorum annorum Decanatus Clarissimi Collegæ Magistri Des essartz administrationem religiosam non ita pridem approbavistis, Decane vigilantissime, viri Medicinæ proceres, hanc in tertio sui Magistratus anno recognovimus. muneris nobis commissi duplex officium: prius, historiam eorum omnium quæ per hujus anni curriculum acta sunt attento examini subjicere, ut pote annalibus hujus academiæ mandanda posterisque nostris relinquenda. posterius, rationes accepti et expensi æquâ lance trutinari, ut universo Ordini nostro penitùs innotescant rei numerariæ status præsens et conditio. eheu! in dies crescunt debita! ut ut sit utrique objecto pro viribus satisfecimus, coram vobis posteà sincere relaturi. asserere vobis nos juvat et decet commentaria sive rerum gestarum seriem, circum=stantias, tempora, nitidè, fideliter et ordinatè disponi ac referri, verbis consecratis exprimi absque prolixitate et sermonis inani profluentiâ, eventus quoscumque et singulos loco suo et appositè collocari, styloque concinno unicuique narrationi proprio exarari; adeò ut assensum nostrum unanimem, plaususque nostros sibi præripiat.

non minor in rationibus sive rebus numerariis enitet candor. in accepto tenui, sed in expenso numerosissimo nitidus ordo, par ubique fidelitas. quam paucis abhinc annis novam computandi methodum simpliciorem, faciliorem que excogitaverat Clarissimus Collega noster, impensarum cuncta capita in totidem articulos distribuendo, hanc in hodiernis rationibus edendis constanter secutus est, nec immeritò. etenim eâ duce, non promiscuè sed sigillatim objecta impensarum varia compensantur, trutinanturque. hujus methodi ope et tabularum testimonialium (pieces justificatives) ex ordine dispositarum quæ sunt præ manibus, longè facilius innotescit summa totalis et dijudicatur an error irrepserit, nec ne.

Opinamur insuper quæcumque tum in historiâ, tum in rationibus Magistri DesEssartz continentur, digna esse quæ in Commentariis saluberrimæ facultatis inscribantur. referebamus coram facultate die 5.ª 8bris 1781.

Subsignaverunt MM. Le Clerc, Millin, Maigret, Dumangin et nollan.

Collectis Doctorum sententiis, unanimi consensu ratam et gratam habuit Ordo saluberrimus relationem clarissimorum deputatorum de rationibus et commentariis Decanatus M.ri DesEssartz a mense 9bri 1778 ad eumdem mensem 1779 et sic conclusi

quod Decretum subsignavere Magistri Le Clerc et nollan. Philip decanus

Anno domini 1781, die jovis decimâ octavâ mensis octobris quæ Sancto-
Lucæ medicorum orthodoxorum patrono dicata est, in scholarum sacello
celebratum fuit sacrum solemne et post sacrum appantores suas supra mensam
in aulâ Comitiorum posuerunt fasces, quæ statim iis pro bonâ et fidâ agendi
ratione laudatis fuerunt reddita, sic volentibus Doctoribus omnibus; sed prius-
quam eas acciperent fasces, fidem suam adstrinxerunt solito sacramento.

Solitum pariter dixerunt sacramentum Baccalaurei.

his peractis, legit Decanus Epistolam ad se missam a D. Samoïlowitz
omnium Russiarum imperatricis collegiorum assessore, Doctore medico, Moscoviensis
Senatûs Chirurgo primario et uno inter deputatos adversus pestem nominato.
cujus Epistolæ sequitur tenor.

Monsieur et trés illustre Doyen,

je prends la liberté de vous adresser six exemplaires d'un petit prospectus
d'ouvrage sur la peste, en vous priant de vouloir bien en offrir un a votre
illustre et sçavante faculté, d'en accepter autant, et de distribuer les quatre
autres aux plus anciens. notre auguste imperatrice ayant appris avec quel
zele je m'etois livré au soin des pestiferés, m'a chargé de nouvelles tentatives
pour detruire cette cruelle maladie. je n'offre en cet opuscule que

quæque ipse miserrima vidi,

et quorum pars magna fui.

je serai trés flatté si cet essai peut interesser la faculté de Medecine qui
triompha de ce fleau a marseille. puisse cet hommage vous prouver
mes sentiments d'admiration et de respect pour le plus sçavant corps de
l'Europe, auquel je vous prierai de me permettre d'adresser de Russie ce
qui me paroitra propre a l'interesser.

j'ai l'honneur d'etre trés respectueusement

Monsieur et trés illustre Doyen

Votre trés humble et trés obeissant
serviteur D. Samoïlowitz

Paris ce 13 8.bre 1781.

Quâ auditâ Epistolæ lectione, re in deliberationem missâ et collectis Doctorum
sententiis, ex longè majori suffragiorum numero et artis progressuum desiderio
mota decrevit saluberrima facultas gratias agendas esse M.o Samoïlowitz
tum propter donum præsens, tum propter dona futura quæ ad facultatem
in posterum mittet vir Clarissimus et sic conclusi Philip Decanus.

2.o Licet negotio ad reverendissimum Macloviensem Episcopum et ad
ejusdem ecclesiæ capitulum spectanti quoad litem facultas saluberrima
implicare se nec posse nec debere deliberaverit, die veneris quintâ hujusce
mensis, attamen postulantibus D.D Episcopo Macloviense et canonicis Ecclesiæ
ejusdem Civitatis, actum est de aquis Civitatis Macloviensis putealibus quæ

litti ansam præbuere. Reverendissimus Episcopus et Canonici Maclovienses religiosè dubitantes an illæ puteales aquæ nocivæ forent necne, vividoque moti desiderio, legitimâ auctoritate animos suos confirmandi de illarum aquarum statu et dotibus, petierunt a facultate ut aquas illas puteales examini subjicere vellet facultas, quarum aquarum sufficiens quantitas quamprimum afferretur. his rationum momentis impulsa saluberrima facultas ad id examen deputatos nominavit Magistros Majault, d'Arcet, Maigret, Solier, delaplanche et ambos pharmaciæ professores scilicet Magistros le Roux des Tillets et Dumangin et sic conclusi

Philip Decanus.

3°. verba fecit Magister pajon de Moncets de diebus feriatis a professoribus indictis, quarum creverat numerus, irritis facultatis legibus quæ jubent ut professores legant diebus non feriatis quibuscumque. at pluribus reclamantibus Doctoribus nil deliberatum est et sic terminata fuere habita, die Divo Lucæ sacrâ, facultatis Comitia.

Philip Decanus.

Postridie verò post Missam pro defunctis habita sunt solita et pro statutis libera Comitia. accesserunt pharmacopæi prætoriani qui pro more antiquo et pro pacto cum facultate jam a centum et ultra annis inito suum dixerunt sacramentum. cum vero nullus è Chirurgis venerit, suam per accensum publicum repetiit protestationem saluberrima facultas.

Philip Decanus.

iis in Comitiis dixit Decanus res ærarias facultatis non solum exhaustas esse, sed etiam alieno ære oppressas, proindeque propositum est a Decano, an summa 40 vel 42000 libellarum fœnori subdita expostularetur, ad cujus negotium omnem agendi copiam Decano facere vellet saluberrimus Ordo. re in deliberationem missâ, collectis Doctorum sententiis, ex longè majori suffragiorum numero Decrevit saluberrima facultas summam summæ debitæ æqualem mutuandam esse, ad cujus negotium omnem agendi copiam Decano fecit saluberrimus Ordo et sic conclusi

Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere MM. Guettard, Le Clerc, Des Essartz, Baget.

2°. Superius Decretum sequentem determinationem peperit et ad Oeconomiam in domesticis saluberrimæ facultatis rebus comparandam in deputatos nominati sunt iidem Doctores qui ad examen rationum et commentariorum Decanatûs tertii anni Magistri Des Essartz deputati fuerant et sic conclusi

Philip Decanus.

3°. propositum fuit a Magistro Lezurier ut vires intenderentur ad nostram deffensionem adversus regiam societatem. re in deliberationem missâ et collectis Doctorum sententiis, ex longè majori suffragiorum numero Decrevit

Saluberrimus Ordo nunc nos esse convocandos facultatis Deputatos ad nostram deffensionem adversus regiam medicam Societatem, sed liceret Decano illorum Deputatorum convocationem promovere, juxta negotii et temporum urgentem necessitatem et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere MM. Lezurier, Sallin, Maigret et Solier.

Anno Domini 1781 Die Sabbati tertiâ mensis novembris, horâ decimâ matutinâ, post sacrum, Saluberrima facultas legitime convocata fuit ut Eligeret 1°. Decanum, professores et Bibliothecæ præfectum, 2°. Scribam comitiorum prima mensis dictorum, nec non unum ad eadem Comitia Deputatum.

His in Comitiis Decanus e munere decedens ordini saluberrimo gratias amplissimas egit, quod difficile facultatis gubernaculum adeò debilibus manibus commisisset.

Sic autem se habebat oratiuncula.

Jamdudum superbiæ hostis infensissimus, venerande admodum Antiquior Scholæ Magister, viri Medicinæ proceres, amantissimi Collegæ, Modestiam a me præsertim colendam esse eo potiori jure opinatus sum, quo virtus illa, numquam satis prædicanda, mihi magis congruens magisque necessaria mihi videretur. Ecce autem præclara victrixque superbiendi occurrit occasio. ab illâ blandissimè allectus, novo recentissimoque fœdere nunc quidem cum superbiâ pacem non invitus habui et a vobis factum est istud. nec tamen mirabile sit in oculis nostris, auditores ornatissimi, quippe quod ineluctabile necessitatis imperio decernatur ac determinetur. quis enim ad superbiendum repentinâ proclivitate non raperetur, dum inter gregarios milites repositus, ex libero civium concursu, annuentibusque illorum votis ad supremam reipublicæ dignitatem statim promovetur. nil mirum igitur si non absimilis fuerit in me improvisa sentiendi mutatio, dum, jubentibus vobis, reipublicæ nostræ gubernaculo timidam manum primùm admovi et in Decanali solio summâ vestrâ benignitate sedi cumulatus. acceperam unde gloriari liceret. superbiæ itaque libenter parui et hactenus inter jura mihi a vobis honorificentissimè concessa, superbiendi jus primum locum, me judice, obtinuit et conservavit. at verò ne in vitium vertatur, obsecro, ille animi mei laudabilis affectus. nedum insolentis jactantiæ retineat aliquid, beneficiorum vestrorum amplitudinem sincero colore veriùs repræsentat, illorum memoriam altiori mente reponit et intimos grati animi sensus apertius exprimit atque testatur. quin imò in gerendâ reipublicæ personâ, in sustinendis omnibus Magistratus officiis, si unquam opus esset, honorabilem stimulum admoveret atque incitamentum. illa tamen superbia quam palam profiteor et a dato munere legitimè ortam prædico, de onere imposito nihil quidquam detraxit. in omnibus æquè verax bonâ fide

fatebor onus esse ipsismet angelicis humeris tremendum. ignoscatis itaque, rogo, clarissimi Collegæ; si per annum mei Magistratûs, non quædam tantum, sed plurima reprehendenda reperiatis. quæ præcipua acta fuerint paucis exponam, benigniter audiatis.

Vix primum Decanatûs limen tetigeram, cum leges vestras a protervo juvene conculcatas, antiquissima jura vestra aut contempta, aut lacessita, et Demum Superiores Magistratus erga me in gravissimum errorem impulsos et deceptos ægerrimè vidi. dum de audaci consilio, de temerario tentamine, de falsis delationibus, nec non de versutâ struendarum insidiarum arte dico, subitò certè præsagitis, auditores, a quo fonte fluant istius modi facinora et in quorum hominum cœtu sontem, rectiùs dicam sontes manifesto comperietis. ut ut sit, audaciam protinus feliciter compressi, nefanda proposita felicius disturbavi, ipsosmet felicissimè errore liberavi Magistratus et illorum oculis eo magis veritas fulsit, quo magis obscurata fuerat. vestræ tandem leges, jura vestra tecta et inconcussa remanserunt. post breves inducias novam experti sumus aggressionem et quod pejus erat, sub fallaci officiorum et beneficiorum specie callidè larvatam. neminem fugit quanti momenti erat lis inter Procuratorem Catholicum et Saluberrimum Ordinem de Regentiâ concedendâ dolosè suscitata. sed auspice supremo senatu triumphavimus; nuncque et per sæcula in Collegas saluberrimi Ordinis jurisdictio magis, magisque confirmata vigebit. quid deinceps nobis machinati sint ii quos merito jure hostes appellamus, hactenus me prorsùs latet. nihil quidem apertè moliuntur; clàm fortasse aut novas insidias parant, aut nocturnos imitantur fures qui absentibus aut dormientibus civibus, aliena bona subripere tentant. interea pacem et concordiam inter nos diligenter coluimus, ut vires Reipublicæ nostræ magis ac magis restaurarentur, sicque Leonis quietem imitando, eosdem hostes ad primam aciem impetu terribili frangamus.

Cœtera quæcumque pro more solito acta fuere. Comitia publica bis hoc anno academico habita sunt. priora, die vigesimâ octavâ mensis X^bris proximè elapsi, posteriora, die sextâ septembris subsequentis, quarum ceremoniarum memoria necessariò necessariò nos ducit ad luctum. quatuor è Collegis nostris dira nobis abstulit libitina. desideramus hoc anno nempe Magistros Lieutaud et Dutton quorum encomia in ultimis publicis comitiis celebrata fuere, et Magistros Casamajor et Berlin, quorum manibus in futuris publicis comitiis debitæ laudes persolventur.

extra scholarum cancellis nihil ferè actum nosco quod notatu dignum sit. unum igitur, auditores ornatissimi, mihi superest exoptandum ut amplissimas gratias meas benignis auribus accipiatis et rata grataque habere dignemini quæcumque in Magistratu meo peracta fuere. nihil enim egi quod ad maximum saluberrimæ matris honorem et emolumentum vertere conatus non sim, cum ipsi sacramento nunquam flagranti studio, obsequioque perenni devinciar. illud tandem erit ultimum nec minus fervidum votum, ut insignia Decanatûs mihi a vobis honorificè concessa et nunc cum animo benè memori coram vobis deposita, robustioribus humeris imponere velletis.

quæ alia eâdem die peracta fuere in alio Commentario legentur. Philip Decaney.

Comitia Menstrua prima mensis Dicta habita a Die Sabbati quartâ mensis novembris anni 1780 ad Diem Sabbati tertiam novembris 1781 Magistro Josepho Philip intervallao, Decano.

Cum pluribus abhinc annis alteram comitiorum Menstruorum prima mensis dictorum formam constituerit Saluberrima facultas, et peculiarem eorumdem Comitiorum nominaverit Scribam qui in proprio commentario seorsim referret ea omnia quæ non tantum de morbis Epidemicè grassantibus, verum etiam de sporadicis, de casibus notatu dignis, de cadaverum sectionibus, de remediis jam notis, melius noscendis, aut ignotis, examine Chemico vel usu prudenti tentandis, uno verbo de iis omnibus quæ ad medicæ artis incrementum pertinere possunt, a Doctoribus dicerentur et proponerentur, satis erit hic indicasse dies quibus hæc Comitia habita fuere, additis solummodo rebus, rarissimis quidem, de quibus extemporaneâ deliberatione statuerit Saluberrima facultas.

Comitia menstrua prima mensis dicta, mensis novembris 1780, — habita sunt pro secundâ vice die mercurii 15.ª

Eadem Comitia habita fuere die veneris 1.ª decembris, anni 1780.

in iisdem Comitiis Ordo Saluberrimus in deputatos ad negotium Dominæ Dumazis nominavit eosdem deputatos quos antea appellaverat ad — examinandam novam methodum utensilia cuprea stanno obducendi, scilicet Magistros Majault, Sallin, D'Arcet, et de la planche et sic conclusi

Philip Decanus.

Comitia publica habita fuere die jovis vigesimâ octavâ mensis — decembris 1780 in exterioribus sorbonæ scholis.

Comitia menstrua prima mensis dicta habita sunt die lunæ 15.ª mensis januarii 1781.

Eadem Comitia habita sunt die lunæ 5.ª februarii ejusdem anni.

iterum die lunæ 19.ª ejusdem mensis.

Eadem Comitia habita sunt die jovis 1.ª mensis martii ejusdem anni.

iterum die jovis 15.ª ejusdem mensis.

Eadem Comitia habita sunt die lunæ 2.ª mensis aprilis ejusdem anni.

in iisdem Comitiis Saluberrima facultas audivit Relationem Doctorum deputatorum scilicet M.M. Le Roux des Tillets et Dumangin pharmaciæ professorum et M.M. Descemet et Mathey qui cosmeticum medicamentum a D. Le Cointe propositum examinaverunt. sic autem se habet ista relatio.

Rapport fait a la faculté au sujet d'un Elixir proposé par Monsieur Le Cointe.

Monsieur Le Doyen, Messieurs.

Vous nous avés chargé d'examiner un Elixir de la composition du Sr. Le Cointe. pour remplir vos vües avec toute l'exactitude dont nous sommes capables, nous avons eté chez le Sr. Le Cointe, ou nous avons vü les drogues qui entrent dans la composition de l'elixir et leur melange dans un matras. aprés avoir fisselé et cacheté le matras nous nous sommes retirés. lorsque la digestion des drogues a eté faite, le Sr. Le Cointe nous a representé le meme matras fisselé et cacheté. aprés la filtration nous avons reconnu dans le residu une partie des drogues que nous avions vü mettre dans le matras.

L'elixir du Sr. Le Cointe est destiné a des usages exterieurs, tels que la toilette du matin, celle du soir, la toilette de garderobe, les bains, les coupures, piqures, blessures de toute espece. il le dit propre a raffermir les gencives, a conserver les dents, a prevenir le mauvais air et a detruire les boutons.

nous convenons que cet elixir peut avoir les propriétés que le Sr. le Cointe lui attribue, excepté pour les boutons dont il n'est pas toujours indifferent de repercuter l'humeur. mais la grande ressemblance du remede du Sr. Le Cointe, tant avec des recettes de votre codex que d'autres pharmacopées egalement propres a remplir les memes indications, ne nous permet pas de le regarder ni comme un remede nouveau ni comme necessaire.

D'aprés ces considerations nous pensons que la faculté ne doit pas lui accorder son approbation. ce deux avril 1781

Signé Descemet, Dumangin, Le Roux des Tillets et Mathey.

Auditâ relatione, rogatisque Doctorum sententiis, ex conclusione deputatorum, unanimi consensu, suam D°. Le Cointe approbationem denegavit saluberrimus Ordo et sic conclusi Philip Decanus.

Eadem comitia menstrua habita sunt iterum die mercurii decimâ octavâ ejusdem mensis.

Eadem comitia habita sunt die martis primâ mensis maii ejusdem anni.

iterum die mercurii 16.â ejusdem mensis.

Eadem Comitia habita sunt die veneris primâ junii ejusdem anni.

iterum die veneris 15.â ejusdem mensis.

in iisdem menstruis comitiis, die veneris 15.â junii habitis, facta est relatio deputatorum qui examini operis Collegæ nostri Magistri Jeannet des Longrois, de phtisi pulmonari prepositi fuerunt; cujus relationis sequitur tenor.

L'ouvrage que la faculté nous a chargé d'examiner contient des recherches utiles et de bonnes vûes sur la pulmonie. mais ce qui nous a parû en faire le principal merite, c'est le traitement methodique de cette maladie, relativement a ses causes, a ses complications et a ses differents periodes. convaincus que le traitement uniforme de la pulmonie doit etre compté au nombre des causes qui en rendent la guerison si difficile et si rare, nous pensons que l'auteur procurera un grand bien a l'humanité, en presentant aux jeunes Medecins des regles sures et precises pour l'administration des moyens curatifs dans les differentes circonstances. guidés par les lumieres dont l'ouvrage est rempli ils ne peuvent manquer de guerir toutes les pulmonies curables. ils le feront encore plus surement, quand l'experience leur aura donné, sur cet important objet, des connoissances qu'on ne trouve point dans les Livres.

nous estimons donc que la faculté peut honnorer de son approbation l'ouvrage dont nous venons de lui rendre compte. ce 15 juin 1781

Signé Morisot deslandes, Descemet, Coutavoz, de la planche.

Collectis Doctorum sententiis, auditam relationem ratam et gratam habuit saluberrimus Ordo et unanimi consensu deputatorum conclusioni adhæsit et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignaverunt MM de l'epine, de Laurembert, Baget, desbois.

Eadem Comitia menstrua habita sunt die lunæ 2ª. julii ejusdem anni. iterum die lunæ 16ª. ejusdem mensis.

eadem Comitia habita sunt die mercurii 1ª. augusti ejusdem anni.

in iisdem Comitiis, clarissimus Collega noster Magister Saillant cum expostulaverit deputatos medicum consilium inituros erga morbum chirurgi cujusdam nomine petri pouble, horribili membrorum contracturâ correpti, saluberrimus Ordo nominavit MM Majault, DesEssartz, Dumangin, et Coutavoz, præter MM de L'Epine, Lezurier, Sallin et Solier, qui deputatorum ad comitia menstrua prima mensis dicta munus exercentes, ad talia præbenda consilia ex primitivâ nominatione deputati constituebantur et sic conclusi

Philip Decanus.

iterum habita sunt eadem Comitia menstruae die jovis 16ª. ejusdem mensis augusti.

Eadem Comitia habita sunt die sabbati 1ª. septembris ejusdem anni.

Comitia publica habita sunt in exterioribus sorbonæ scholis, die jovis sexto mensis septembris ejusdem anni.

Comitia menstrua habita sunt die lunæ 1ª octobris ejusdem anni. iterum die lunæ 15ª. ejusdem mensis.

In isdem Comitiis, die lunæ decimâ quintâ ejusdem mensis octobris habitis, clarissimus Collega noster Magister Doublet legit libellum memorialem a se confectum de iis omnibus quæ attinent ad hospitium loci dicti Vaugirard, in quo tum gravidæ mulieres, tum puerperæ, tum nutrices, infantesque venereâ lue laborantes curantur.

postea postulavit idem collega noster ut ipsi per facultatem liceret typis mandandi supradictum libellum memorialem. postulata concessit saluberrimus Ordo et sic conclusi Philip Decanus.

Eadem Comitia menstrua habita sunt die veneris secunda mensis novembris ejusdem anni 1781.

Sequentia videbuntur in sequenti commentario.

Philip Decanus.

Res gestæ
in academiâ parisiensi
a Die sabbati quartâ mensis novembris anni 1780
ad Diem sabbati tertiam mensis novembris anni 1781
Magistro Josepho Philip, intervalloo, Decano.

Anno Domini 1780, die quartâ novembris, habita sunt in Collegio Ludovici Magni Comitia tribunalis academici, quibus in Comitiis primum adfuit M. josephus Philip, novus Medicinæ Decanus et primum adfuit M. Simon fremyn de fontenille, novus galliæ procurator.

his in comitiis auditi sunt varii supplices prolitteris nominationis. deinde lecta sunt et recognita quæ superius acta fuerunt et statuta.

Eodem anno die 2ª. Xbris. post auditos supplices, Rector amplissimus premii eloquentiæ latinæ ad annum 1781 proposuit. tum indicta est dies 12ª. Xbris ad supplicationes ad ædem deo sacram apud premonstratenses, quæ quidem eâ die duodecimâ celebratæ fuerunt.

Eodem anno die 18°. Xbris horâ septimâ matutinâ, habita sunt Comitia tribunalis academici ad instructionem seu confirmationem novi Rectoris M. petri Duval, inquibus placuit distribui apparitoribus dimidiam partem sportulæ deputatis erogari solitæ in comitiis generalibus, id est trium libellarum sportulam.

Die 27ª. Xbris universitas ivit versalias suum Regi et Reginæ dolorem de morte augustissimæ Romanorum imperatricis significatura.

Die 29ª presentibus adjunctis, auditæ sunt et probatæ rationes accepti et expensi, ex quibus rediit ad universitatem summa 9677.lt 16s. 3d. quæ summa deposita est inter manus M. Joannis Delneuf, novi quæstoris.

Anno Domini 1781, die 13.ª januarii, habita sunt comitia tribunalis academici, in quibus auditi sunt supplices, lecta sunt quæ fuerant superius statuta. gratè accepta sunt isocratis opera in gallicum sermonem versa a M. auger, et dono data.

Diebus 31.ª januarii et 1.ª februarii oblati sunt de more Cerei.

Die 3.ª februarii, habita sunt solita comitia in quibus auditi sunt supplices, lecta et recognita quæ superius fuerant statuta. probatæ sunt rationes quæ pertinent ad premiorum distributionem. summa expensi superat acceptam 281.lt 1.s 1.d demum quod Medicinæ Decanus, sui ordinis nomine, Bibliothecæ universitatis, deputatis et officiariis, la dono ~~dedit quæ~~ acta et prolata fuerant in publico et anniversario conventu, annis 1778 et 1779, placuit donum oblatum cum summâ grati animi significatione accipi.

Die 3.ª martii habita sunt more solito comitia. indictæ sunt supplicationes universitatis in diem 16.m &c. postremò dictum est potestatem esse faciendam M.º Basly procuratori forensi universitatis, accedendi, universitatis nomine, ad causam saluberrimæ facultatis pendentem in magnâ curiâ, occasione Decretorum quæ ab eâ lata sunt, die 13.ª januarii 1779 et die 11.ª 9.bris 1780, necnon intercedendi arresto à supremâ curiâ, requirente illustrissimo procuratore Catholico, lato die 22.ª X.bris proximè elapsi.

Die 13.ª Comitia generalia ad aperiendum nominationum volulum. probatæ sunt rationes accepti et expensi a M.º Maltor universitatis Bibliothecario per annum 1780. residua fuit summa 823.lt 2.s 8.d

Die 16.ª supplicationes universitatis in sacello harcuriano.

Die 7.ª aprilis comitia ordinaria tribunalis academici. M. huré Clericus Rothomagensis, Doctor aggregatus ad Rhetorum Ordinem, licentiam petiit aperiendi pædagogium.

Die 24.ª celebrata est synodus Beneficiorum universitatis.

Die 5.ª maii, comitia ordinaria &c. concessa est M.º huré Licentia aperiendi pædagogii. deinde dictum est senatus Decretum in causâ saluberrimæ facultatis, in commentariis universitatis esse inscribendum.

Die 26.ª maii, exceptus est a Tribunali Rituum Magister universitatem invitans ad exequias Romanorum imperatricis in basilicâ parisiensi, die 30.ª hujus mensis celebrandas.

Die 30.ª peractum est exequiale sacrum.

Die 2.ª junii, solita comitia tribunalis academici. auditis supplicibus, et recognitis quæ superius acta fuerant, indictæ sunt supplicationes in diem 20.m hujusce mensis.

Die 12.ª junii, celebratæ sunt, universitatis jussu, in sorbonæ sacello, exequiæ Romanorum imperatricis. posteà in exterioribus sorbonæ scholis orationem funebrem habuit M. Dupuis Rhetor in Lexovæo.

Die 20.ª supplicationes universitatis in Ecclesiâ S.ti Eustachii.

Die 7.ª julii, habita sunt more solito Comitia tribunalis academici

Die 4.ª augusti, eadem comitia tribunalis academici, in quibus multi se stitere supplices.

Die 7.ª augusti, præmiorum distributio.

Die 11.ª ejusdem mensis augusti, auditæ sunt rationes quas exhibuit M. Joannes Delneuf, quæstor Universitatis, quibus quidem constat superesse universitati summam 25208.lt 14.s - placuit summam 20000 annuo fœnore committi illustrissimis trium minoris Britanniæ Ordinum proceribus, reliquum inter manus quæstoris ad usus quotidianos reservari.

Die 18.ª habita sunt in antecessum Comitia Tribunalis academici. — indicta est dies jovis 4.ª 8.bris ad supplicationes universitatis.

Die 4.ª 8.bris Comitia centuriata universitatis ad sacras supplicationes apud sanctimoniales Carmelitanas in suburbio sancti jacobi.

Die 6.ª Comitia ordinaria. auditi sunt supplices et lecta quæ legenda. Chartas geographicas obtulit Magister Grenet quinti Ordinis professor in Lexovæo, quæ, grato animo, acceptæ sunt. obtulit quoque M. Mesmer, non verò propriâ manu, septem exemplaria operis faits relatifs au Magnetisme animal. placuit accipi et unum exemplar ad Bibliothecam reservari.

Die 12.ª Comitia ad instructionem seu confirmationem novi Rectoris V. C. M. Petri-Matthiæ Charbonnet, Rhetorum alterius in Mazarinæo.

Die 24.ª indictæ sunt extra ordinem supplicationes ob serenissimum Delphinum hesternâ die natum versaliis, horâ sesqui primâ pomeridianâ.

Die 27.ª Supplicationes Eucharisticæ in Ecclesiâ sancti Sulpitii, amplissimum et frequentissimum Rectori Comitatum præbentibus cujusque facultatis Doctoribus, Magistris et clientibus, tum eundo, tum redeundo.

Die 28.ª ejusdem mensis octobris 1781, Tribunal academicum Regem adiit, versaliis, de faustissimâ serenissimi Delphini recente nativitate Regem Congratulaturum.

Philippe Decanus.

Res Gestæ

apud Chirurgos parisienses San-Cosmianos

a Die sabbati 4.ª mensis novembris 1780, ad diem sabbati 3.am novembris 1781.

M.º Josepho Philip, intervalleo-glandatensi, Decano.

Antequam in nostris Commentariis inscribamus nomina Candidatorum qui hoc anno academico, in sodalitium Chirurgorum parisiensium admissi fuere, vanum quidèm esset et supervacaneum notare, quod toties notatum jam fuit, cuncta semper in eorum scholis de more solito sese haberi; exceptis uno vel altero, rudes esse cæteros et omnino agrestes in idiomate latino; denique singulos candidatos a Decano et ambobus chirurgiæ professoribus interrogatos fuisse. Satis itaque sit hic addere eos omnes qui Magisterii lauream adepti sunt, litterarum suarum exemplar ad Decanum attulisse.

itaque, hoc anno academico admissi sunt

Die sabbati 26.ª maii 1781 Josephus Carboué,
Die sabbati 16.ª junii Joannes-Josephus Sue,
Die sabbati 29.ª 7bris Josephus Sedillot,
Die sabbati 13.ª 8.bris Josephus-Stephanus Andravi.

ineunte mense januario anni 1781, accepit Decanus Epistolam sequentibus verbis expressam.

a la pitié ce 10 janvier 1781

Monsieur

Il y aura le Lundy 29 de ce mois au Bureau de la pitié, sur les trois heures, concours pour remplir deux places de Chirurgiens — gagnants-maitrise, dans les maisons de la salpetriere et Bicêtre.

Les aspirants sont les S.rs Colon, Girardeau, Reuche, Reyne et Sedillot, dont deux après le rapport de MM les examinateurs seront choisis et nommés par le Bureau pour remplir les dites places.

j'ai l'honneur, Monsieur, de vous inviter de la part de l'administration a vous trouver suivant l'usage a cet examen.

je suis avec respect

Monsieur

votre très humble et très obeissant Serviteur

signé Sasserie

qui erat administrationis scriba et tabularius.

itaque, juxta monitum, indictâ die Decanus se contulit ad domum vulgo dictam La pitié. quatuor tantùm candidati concurrentes aderant, nempe MM. Colon, Girardeau, Reuche et Sedillot. recesserat enim e certamine M. Reyne.

Eâdem horâ adfuerunt tum primarii Regis chirurgi Legatus, tum quatuor Chirurgorum parisiensium sodalitatis præpositi, qui quinque duntaxat examinatorum partes egerunt, erga quatuor concurrentes candidatos. Decanus enim mutam præsidis personam repræsentat. attamen, cum post uberrimas quæstiones sat et sufficienter compertum est de doctrinâ cujusque candidati, cum illi quinque examinatores sententias suas inter se recollegerint, cui aut quibus palmam deferunt, nunciant Decano, qui victores athletas proclamat et clarissimis — illius administrationis viris commendat. Sic invaluit usus.

Laurum collegerunt Colon et Girardeau. prior ad castellum dictum vulgò Bicêtre, alter ad Domum dictam de la salpetriere se contulerunt ibi per sex annos integros piam pauperibus ægrotantibus operam daturi, deinceps Magisterii Lauream consecuturi.

Salvus tamen et integer fuit cæterorum concurrentium honor.

* Notandum est in isto concursu, candidatos verbis tantùm, non operâ dimicasse.

Res aliter sese habuit et quidem urbaniùs magis ex parte Reverendissimi prioris nosocomii Charitatis, dum, eodem anno 1781, ageretur de futuro concursu in eodem charitatis nosocomio.

1°. plurimos ante dies, ipse prior adiit ædes Decani ~~eum~~ invitaturus ad futurum concursum.

2°. nulla jam erat indicta dies, sed mutuo consensu indicta fuit. prior et decanus simul elegerunt diem sabbati septimam mensis julii.

3°. Decanus exuit personam mutam et non solum præsidis munus, sed interrogantis et proindè examinatoris officium adimplevit.

4°. iidem fuere examinatores ex parte chirurgorum parisiensium, scilicet primarii Regis chirurgi Legatus et quatuor præpositi. sed quæstiones suas non proposuere, nisi post decanum qui exordium duxit. cum, insuper, sex erant examinatores, jus erat Decano controversiam dirimendi, si examinatorum vota essent ad æqualia, et in utramlibet partem proclinandi.

Gratissimæ quidem erant istæ proximi concursûs prælusiones et Decanum non fefellit eventus.

indictâ die sabbati septimâ mensis julii 1781, horâ octavâ matutinâ, Decanus se contulit ad supradictum charitatis nosocomium, ubi a Priore

perhonorificè receptus est et ductus in aulam majorem hujus conventûs. eâdem horâ convenere pariter tum primarii Regis chirurgi vicarius, tum chirurgorum parisiensium propositi.

Sedentibus itaque judicibus, in arenam descenderunt octo concertantes scilicet quatuor electi inter alumnos ejusdem nosocomii charitatis, et par numerus candidatorum externorum.

Erant autem charitatis alumni jacobus Guibert, petrus Tellier, jacobus-Thomas Marquais, Jacobus edmond-Codé.

Externi vero antonius Chenaye, joannes-Baptista jacobus Tillaye, petrus la Motte, et .... Lucas.

ii omnes et singuli candidati, matutinis horis, interrogati fuere de anatomiâ et de quibuscumque partibus quæ ad artis chirurgicæ praxim et theoriam attinent. serotinis horis manum operi admoverunt et operationes chirurgicas demonstrando celebravere eas, quæ ab interrogantibus examinatoribus cuique candidato indicabantur.

Cognitâ demum cujusque concurrentis Doctrinâ, omnibus Religiosè perpensis et salvo cæterorum honore, unanimi consensu palmam consecutus est Jacobus-Thomas Marquais.

instrumentum legale protinus redactum fuit et a decano, cæterisque examinatoribus subscriptum, quo constaret ejusdem dicti Marquais adeptum jus ad magisterii gradum in sodalitio chirurgorum parisiensium, dum modo in eodem charitatis nosocomio, per sex annos integros pauperibus ægris servierit.

Philip Decanus.

Apud chirurgos parisienses

Decano per schedulam a primarii Regis chirurgi vicario subscriptam invitato, et annuente.

Die veneris 20.ª mensis julii 1781, unicus Dentarius dictus Pommez examinatus est et ad tres menses rejectus. nulla deinceps de illo mentio fuit. Philip Decanus.

Obstetrices

Apud chirurgos parisienses examinatæ et ad hujus artis Magisterium admissæ invitato Decano ut supra, a die sabbati 4.ª 9.bris 1780, ad diem 3.m 9.bris 1781

Die lunæ 25.ª junii 1781, dicta fillerin.
Die lunæ 22.ª 8.bris 1781, dicta Le Soule. Philip Decanus.

Res gestæ

Apud pharmacopæos parisienses

a Die sabbati quartâ 9.bris 1780, ad diem sabbati tertiam 9.bris 1781.

Magistro Josepho Philip intervalleo Decano.

Quæcumque in superioribus Commentariis de pharmacopæis parisientibus eorumque agendi modo scripserint Clarissimi antiqui Decani MM. Desessartz, et Levacher de la feutrie, ea omnia pariter in isto Commentario scripta censeantur. eadem enim mens, idem objectum, idem consilium, idem horror pactorum conventorum, iis eadem pharmacopæos parisienses vegunt et excruciant. satis itaque sit hic recensere nomina candidatorum, qui ad Magisterii gradum evecti sunt, invitâ facultate et irritis intercessionibus, tum ab ejus deputatis vivâ voce toties iteratis, tum per accensum in instrumento legali denunciatis.

Reclamante itaque facultate, inter pharmacopæos parisienses admissi sunt hoc anno academico

Die 27.a januarii, Joannes-Baptista-jacobus-felix Sureau
Die 3.a februarii Guilanius Dupréel
Die eâdem —— Antonius-Philippus Sagot
Die 14.a martii — franciscus Diguet
Die 7.a aprilis — jacobus-franciscus Rondeau
Die 10.a ejusdem joannes-Nicolaus Crusson
Die 26.a ejusdem Adrianus-joannes-Baptista Godard
Die 3.a maii — paulus alexis Muller
Die 25.a junii — jacobus Le Grand
Die 27.a ejusdem Joannes-Baptista Mouton
Die 11.a julii — petrus petit

} 1781

Eodem anno, inter festum Beatæ Mariæ virginis assumptæ et ejusdem virginis nativitatis festum, ut moris est, singulæ pharmacopæorum officinæ, per quatuor dies, lustratæ fuerunt a Decano, ambobus utriusque pharmaciæ professoribus, a chemiæ professore et a professore Rei herbariæ, comitantibus quatuor pharmacopæorum præpositis, cum eorum adjunctis. Philip Decanus.

Apud seplasiarios

ineunte mense octobri, ejusdem anni, per tres dies, lustratæ sunt quamplurimæ seplasiariorum officinæ, comitantibus eorum custodibus et adjunctis. Philip Decanus.

Codex Rationarius

accepti et expensi, ordinarii et extraordinarii —
A Magistro Josepho Philip, intervallao, Decano,
a die Sabbati 4.ª 9.bris 1780, ad diem Sabbati 3.am 9.bris 1781.

Pars prior

Tabula accepti

Caput primum

Ex annuo reditu facultatis.

A M.º Guillotin pro annuâ locatione majorum facultatis ædium, in viâ dictâ la Bucherie, accepit Decanus trecentas et quinquaginta libras ---- 350.tt

A priore facultatis apparitore pro annuâ locatione ædium quæ amphitheatro sunt continuæ accepit Decanus centum et sexaginta libras ---- 160

ab universitatis quæstore D. Carolo Leidel pro honorario sex professoribus ab universitate soluto accepit Decanus ducentas supra mille libras ---- 1200

A postarum quæstore pro honorario sex professoribus a Rege concesso accepit Decanus mille et octingentas libras ... 1800

ab urbis quæstore pro reditu annui proventus a Rege debiti ex majori contractu, accepit Decanus quinquaginta libras cum unâ et quinque assibus ---- 51 5.

Ex annuo reditu ab armoricorum provinciâ debito ob contractum quingentarum librarum accepit Decanus trecentas et sexaginta libras ---- 360

Ex annuo reditu ab eâdem provinciâ debito ob alterum contractum trecentarum viginti quinque librarum accepit Decanus ducentas triginta quatuor libras ---- 234

ab eâdem provinciâ propter alterum contractum ducentarum et quinquaginta librarum accepit Decanus centum et octoginta libras ---- 180

Ob novum contractum ab eâdem provinciâ debitum accepit Decanus ducentas et viginti duas libras ---- 222

ob novos contractus ex dono M. Malouin accepit Decanus 1.º ex mutuatis rebus canadensibus gallicè sur les emprunts

Summa hujus Paginæ est de Quatre mil Cinq Cent Cinquante Sept Livres Cinq Sols

du Canada ducentas et quatuor libras — — —	204ᴸᵗ
2°. ex publicanorum contractibus gallicè Sur les billets et actions des fermes trecentas et viginti quatuor libras —	324
3°. ex aliis contractibus gallicè billets des fermes quadringentas et triginta duas libras —	432
4°. ex alio contractu centum et octo libras — —	108

Caput secundum

a Baccalaureis in quæstionibus quodlibetariis physiologicis pro stipendio lectorum ab unoquoque quatuor libras et decem asses accepit Decanus, unde a septem nempe MM Corvisart Lendormi, pujo, Laverne, des fontaines, petit-Radel et montaigu, unam et triginta libras et decem asses —	31–10.

Caput tertium

ab unoquoque Baccalaureo in iisdem quæstionibus physiologicis pro horto tres libras cum quatuor assibus, unde a septem accepit Decanus duas et viginti libras cum assibus octo —	22–8

Caput quartum

ab unoquoque Baccalaureo in iisdem quæstionibus physiologicis pro anatomiâ et schedulis non registratis sexdecim libras, unde a septem accepit Decanus libras centum et duodecim —	112

Caput quintum

pro auleorum usu

ab iisdem Baccalaureis et novis Doctoribus; ab unoquoque Baccalaureo in thesibus physiologicis accepit Decanus libras octodecim, unde a septem centum viginti et sex libras —	126
ab iisdem Baccalaureis ob eamdem causam in thesibus medico-chirurgicis eamdem summam —	126
ab unoquoque novo Doctore in actibus pastillariæ accepit Decanus sex libras, unde a quinque nempe MM. Dupré, Berthollet, Crochet, Mahon, delaservolle, triginta libras —	30

Caput sextum

Nota. unusquisque Doctor absens non causarius dat facultati quatuor libras.

itaque pro reliquâ pecuniâ propter absentiam Doctorum ab actibus, in actu quodlibetariæ cui extra ordinem præfuit M. Carolus-ludovicus-maria-Gabriel Dupré propter absentiam viginti septem Doctorum accepit Decanus centum et octo libras —	108
in actu quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem M. claudius-Ludovicus Berthollet, propter absentiam triginta et quatuor Doctorum	

Summa istius Paginæ est de Seize Cent Vingt trois livres Dix huit sols

accepit Decanus centum triginta et sex libras ——————— 136

in actu quodlibetario cui extra ordinem præfuit M. Stephanus Crochet propter absentiam triginta et trium Doctorum, accepit Decanus centum triginta et duas libras ——————— 132

in actu quodlibetario cui extra ordinem præfuit M. paulus-augustinus-olivarius Mahon de houllay, propter absentiam viginti septem Doctorum, accepit Decanus centum libras et octo — 108

in actu quodlibetario cui extra ordinem præfuit M. petrus Laservolle propter absentiam unius et triginta Doctorum accepit Decanus centum viginti libras et quatuor ——————— 124

in examine anatomico singulis Doctoribus distributa fuit summa octo librarum et quinque assium, unde propter absentiam sexdecim Doctorum accepit Decanus summam centum triginta et duarum librarum ——————— 132

Caput septimum

A Medicinæ studiosis, pro jure inscriptionum et sigilli.

per totum annum suum in codice nomen scripserunt — trecenti octoginta novem medicinæ studiosi, ut patet ex codice inscriptionum. singuli solverunt sex libras, unde numerabitur summa trecentarum triginta quatuor librarum supra bis mille quam summam accepit Decanus ——————— 2334

pro jure sigilli viginti et duabus litteris appositi, pro quibus singulis solvuntur sex libræ, accepit Decanus centum triginta et duas libras ——————— 132

finis tabulæ accepti.

Summa Istius Paginæ est de Trois mille Quatre Vingt Dix huit Livres ——

Pars altera

Tabula expensi

Caput primum

In ultimis rationibus a M.^o Thomâ le Vacher de la Sceutrie redditis coram facultate die Sabbati secundâ mensis augusti, anno 1783, Magistro Levacher debebatur summa nonagintarum et nonaginta quatuor supra mille librarum cum novem decim assibus quam Magistro Levacher solvit Decanus	1994. 19.
Magistro Levacher ob solitum honorarium ipsi a facultate concessum numerabitur summa centum et quinquaginta librarum	150
Majori apparitori propter operam extraordinariam concessit facultas quinquaginta libras	50
Minori apparitori ob eamdem causam viginti quinque libras	25
Singulis Doctoribus presentibus, aulicis et causariis, distributi sunt calculi duo argentei, Decano et antiquiori Magistro quatuor, unicuique Bidello unus, unde pro octoginta Doctoribus, Decano et Bidellis numerabitur summa ducentarum octoginta septem librarum	287.

Caput secundum

Solvit Decanus M.^o Sallin physiologiæ professori ex ære facultatis nonaginta libras	90
Ex ære academiæ ducentas libras	200
pro honorario professoribus a Rege concesso et a postarum questore soluto trecentas libras	300
pro jure refusionis duas libras	2
Magistro Vicq d'Azyr pathologiæ professori ex ære facultatis nonaginta libras	90
Ex ære academiæ ducentas libras	200
pro honorario professoribus a Rege concesso et a postarum questore soluto trecentas libras	300
pro jure refusionis duas libras	2

Summa Istius Paginæ est de Trois mille six Cens quatre ~~vingt~~ dix livres Dix neuf sols

Magistro Jumelin Chirurgiam latino idiomate docenti	
ex ære facultatis nonaginta libras	90 lt
ex ære academiæ ducentas libras	200
pro honorario professoribus a Rege concesso et a postarum	
quæstore soluto trecentas libras	300
pro jure refusionis duas libras	2
Magistro alphons. Le Roy chirurgiam gallico idiomate	
docenti ex ære facultatis nonaginta libras	90
ex ære academiæ ducentas libras	200
pro honorario professoribus a Rege concesso et a postarum	
quæstore soluto trecentas libras	300
pro jure refusionis duas libras	2
Magistro le Roux des Tillets utriusque pharmaciæ professori	
ex ære academiæ ducentas libras	200
pro honorario professoribus a Rege concesso et a postarum	
quæstore soluto trecentas libras	300
pro jure refusionis duas libras	2
Magistro Nollan Materiæ medicæ professori ex ære	
facultatis nonaginta libras	90
ex ære academiæ ducentas libras	200
pro honorario professoribus a Rege concesso et a postarum	
quæstore soluto trecentas libras	300
pro jure refusionis duas libras	2
Magistro de L'Epine antiquiori Scholarum Magistro	
quatuor libras	4
Magistro Bourru Decano	4
Magistro Sallin Exdecano	2

Summa Istius Paginæ est de Deux mille Deux Cent quatre vingt huit Livres.

Caput tertium

pro demonstrationibus in amphitheatro solvit Decanus

M.º vicq d'azyr pathologiæ professori pro anatome in amphitheatro celebratâ quinquaginta libras — 50
pro impensis hujus cursûs novemdecim supra centum libras 119

M.º jumelin chirurgiæ latino idiomate professori pro operationibus expositis et celebratis quinquaginta libras — 50
pro impensis hujus cursûs octoginta et novem libras cum sexdecim assibus — 89-16ˢ.

M.º alph. LeRoy chirurgiæ gallico idiomate professori pro operationibus chirurgicis expositis triginta libras — 30
M.º goubelly qui partes secuit et demonstravit triginta pariter Libras — 30
pro impensis hujus cursûs sexaginta tres libras — 63

M.º Sigault qui matronas edocuit primum, quinquaginta libras — 50
pro impensis hujus cursûs quadraginta octo libras cum decem assibus — 48-10

pro impensis cursûs pharmaceutici a M.º Le Roux des Tillets celebrato ~~trigenta tres libras cum septem assibus~~ 33-7
D.º Marin pharmacopœo parisiensi qui præstitit operam viginti libras — 20

Caput quartum

pro Rectorem amplissimum ritè procedentem Comitantibus Doctoribus solvit Decanus

Die Duodecimâ mensis decembris anni 1780 viginti et sex doctoribus, decano et duobus apparitoribus triginta distributi sunt calculi argentei, unde summa quinquaginta et duarum librarum cum decem assibus — 52-10
et pro offertorio viginti et duos asses — 1-2
Die decimâ sexta mensis Martii anni 1781, tum Doctoribus, tum Decano et duobus apparitoribus triginta et quatuor calculi argentei distributi sunt, unde summa — 59-10
et pro offertorio triginta et duos asses — 1 12
Die 20.ª junii 1781, Doctoribus, Decano et apparitoribus distributi sunt viginti et sex calculi argentei, unde summa — 45-10
et pro offertorio viginti et sex asses — 1-6

Summa istius Paginæ est de sept Cent Quarante Cinq Livres Trois sols

Die quartâ mensis octobris anni 1781, tum Doctoribus, tum Decano et duobus apparitoribus distributi sunt viginti — septem calculi argentei, unde summa ———— 49-5.
et pro offertorio viginti et octo asses ———— 1-8

Die vigesimâ septimâ octobris 1781, pro serenissimi — Delphini natalitiis, almâ universitate ad ædes Deo — sacras sub invocatione Sancti Sulpitii procedente, tum Doctoribus, tum Decano et duobus apparitoribus distributi fuere triginta et octo calculi argentei, unde summa — 65-10

Die duodecimâ junii 1781 pro sacris celebratis, jubente almâ universitate, ad requiem animæ excellentissimæ imperatricis et Reginæ hungariæ, tum Decano, tum Doctoribus astantibus et duobus apparitoribus, triginta et septem distributi sunt calculi argentei, unde summa sexaginta quatuor librarum et quindecim assium ——— 64-15

Eâdem die, horis pomeridianis, in exterioribus sorbonæ scholis, dum dicebatur oratio funebris encomiastica ejusdem Reginæ, astantibus tum doctoribus, tum Decano et duobus apparitoribus distributi sunt quadraginta calculi argentei, unde summa septuaginta librarum —— 70

Caput quintum

pro Rebus sacris solvit Decanus

pro anniversario Mi. Guillelmi Luçon viginti quinque libras ———— 25

pro anniversario Mi. Michaelis de Colonia, octo libras — 8

Domino de la Grange facultatis capellano pro missis et obitibus in scholarum sacello per annum celebratis, juxta tres quittancias centum quadraginta septem libras, cum septem assibus et sex denariis ———— 147-7-6d.

Apparitoribus per hoc temporis spatium ad sacra ministrantibus, viginti septem libras, cum undecim assibus et sex denariis ———— 27-11-6

Do. Trudon cerario, pro candelis cereis per annum suppeditatis, centum quinquaginta libras et unam cum novem assibus ———— 151-9

Do. prevot cerario, pro cereis suppeditatis, centum et septemdecim libras cum duodecim assibus ——— 117 12

Summa istius Paginæ est de sept Cent vingt sept livres Dix huit sols

Theodoro-petro Cruchot majori apparitori pro pane azymo et vino suppeditatis ad missarum celebrationem, mundatis sacello, ejus linteis, et Scholis superioribus, undecim et centum libras	111.
pro offertorio et Scamnis die Divo Lucæ sacrâ undecim libras et sex asses.	11 – 6.
Eidem Theodoro-petro Cruchot reddidit Decanus quam bajulis ornamenta afferentibus dederat summam unius libræ cum quatuor assibus.	1 – 4.
in sacro solemni celebrato, Die Divo Lucæ sacrâ, in Scholarum sacello, Doctoribus præsentibus distributi fuere centum et viginti novem calculi argentei, unde numerabitur summa ducentarum viginti quatuor librarum	224
Die quintâ martii anni 1781, Doctoribus funera Mgi. Casamajor ad ecclesiam Sancti Eustachii comitantibus, octo cum Decano, antiquiori magistro et duobus apparitoribus distributi fuere quatuordecim calculi argentei, unde summa	24 – 10
pro requie æternâ illius animæ in Ecclesiâ fratrum augustinianorum propè plateam des Victoires, ab his postulatâ, die vigesimâ martii, astantibus Doctoribus distributi sunt triginta tres calculi argentei, unde summa	57 – 15
pro requie æternâ ejusdem animæ in scholarum sacello postulatâ quindecim libras et quindecim asses	15 – 15
pro requie æternâ animæ Mi. Busson in scholarum sacello postulatâ, quindecim libras et quindecim asses.	15 – 15
pro requie æternâ animæ Mi. Lieutaud in scholarum sacello postulatâ, eadem summa	15 – 15

Caput Sextum

pro facultatis Bibliothecâ

Solvit Decanus Magistro Roussel de Vauzeme facultatis Bibliothecæ præfecto, pro annuâ pensione trecentas libras.	300
Theodoro-petro Cruchot pro annuo ministerio ad Bibliothecam pertinente quinquaginta libras	50

Summe de la Page Est de Huit Cent Vingt sept Livres

Caput septimum

pro annuis pensionibus

M^o. de Gevigland pro reditu annuo summæ quatuor millia librarum quam ab illo accepit facultas, solvit Decanus — trecentas libras . — — — — — — — — — — — — — — 300^{tt}

Viduæ M^i. vieillard quadringentas libras . — — — — — — 400.

viduæ M^i. Dienert quadringentas libras . — — — . — — 400

viduæ M^i. paris trecentas libras . — — — — — — — — 300

D^e. Brodon filiæ M^i. vasse 1°. centum et quinquaginta libras, 150

2°. ter triginta septem libras et decem asses . — — — — — 112-10^s.

filiæ M^i. pathiot centum libras — — — — — — — — 100

Curatori testamenti D^i. de Cursay quadraginta octo libras 48

M^o. DesHartz antiquo Decano, pro annuo reditu triginta *septem millium sexcentarum quinquaginta quinque librarum cum quindecim assibus, summam octingentarum octoginta duarum librarum supra mille cum quindecim assibus et novem denariis — — — — — — — — — — — — — — 1882 15 9^d.

Caput octavum

pro tributis annuis

pro pauperibus juxta senatûs consultum, asses tredecim — — — — — — — — — — — — — — 13

Theodoro petro Cruchot propter reditus facultatis acceptos, octodecim libras . — — — — — — — 18_

---

*notandum est quod in hujusce paginæ superioribus lineis, capite septimo, perperàm scriptum fuit M^o. DesHartz antiquo Decano, pro annuo reditu summæ 37655^{tt}. 15^s. summam 1882^{tt}. 15^s. 9^d. rectiùs enim legi debet, eidem M^o. DesHartz, pro annuo reditu summæ viginti quinque millium librarum, solutam fuisse summam ducentarum quinquaginta librarum supra mille, ut perspicuè probatur per quittanciam ejusdem M^i. DesHartz. hic idcircò poni debet tantùm summa — — — — — — — — — — — 1250.

præterea satior visa est istius annotationis additio, ne lituris quamminimùm frangeretur saluberrima facultatis commentariorum inconcussa fidelitas. Philip Decanus.

Summa hujus paginæ est de trois mille soixante dix neuf livres trois solz

Caput nonum

Pro impensis annuis, ad Comitia, Scholas inferiores et Ædificia pertinentibus Solvit Decanus

D°. Quillau facultatis Typographo qui per annum Schedulas monitorias, programmata, chartas invitatorias, libellos memoriales typis excudit mille centum octoginta libras et unam	1181
Viduæ Theodori Cruchot pro libris, libellis memorialibus pelle vitulinâ, caprinâ aut chartâ pictâ obductis, et pro codice memoriali gallicè un Registre, quadringenta quadraginta et duas libras cum decem assibus	442-10^{s}
Viduæ Lalande quæ per annum programmata valvis affixit, octoginta libras	80
nunciis publicis qui programmata, libellos memoriales Magistratibus et aliis distribuêre, 1°. quinquaginta et quatuor libras, 2°. quadraginta novem libras et sexdecim asses, 3°. quinquaginta duas libras et decem asses, unde exurgit Summa centum quinquaginta sex librarum cum sex assibus	156 - 6
pro quadringentis quadraginta et duobus calculis argenteis qui in Comitiis primæ mensis dictis distributi fuere Doctoribus præsentibus, unde summa numerabitur Septingentarum Septuaginta et trium librarum cum decem assibus	773-10
pro nonaginta et octo calculis argenteis qui clarissimis deputatis, ad examinandas dissertationes ad premium concurrentes, distributi sunt, septuaginta libras et unam supra centum, cum decem assibus	171-10
accenso qui postridie festi S^{ti}. Lucæ vocavit chirurgos novem libras	9
pro litteris ad Decanum et facultatem missis sexaginta libras	60
pro ignibus per annum accensis Theodoro Cruchot centum viginti tres libras	123
pro aulæis per annum tum in sacello, tum in scholis inferioribus, parietibus affixis, sexaginta libras	60
D°. Dumenne qui horologium pendulum in scholis superioribus per annum curavit duodecim libras	12
Dicto Mony tegulorum reparatori nonaginta et sex libras	96
D°. Blondel ædium structori centum nonaginta et quinque libras	195

Summa hujus Paginæ est de Trois mille Trois Cent Cinquante neuf Livres Rl. Poly

Caput Decimum

Pro sumptibus premii solemnibus in Comitiis distributi, illorumque Comitiorum a M°. Malouin institutorum solvit Decanus

D°. viro Clarissimo Amoureux filio Doctori Medico — Monspeliensi qui premium consecutus est, trecentas libras 300

pro auleis quibus obvestitæ sunt exteriores sorbonæ scholæ die 28ª. Xbris 1780, ducentas et quadraginta libras — 240

pro auleis appensis, eamdem ob causam die 6ª. 7bris 1781, ducentas et quadraginta libras — 240

Nª. de cereis candelis et nunciis publicis schedulas et programmata ferentibus numeratum est in capite quinto et nono.

Caput undecimum

pro donis et Ceremoniis annuis.

Decano, censori, duobus apparitoribus qui comitatum dederunt amplissimo Rectori et cæteris academiæ proceribus versalias euntibus, Regem congratulaturis ob Reginæ hungariæ obitum, viginti quatuor libras nempe Decano duodecim censori sex, apparitoribus sex — 24

Duobus Decani et censoris pedissequis sex libras — 6

primâ die mensis januarii anni 1781, Decanus solvit janitoribus proto-præsidum senatus pariensis, subsidiorum Curiæ, procuratoris et patroni catholicorum, et eorumdem ministris cubiculariis, sexaginta libras — 60

pro Rhedâ vectoriâ et ejus ductore viginti septem libras — 27

janitori Collegii Ludovici Magni sex libras — 6

janitori ejusdem Collegii alteri tres libras — 3

Decani servo tres libras — 3

uxori dicti viri Souchot — 24

janitori helvetico qui inservit facultati tres libras — 3

Die duodecimâ januarii, pro Rhedis ferentibus Decanum et plures Doctores ad ædes illustrissimi regiorum sigillorum Custodis, quinquaginta libras et unam cum quatuor assibus 51-4s

Illustrissimi regiorum sigillorum Custodis janitori sex libras — 6

pro prandio Doctorum deputatorum qui ad horam usque tertiam et ultra, Regiorum sigillorum custodem expectaverunt, — octodecim libras et septem asses — 18-7

Summa Istius Paginæ est de Mille Onze livres Onze sols

Typographi facultatis parvulis ministris tres libras — 3.#

Decano, censori, et duobus apparitoribus comitatum praebentibus Rectori amplissimo cereos offerenti aurelianensium Duci illustrissimo, venerando parisiensi archiepiscopo et Magistratibus, Decano scilicet sex libras, censori tres et unicuique apparitori triginta asses, unde exurgit Summa duodecim librarum — 12

iisdem Versalias euntibus cum Rectore Regi aequissimo et Reginae augustissimae cereos offerente Decano nempe duodecim libras, censori sex, unicuique apparitori tres, unde summa viginti quatuor librarum — 24

famulantibus pedissequis sex libras — 6

Rhedae ductori triginta sex asses — 1-16.

pro Rhedis quae Decanum et plures Doctores duxerunt ad aedes DD. Joly de fleury Rei aerariae Regiae praefecti novem libras et novem asses — 9-9

Ejusdem DD joly de fleury janitori helvetico sex libras — 6

pro Rhedis vectoriis quae iterum duxerunt Decanum et plures Doctores ad aedes integerrimi Rei aerariae Regiae praefecti, septem libras et quinque asses — 7-5

ejusdem DD. joly de fleury janitori helvetico sex libras — 6

Die trigesima maii, antequam Rector amplissimus, Decani et procuratores cum suis assectis aedes Divae Mariae sacras adirent, missam et orationem funebrem augustissimae Reginae hungariae audituri, iis jentaculum pro more obtulit Decanus nomine facultatis saluberrimae, pro quo impensa fuit summa centum viginti librarum et unius cum undecim assibus, scilicet pro potu coffé quindecim libras, pro vino et pane viginti novem libras et asses octo, pro carne et esculentis septuaginta tres libras et undecim asses, ministris extraneis libras tres et duodecim asses, unde numerabitur summa dicta — 121-14

Decano sex librae solutae sunt — 6

Censori tres — 3

Duobus apparitoribus tres — 3

Summa Istius Paginae est de Deux Cent Neuf livres Quatre sols

Caput Duodecimum
pro Litibus

In lite adversus procuratorem catholicum solvit Decanus pro patronis in consilium vocatis sexaginta libras	60
pro patronis iterum in consilium vocatis sexaginta libras	60
pro patronis tertiò in consilium vocatis reddita fuit Mº. Lezurier summa septuaginta et duarum librarum	72
Typographi ministris libellum memorialem typis celeritèr mandantibus tres libras et duodecim asses	3 – 12
pro Rhedis quæ Decanum et plures Doctores duxerunt ad ædes procuratoris catholici duas libras et decem asses	2 – 10
proto præsidis senatûs parisiensis janitori sex libras	6
pro libellis memorialibus ad ædes plurium Magistratuum et civium latis quinquaginta asses	2 – 10
pro Rhedis quæ Decanum et plurimos Doctores duxerunt ad Themidis palatium, viginti sex libras et octo asses	26 – 8
pro iis qui togas Doctorum ad idem palatium tulerunt libram unam et quatuor asses	1 – 4
pro jentaculo Doctorum post causam dictam, in Themidis palatio, quinquaginta libras et unam, cum asse uno	51 – 1
pro Rhedis Decanum et plures Doctores vehentibus procuratorem Catholicum salutaturos, libras septem et quinque asses	7 – 5
Ejusdem procuratoris catholici janitori sex libras	6
pro patronis in consilium vocatis sexaginta libras	60
pro alio patronorum consilio triginta sex libras	36
pro libellis memorialibus chartâ pictâ obvestitis quinquaginta, septem libras et decem asses	7 – 10
Clarissimo Debonnieres patrono nostro trecentas et sexaginta libras	360
Eidem quadraginta calculos argenteos offerendos voluit saluberrimus Ordo, in testimonium grati animi, unde numerabitur summa septuaginta librarum	70
Voluit pariter quadraginta calculos argenteos nostros Dº. Target clarissimo patrono qui et jura almæ universitatis accedentis et nostra fortitèr et generosè	

Summa Istius Paginæ Est de Huit Cent Trente Deux Livres

tutatus est a Decano offerri, unde numerabitur Summa Septuaginta librarum	70.
D. Louault procuratori nostro in Supremâ Curiâ, juxta tres illius quittancias, Soluta est Summa Septingentarum quadraginta quattuor librarum	744
Pro variis libellis memorialibus pluries Scriptis, tum in lite adversus procuratorem catholicum, tum in lite adversus pharmacopæos, juxta quittancias, Solvit Decanus trecentas nonaginta libras et unam	391

Caput Tredecimum

impensa extraordinaria

Ædium Structori qui Bibliothecæ caminum reparavit tres libras et decem asses Solvit Decanus	3-10
Pro reparatâ, mundatâ et repositâ tabulâ æneâ in quâ legitur funebre Clarissimi Collegæ nostri Fernel Elogium, in æde divo Jacobo in macello sacrâ, Solvit Decanus, ut patet ex quittanciis, trecentas sexaginta Sex libras cum quatuordecim assibus	366-14
Pro impensis minutis a Theodoro petro Cruchot Solutis juxta illius libellum memorialem, Solvit Decanus centum quadraginta novem libras et Septem asses	149-7
Pro Rhedis vectoriis quas rebus et juribus facultatis invigilans Solvit Decanus per annum centum et quinquaginta libras	150.

Finis Tabulæ expensi.

Summa Istius Paginæ est de Dix huit Cent Soixante et quatorze Livres Onze Sols

Summa Totius Expensi est de Dix huit Mille Six Cent quarante Cinq Livres Cinq Sols.

Summa Totius Accepti est de Neuf mille Deux Cent Soixante Dix neuf Livres Trois Sols. Ideòque Summa Expensi, Superat Summam Accepti de Neuf mille Trois Cent Soixante et Six Livres Deux Sols.

Anno Domini millesimo Septingentesimo octogesimo octavo die vero Veneris quarta Mensis Januarii hora post meridiem tertia, Saluberrima facultas Parisiensis convocata ut audiret rationes Decanatus Magistri Josephi Philip à die Sabbati quarta mensis novembris anni 1780. ad diem Sabbati tertiam mensis novembris 1781. gratas et ratas habet ex longe majori Suffragiorum numero, et ferè unanimi consensu rationes numerarias Suprà Scriptas et Solitum Ei concedit honorarium centum et quinquaginta librarum, majori apparitori concedit

quinquagenta libras, minori vero vigenti quinque, decernit insuper singulis Doctoribus praesentibus actualiis et Causariis distribuendos esse duos Calculos argenteos, Decano et Antiquiori Magistro quatuor, uni cuique Apparitori unum, Agnoscit que dicto Magistro Philip deberi summam de neuf mille trois cent soixante six livres deux sols quae quidem summa in primo capite Expensi rationum proximarum Ejusdem Magistri Philip numerabitur. Et sic conclusit

probo scripturam Edmundus-Claudius Bourru, Decanus.

Decreti Cochu antiquior. Bercher Pourfour: du = Petit Thiery Ius

gentil Millin Morisot deslandes Boirot Leys. Doublet Cote

Darcies Sediles et magister De Jean Duhaume

Lepreux Maigret Guilbert Dumangin

consiliarius Mo Du Ussart aegroto Dumangin

Coutavoz Lafisse Thery Lavane

Guillotin Nollau Bosquillon De Wenzel

Dupuy Le Tenneur

Dufresne. Corvisart = Hallot

Jolie Laservolle Tinson Darat

Millordagui pro me et pro D. petit Radet Demours

Chauvaux Sorcher de la feuillé Vane Cozette Chambon

Bagatz Borie pro me et Dominis Lebreton Radet et Bourdois de la Motte Le Preux

Gallen pro me et DD. Deheriglaux, Delaleveille et Maloet Gervaise

des longrois

Didier Du Coz Donglée Bourdier

Marinier. Pujo. Le Roux des Tillets

Bacher

Appendix
prioris anni Decanatûs
Magistri Josephi Philip intervallæi-Glandatensis.

Cum negotium, de quo nunc agitur seorsum, ipsi et soli Decano proprium fuit, illius historia nequivit in commentariorum serie conservari. nihilominus tamen utilissima visa est ejusdem negotii commemoratio, non tantum ut faciliùs intelligerentur ea quæ scripta leguntur in superiore paginâ n°. 443 et præsto esset subsidium a Decano paratum ad Scholarum nostrarum disciplinæ defensionem; sed etiam ut crimine ab uno quisquis lector disceret omnes ejusdem farinæ. quapropter facilè ductus adeò legitimo fine, quin imò spontaneo motus impulsu, extra rerum gestarum ad saluberrimam facultatem speciatim perti=nentium limites huncce perattentè perscripsi libellum memorialem illustrissimi Regiorum sigillorum custodis jussu confectum ut videre est in sequenti epistolâ. Philip Decanus.

Copie de ma lettre a M. le Garde des sceaux de france Messire Armand-Thomas hue de Miromesnil, du 23 9.bre 1780.

Monseigneur

J'ai l'honneur de vous adresser cy joint le memoire que vous m'avés demandé au sujet des affiches de M. fourcroy et du Decret porté au sujet de la Regence de MM fourcroy, la guerenne et Chambon. ce memoire est divisé en deux articles. le premier ne contient que l'exposé simple et naif de ce qui s'est passé au sujet des affiches. le second contient les motifs et les droits de la faculté de refuser la Regence a ceux qu'elle n'en croit pas encore dignes. c'est l'explication de la clause du Decret* de la faculté dont j'ai eu l'honneur de vous donner copie, comme vous l'avés desiré. je vous prie, Monseigneur, de permettre que j'ajoute ici l'indication de ma nouvelle demeure, afin que si vous aviés de nouveaux ordres a me donner, rien ne retardat de ma part leur execution.

je suis avec un très profond respect

Monseigneur

idcircò facultas Medica parisiensis, in scholarum suarum sacello, solemne sacrum celebrari decrevit, a quo hymnus Eucharisticus Te Deum cantabitur, die sabbati decimâ mensis novembris, anni supra millesimum septingentesimi octogesimi primi, horâ ipsâ decimâ matutinâ.

Datum parisiis, die lunæ quintâ ejusdem mensis et anni

Josephus Philip Decanus.

Subscripsit et promulgavit die mercurii septimâ mensis novembris anni 1781, Theodorus-petrus Cruchot, Major facultatis apparitor et scriba.

Philip Decanus.

Acta et Comitia
facultatis Medicinæ parisiensis

Magistro Josepho Philip intervallæo-glandatensi Decano.

Anno Domini 1781, die lunæ duodecimâ mensis novembris, facultas Saluberrima legitimè convocata fuit, horâ decimâ matutinâ per Schedulam ad Singulos Doctores ab apparitoribus delatam, ut mois est, Sub hac verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes, in Scholas Superiores, die Lunæ duodecimâ mensis novembris anni 1781, horâ decimâ matutinâ, 1°. pharmaciæ professorem, in locum M. Thierry de Bussy Magistratum renuentis, electuri; 2°. de variis rebus ad facultatem pertinentibus Decanum dicentem audituri et posteà deliberaturi.

iis in Comitiis, 1°. legit Decanus Epistolam ad se missam a M°. Thierry de Bussy. auditâ lectione, cum exhibitam ab ipsomet M°. Thierry de Bussy pharmaciæ magistratûs recusationem cognoverit Saluberrima facultas, ad novi pharmaciæ professoris electionem protinus perrexit. iidem igitur electores qui sorte ducti fuere, die Sabbati 3.â novembris hujusce anni, facultati proposuerunt an vellet ordo Saluberrimus inter eligendos annumerare M.m Mallet, licet jure rotuli non frueretur. unanimi consensu annuit illorum petitioni Saluberrima facultas. idcirco D.D. electores in professorem pharmaciæ elegerent e majori ordine MM. Millin et Mallet, e minori ordine M. Bourru. Sors favit Magistro Bourru qui illicò Solito Sacramento fidem suam adstrinxit.

Philip Decanus.

2°. actum est de calculorum argenteorum distributione faciendâ Singulis Doctoribus qui Sacro Solemni et hymno Eucharistico Te Deum interfuerunt, die Sabbati decimâ proximè elapsâ.

Re in deliberationem missâ, auditis et collectis Doctorum Sententiis ex plurali Suffragiorum numero decrevit Saluberrimus Ordo cuique Doctori presenti calculum argenteum distribuendum esse et sic

Conclusi Philip Decanus

Quod Decretum Subsignavere Magistri Lucas de Laurembert, Chevalier, Maigret et Coutavoz.

iisdem Comitiis, agyrta quidam dictus Scanagatta de valentini, — italus, ordini nostro Supplicem obtulit libellum quo rogabat ut diversæ — pharmaceuticæ compositiones, ab ipsomet inventæ et præparatæ, nostri Ordinis examini et judicio Submitterentur.

Cum Semper vigeat, Semperque vigebit Saluberrimæ nostræ facultatis proclivitas ad id omne quod in civium Salutem et emolumentum vertere valet, Re in deliberationem missâ, collectisque Singulorum Doctorum Sententiis, ex longe majori Suffragiorum numero, censuit Saluberrima facultas annuendum esse petitioni D. Scanagatta de valentini et in deputatos vocavit ambos pharmaciæ professores Scilicet MM. Dumangin et Bourru, Chemiæ professorem M. D'arcet, et professorem rei herbariæ Mm. Goubelly, quibus adjunxit Mm. de la planche et sic conclusi

Philip Decanus

imperfectis compositionibus suis D. Scanagatta de valentini abiit excessit, erupit, evasit. ultra igitur progredi non potuerunt Domini — examinatores Deputati.

Quamobrem nullam inposterum de authore aut operibus mentionem invenient qui rerum gestarum cognoscendarum cupidi et laudabiliter curiosi commentarios nostros investigabunt. Philip Decanus.

Anno Domini 1781 die Sabbati vigesimâ secundâ mensis Xbris, Saluberrima facultas legitimè convocata fuit Sub hâc verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes, in Scholas Superiores, die Sabbati vigesimâ Secundâ mensis decembris, anni 1781, horâ — decimâ matutinâ, post sacrum; 1° clarissimos facultatis deputatos de quibusdam negotiis sibi commissis referentes: 2°. Clarissimos, — rationum et commentariorum Decanatûs Magistri DesEssartz a — mense novembri anni 1778, ad eumdem mensem anni 1779 — examinatores, de collatis commentariis cum codice primario — referentes audituri et postea deliberaturi: 3° Baccalaureorum exercitationibus chirurgicis tentandorum examinatores electuri.

Antequam de peculiaribus istorum Comitiorum articulis ageretur, discussa fuit quæstio an theses medico-chirurgicæ post vel ante cineralia propugnarentur. re in deliberationem missâ collectisque Doctorum Sententiis, ex plurali suffragiorum numero Statuit Saluberrimus Ordo — theses medico-chirurgicas tempore solito, id est post cineralia esse propugnandas et sic conclusi Philip decanus.

his peractis, Saluberrimæ facultati oblatus est a Regiâ Scientiarum academiâ parisiensi liber quem comitabatur ejusdem academiæ ex comitiis vulgò de tresorerie extractum cujus sequitur tenor.

Extrait des Registres du Comité de tresorerie de l'academie Royale des sciences, du 24 novembre 1781.

M. Morand Directeur, ayant exposé que MM de la faculté de medecine avoient bien voulu envoyer a l'academie les ouvrages que la faculté a fait imprimer, et qu'il croyoit que pour etablir entre deux compagnies qui s'occuppent egalement du soin de contribuer aux progrés des sciences, une correspondance utile a la fois aux sciences et a ces deux compagnies, il seroit apropos que l'academie fit hommage a la faculté de chacun des volumes qu'elle publie annuellement. la proposition de M. Morand a eté unanimement acceptée. En foy de quoy j'ai signé le present certificat a paris ce 29 9bre 1781. signé Le Mis de Condorcet.

Re in deliberationem missâ rogatisque singulorum Doctorum sententiis, unanimi consensu, censuit saluberrima facultas accipiendum esse librum a Regiâ Scientiarum academiâ parisiensi comitèr oblatum, insuper gratum animum saluberrimæ facultatis ipsi Regiæ Scientiarum academiæ exprimendum esse et sic conclusi

Philip Decanus

Quod decretum subsignaverunt MM. Le Clerc, pajon de Moncetz Maigret et Coutavoz.

Cum relatio clarissimorum deputatorum de variis negotiis sibi commissis, scilicet de aquis ad panem conficiendum in urbe Macloviensi, Reverendissimo Episcopo et Canonicis macloviensis ecclesiæ requirentibus, dilata est ad alia comitia, pariterque relatio de novâ vasa cuprea obducendi methodo a D. de Beaudevant propositâ. Philip Decanus.

Demum audita est relatio deputatorum de collatione commentariorum Decanatûs Magistri Desessartz ab anno 1778 ad annum 1779. cum codice primario, cujus relationis sequitur tenor.

Ad mentem vestram sapientèr recens institutam, Decane vigilantissime, viri Medicinæ proceres, cum codice primario ad calcem

unius cujusque paginæ chirographo nostro priùs munito, contulimus attentè et comparavimus quæcumque in commentariis hujus academiæ nostræ mox exaravit clarissimus collega Magister DesHartz, circa rationes sui decanatûs et historiam a mense novembri anni 1778, ad eumdem mensem anni subsequentis. Sapiens profectò institutum, — siquidem hâc mediante cautelâ facilè deprehenditur error, si quis irrepserit vel lapsu memoriæ, vel levitate ingenii, vel fide punicâ — quam Deus avertat.

Re penitùs perpensâ, vobis testamur non minus fidelitatis in inscribendo, quam in gerendo et computando præ se tulisse antiquum Decanum nostrum, ac proinde quam administrationem laudibus et encomiis semel et iterùm celebravistis, in hoc penso abundè confirmari, imò in absolvendo hoc munere, licet laboris ac tædii pleno, elogia vestra, plausus vestros denuò mereri et sibi vindicare vobis asserere non dubitamus.

Referebamus coram facultate die 22ª. mensis decembris anni 1781.

Subsignavere Leclerc, Maigret, Dumangin, Desbois de Rochefort, Goubelly.

quam auditam Saluberrimus Ordo, unanimi consensu, ratam et gratam habuit relationem et sic conclusi

Philip Decanus.

Tandem deventum est ad electionem examinatorum pro examine chirurgico Baccalaureorum.

E majori ordine in electores sors duxit
MM. Morand, Goubelly, Bosquillon.

E minori, MM Duchanoy, Bourdois delamotte.

in examinatores Baccalaureorum e majori ordine electi sunt
MM. Duhaume, Guillotin, Nollau.
Sors favit Magistris Duhaume et Guillotin.

E minori ordine electi sunt MM. Bayer, delaplanche, hallor.
Sors duxit MM de la planche et hallor

Philip Decanus.

Anno Domini 1781 die sabbati vigesimâ nonâ mensis decembris, Saluberrima facultas legitimè convocata, hora post meridiem tertiâ, audivit rationes Decanatûs Magistri DesHartz a mense novembri 1778 ad eumdem mensem 1779. Philip Decanus.

Anno Domini 1782, juxta mandatum solito more expressum et per vicos et compita valvis affixum die nonâ mensis januarii, subscriptum et promulgatum a Theodoro-petro Cruchot-Majore facultatis apparitore et Scribâ, die Sabbati decimâ nonâ ejusdem mensis et diebus Dominicæ, Lunæ, martis, mercurii, jovis et veneris proximè sequentibus, ab horâ post meridiem tertiâ ad sextam, Baccalaureos operationes chirurgicas, super virili cadavere, propriis manibus, exercuerunt et a Decano, et Clarissimis examinatoribus nempe Magistris Duhaume, Guillotin, — delaplanche et hallor interrogati fuere. Philip Decanus.

Anno Domini 1782 die Sabbati 26.ª mensis januarii, saluberrima facultas legitimè convocata fuit sub hâc verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, die Sabbati vigesimâ sextâ mensis januarii, anni 1782, horâ decimâ matutinâ, post sacrum, 1.° Dissertationum Medicarum ad varia præmia obtinenda missarum examinatores electuri: 2.° Candidatorum concurrentium examinatores pariter electuri: 3.° clarissimos — examinatores de Baccalaureis qui operationes chirurgicas, propriis manibus, in virili cadavere executi sunt, referentes audituri et posteà suum judicium per scrutinium laturi.

iis in Comitiis 1.° actum est de opere D. Vrignauld qui opus suum non offerre tantùm, sed ordini saluberrimo dicare rogabat. re in deliberationem missâ, collectisque Doctorum sententiis, in examinatores operis D. Vrignauld, unanimi consensu, nominavit saluberrimus ordo Magistros pajon de Moncets, Duhaume et Simonnet et sic conclusi

Philip Decanus.

2.° antequam eligerentur examinatores dissertationum Medicarum ad varia præmia obtinenda missarum, de sportulâ cuique examinatori tribuendâ, nec non de numero Doctorum ad id officium deputatorum mota est quæstio. ut autem prudentèr componeretur, res in deliberationem missa fuit et singulorum Doctorum sententiæ collectæ fuerunt. Censuit itaque saluberrimus ordo, ex plurali suffragiorum numero, quatuor tantùm deputatos eligendos esse, qui simul, cum quatuor menstruorum comitiorum deputatis, octo tantùm erunt ad examinandas dissertationes pro præmio obtinendo missas et quorum honorarium erit juxta judicium facultatis in posterioribus comitiis ad hoc indictis ferendum et sic conclusi

quod Decretum subsignaverunt Magistri delaRiviere, Mac-mahon, Lepreux, Dumangin Philip Decanus.

his peractis nominati sunt ad examen dissertationum Medicarum Deputati scilicet e majori ordine MM. Mac-Mahon et Morand, e minori ordine MM. Simonnet et Le Roux des Tillets. Philip Decanus.

Supererat non minus grave concurrentium Candidatorum examinatores eligendi munus. quo fine in electores examinatorum electi sunt e majori ordine MM. Leclerc, Morand, Lezurier; e minori vero MM. Bayer et Jeannet des Longrois.

proposuerunt itaque sorte ducti domini electores e majori ordine MM. Maigret, Lepreux, Guenet. Sors declaravit Magistros Maigret et Guenet. quibus renuentibus suffecti sunt e Majori ordine MM Millin, Leys, Dessessartz; Sors duxit Magistros Millin et Leys.

iidem Domini electores proposuerunt e minori ordine MM. de frasne, Bourdois de la motte, Simonnet. Sors favit M.º Bourdois et M.º Simonnet.

Statim Magister Leys renuit Magistratum quem tandem accepit Magister Maigret et illicò fidem suam solito sacramento adstrinxerunt Magistri Millin, Maigret, Bourdois de la motte et Simonnet.

Philip Decanus.

Demum audita est relatio examinatorum septem Baccalaureorum in exercitationibus chirurgicis. Sic autem se habet illa relatio.

Decane vigilantissime, Censor integerrime,
viri Medicinæ proceres.

juxta demandatam nobis, honorificam certè, Baccalaureos vestros, super operationes chirurgicas exercendi provinciam, illos assiduò tentavimus per hebdomadam integram, excepto tantùm illo die qui propter serenissimi Delphini Natalitia, publicis feriis dicatus erat. Sed ne quidquam detraheretur ex nostris exercitationibus, die sequenti duplum temporis impendimus in ejusmodi exercitationes. igitur juxta statutorum vestrorum articulum vigesimum secundum, primo et secundo die examen habitum est super operationes chirurgicas quæ tum in abdomine, tum circa abdomen et in partibus vicinis veniunt ut plurimùm perficiendæ, indigitando simul morbos, casus et symptomata quæ hisce operationibus ansam præbere solent, putà vulnera abdominis hernias, hydropem, hydrocelem, urinæ retentionem, calculum vesicæ partum difficilem et reliqua id genus. tertio die operationes in pectore et collo celebratæ sunt, scilicet extirpatio cancri mammarum empyema, bronchotome, tum et de curatione vulnerum thoracis abundè tractavimus. quarto et quinto die, operationes in capite,

in oculis, in ore, in naribus et in totâ facie perfici curavimus, de vulneribus capitis, de fistulâ lachrymali, de suffusione sive cataractâ, de polypo narium potissimùm disceptavimus. Sexto et septimo die artus omnes chirurgicis operationibus subjecti sunt; tum de venæ sectione, de aneurismate, de gangrenâ et amputatione membrorum, de paronychiâ, de fracturis, de luxationibus, de rupturâ tendinum præsertim actum fuit. de causis, signis, eventu et curatione morborum chirurgicâ, de medicamentorum applicatione externâ, de instrumentis chirurgicis Baccalaureos vestros interrogavimus, et juxta statutorum mentem præscripsimus ut operationis modum et spleniorum fasciarumque applicandi rationes, operi manum admovendo ipsimet exponerent.

hos omnes in rebus chirurgicis admodum versatos invenimus. Sunt tamen alii aliis præcellentes sive copiâ sermonis, sive uberiori doctrinæ fonte, adeò ut septem Baccalaureos vestros examine chirurgico tentatos in duplicem ordinem dividere nobis visum sit. in primâ classe ad æqualia ferè laudandi veniunt quatuor simul et cantare pares et respondere parati Corvisart Desmarets, Lendormy-laucour, petit-Radel, pujo, In alterâ non longè distante, ad æqualia pariter accenseri debent alii tres æquo marte ferè dimicantes Louiche des fontaines, Laverne, De montaigu. Sed omnes et singulos sustinendæ Medicorum parisiensium dignitati pares judicavimus. confidimus insuper inter illos neque transfugam, neque saluberrimæ matris osorem aut detrectatorem ullum unquam esse reperiendum. quapropter illos omnes tum æquitati, tum benevolentiæ vestræ commendamus.

Subsignavere Duhaume, Guillotin, delaplanche, hallot.

Quâ auditâ relatione per scrutinium judicium suum tulit — Saluberrima facultas quæ unanimi consensu rata, grata et probata habuit responsa eorumdem septem Baccalaureorum et sic conclusi

Philip Decanus.

Anno Domini 1782, die sabbati nonâ mensis februarii, saluberrima facultas legitime convocata fuit sub hâc verborum formulâ

Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die sabbati nonâ mensis februarii, anno 1782, horâ decimâ matutinâ, post sacrum 1º clarissimos facultatis deputatos de rebus numerariis referentes audituri et postea pro primâ vice deliberaturi; 2º. de rebus ad collegam nostrum M. De Brotonne pertinentibus Decanum dicentem audituri et posteà — deliberaturi; 3º. candidatorum concurrentium supplicationem audituri.

iis in Comitiis exordium duxit Decanus, dicens quatuor nationum procuratores in tribunal academicum sese contulisse ornatos Epomide purpureâ, cujus nondum invaluerat usus, non tantùm in ipsomet tribunali academico sed etiam in ipsarum quatuor nationum Comitiis. insurrexere Theologiæ juriumque Decani adversus inauditam novitatem. insurrexit pariter medicinæ Decanus in usurpationem a procuratoribus factam. Sed ut magis ac magis Saluberrimæ facultatis juribus et dignitati sedulò invigilaret Decanus ab ipsâmet Saluberrimâ matre confidentèr expoposcit ut in presenti rerum statu rectiorem agendi modum Decano suo vellet indicare. re itaque in deliberationem missâ, rogatisque singulorum Doctorum sententiis, unanimi consensu, censuit Saluberrima facultas intercedendum esse quominus nationum procuratores Epomidem purpuream usurpent et statuit nihil de hâc re innovandum esse et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignaverunt M. M. pajon de Moncets, Millin, Lepreux et des Hartz.

Quam intercessionem amplissimo Rectori, necnon quatuor nationum procuratoribus Declaravit Medicinæ Decanus in proximè sequenti academico tribunali. Philip Decanus.

Cum audivit Saluberrimus ordo relationem maximi certè momenti, scilicet relationem deputatorum ad res numerarias, de quibus pro primâ tantùm vice statuit. re etenim in deliberationem missâ et collectis Doctorum sententiis, unanimi consensu, Saluberrima facultas gratam habuit de rebus numerariis deputatorum relationem, cujus tenor videbitur infra; sed ex majori suffragiorum numero decrevit eamdem relationem per quindecim dies exponendam esse cuilibet doctori qui peculiares articulos perpendere vellet. insuper iterum de iisdem rebus deliberandum esse et demum tertiâ et ultimâ vice, antequam dies quindecim elapsi sint et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignaverunt M. M. Le Clerc, pajon de Moncets, Maigret et Lepreux.

postea legit Decanus Epistolam ad se missam a collegâ nostro M.e de Brotonne, ad propriam ejusdem Magistri deffensionem scriptam.

auditâ lectione, perpensisque cunctis allegationibus, cum jamdudum agyrtarum more sese gesserit Magister de Brotonne, notumque fuerit

a plurimis relationibus, quin imò ipsius Scriptis probaretur, illum in consiliis medicis et medicâ praxi, aquæ vulgò dictæ medicinalis usum pluries medicâ prescriptione Suasisse, quod verum medicinæ antistitem minimè decet et legibus nostris penitùs adversatur; cum insuper molli et amicâ objurgatione in vanum monitus fuerit, tantam officiorum oblivionem ægrè ferens saluberrima mater, de vituperabili M^r. de Brotonne agendi modo tandem invita deliberavit. collectis itaque singulorum Sententiis exortum est Decretum Sequens.

Cum ex dictis et Scriptis M^r. de Brotonne Statutorum immemoris constiterit illius agendi rationem Statutis et Decretis facultatis prorsùs adversari, ex majori Suffragiorum numero censuit saluberrima facultas domini de Brotonne agendi rationem improbandam esse et hunc acritèr objurgandum. attamen indulgentiæ gratiâ, Statuit ipsi condonandum esse, eâ conditione ut nullis remediis ignotis utatur, et erga collegas decentèr et honestè se gerat imposterum. eâ spe ducta saluberrima mater decrevit supersedendum esse illius radiationi quâ dignum censuerat ad mentem Statutorum et sic conclusi

Philip Decanus.

Quod Decretum Subsignavere MM. pajon de Moncets, Maigret, Lepreux et Lafitte.

ultimò tandem saluberrima facultas audivit Supplicationem candidatorum concurrentium, pro admissione Suâ ad concursum medicum coram facultate mox habendum, quorum candidatorum nomina et cognomina sic se habent.

Mathæus Geraud, claromontanus apud arvernos.
antonius-placidus-franciscus-josephus Desmarescaux, gallo-Belga.
honoratus Vrignauld, nannetensis apud armoricos.
philippus pinel, occitanus.

quibus candidatis diem indixit saluberrima facultas et in illorum concurrentium candidatorum litterarum examinatores elegit Magistros pajon de Moncets, Dumangin, nollau, goubelly, de la planche et Marinier.

Philip decanus.

Anno Domini 1782, die Sabbati 16.ª mensis februarii Saluberrima facultas legitimè convocata fuit sub hâc verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes, in Scholas Superiores, die Sabbati decimâ-sextâ mensis februarii, anno 1782, horâ ipsissimâ decimâ, post Sacrum, 1°. Dissertationum medicarum examinatorem in locum M. Mac-Mahon Magistratum renuentis, electuri; 2°. de rebus numerariis iterum deliberaturi; 3°. de rebus ad futuros Baccalaureos pertinentibus Collegam nostrum M. hallot dicentem; 4°. Epistolæ a Saluberrimâ pictaviensi facultate ad Decanum missæ lectionem audituri et posteà deliberaturi.

iis in Comitiis, 1°. lecta est epistola clarissimi Collegæ nostri M. Mac-Mahon renuentis Magistratum examinatoris Medicarum dissertationum ad præmium adipiscendum, in cujus Magistri locum electus est Magister le preux. Philip Decanus.

2°. actum est de rebus numerariis pro secundâ vice. quod quidem negotium ad alia Comitia vespertinis horis habenda rejectum est.

3°. exposuit M. Des Hartz antiquus facultatis Decanus Epistolam publici juris factam fuisse a collegâ nostro Magistro Bacher, adversus collegam nostrum Magistrum Bouvart et expostulavit ut facultas rem perpenderet illam quæ maximi momenti videbatur esse, tum erga Saluberrimum ordinem, tum erga quoscumque privatos doctores. de quo negotio nil tamen deliberatum est.

4°. Surrexit Magister hallot dicturus de Rebus ad futuros Baccalaureos pertinentibus. quæ auditio ad alia comitia dilata est, sicut lectio epistolæ a Saluberrimâ pictaviensi facultate ad Decanum missæ.

Denique mota est quæstio a Magistro gauthier adversus Decanum, ex eo quod eidem M.° gauthier, in ordine suo non disputaturo licentiam extra ordinem disputandi abnegavent ipse Decanus. re in deliberationem missâ et collectis doctorum adstantium sententiis exortum est Decretum sequens.

Die Sabbati decimâ sextâ mensis februarii, anni millesimi Septingentesimi octogesimi secundi, facultas legitimè convocata, statis in Comitiis, audivit Magistrum gauthier dicentem se licentiam a facultate expostulare ut thesi quodlibetariæ medico-chirurgicæ extra ordinem præesset. audito dicto Magistro,

et re in deliberationem missâ, petitioni factæ annuerunt quidam Doctores. intercesserunt autem Magistri Lepreux, Bager, cotton et Desbois, juxta mentem Statutorum quadragesimi octavi et octogesimi et sic juxta statuta conclusi Philip decanus.

Quam quidem intercessionem subsignaverunt Magistri intercedentes Lepreux, Cotton et desbois.

Anno Domini 1782, die mercurii vigesimâ mensis februarii saluberrima facultas legitimè convocata fuit, horâ post meridiem quartâ, sub hâc verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die mercurii vigesimâ mensis februarii, anno 1782, horâ post meridiem quartâ, 1º alteram de rebus numerariis deliberationem inceptam persecuturi; 2º epistolæ a saluberrimâ pictaviensi facultate ad Decanum missæ lectionem audituri et postea deliberaturi.

iis in Comitiis 1º lecta est Epistola a saluberrimâ pictaviensi facultate ad Decanum missa cujus sequitur tenor.

Messieurs

L'interet public qui vous conduit et les sages precautions que vous prenés pour n'admettre que des sujets capables de se rendre utiles, nous determinent a vous faire part de ce qui vient de se passer dans notre faculté, esperant que vous voudrés bien nous aider de vos conseils et de vos bons offices dans une circonstance qui nous paroit epineuse.

Le Sr Bouriat Docteur de Montpellier s'etant presenté au mois de novembre dernier pour etre aggregé, notre faculté lui indiqua deux matieres suivant l'usage. un mois ecoulé, il presenta ses theses au Doyen qui les trouva trop mal faites pour les syndiquer. l'auteur s'etant plaint, le Doyen les remit a la faculté qui d'un commun accord les rejetta. on accorda quinze jour au Sr Bouriat pour les refondre. au bout de ce tems, ayant eté remises, le Doyen, pour faire voir qu'il n'y avoit point d'humeur dans sa conduite, les syndiqua, quoyqu'il ne les trouvat pas de son gout. le Candidat soutint ces theses le 29 janvier dernier, en presence des Corps de la ville et d'une nombreuse assemblée soir et matin. quelle fut notre surprise, Messieurs, de voir un sujet qui s'etoit annoncé comme un

homme qui n'avoit rien a redouter de cette epreuve, ne pouvoir non seulement donner une reponse aux objections qu'on lui proposoit, mais meme ne pouvoir repeter aucun des argumens, quelques clairs et quelque laconiques qu'ils fussent. a cette incapacité, il se permit contre les Docteurs de la faculté des choses peu menagées, qui les engagea a se retirer, avant que le dernier argumentant eut fini. le public n'eut pas de peine a porter son jugement. l'assemblée dit hautement qu'un tel sujet ne devoit pas etre admis. mais la faculté crut devoir agir avec plus de precaution, tant par rapport a la faculté qui l'a admis, que par rapport a deux membres de l'université a qui il appartient. elle crût donc avoir trouvé un moyen de menager l'honneur d'un chacun, et de satisfaire, tant au public mecontent, qu'a sa propre conscience, en proposant au Candidat de l'admettre sous les conditions qu'il partiroit incessamment pour paris, qu'il y suivroit les leçons des hommes sçavans qui y enseignent la medecine, et qu'il en rapporteroit des certificats en bonne forme. cette proposition fut acceptée et dans le jour ou la faculté devoit s'assembler pour rediger le Decret, le Sr. Bouriat fit faire une sommation a la faculté de le recevoir sous vingt quatre heures et en cas de refus il proteste de se pourvoir pardevant le parlement. cette menace ne nous a point intimidés et la faculté a rendu hier matin un decret par lequel elle renvoye le Sr. Bouriat pour cause d'incapacité, et declare que s'il se presente une seconde fois, il sera obligé de faire de nouvelles epreuves.

On joint les certificats des differents corps qui ont assisté et celuy du public pour prouver la legitimité de notre conduite. la faculté n'a pû se procurer celui de l'université, parceque le Recteur a refusé de donner l'assemblée que le Doyen lui avoit demandé. comme parent du Candidat, il a ~~…~~ crû pouvoir le faire.

Notre faculté desire, Messieurs, que Nosseigneurs du parlement ordonnent que le Sr. Bouriat soit renvoyé pardevant vous pour y etre examiné. votre decision seroit une loy que nous nous empresserions de consigner dans nos Registres, comme un monument de votre Equité.

Nous envoyons aujourd'huy de semblables certificats a Mgr. Le Garde des Sceaux et a Mgr Le procureur General. un de nos Messieurs ecrit aussy a M. Le president Rolland, sur la protection duquel compte beaucoup M. Bouriat. nous joignons un exemplaire des theses soutenues et si votre respectable compagnie exige une copie de celles qui n'ont pas eté admises, nous la satisferons, lorsqu'elle le jugera

a propos.

Nous sommes avec respect

Messieurs

Vos très humbles et très obeissants serviteurs

Signés Pallu, Doyen de la faculté de Medecine,

Portier Syndic.

a poitiers ce 6 fevrier 1782.

Les autres certificats n'ayant pû etre delivrés pour cette poste, nous aurons l'honneur de vous les adresser incessamment.

Auditâ lectione hujusce Epistolæ, re in deliberationem missâ, collectisque Doctorum sententiis, unanimi consensu probata est saluberrimæ pictaviensis facultatis agendi ratio et statuit saluberrima nostra facultas respondendum esse pictaviensi facultati juxta ejus petita et sic conclusi Philip Decanus.

2°. alteram de rebus numerariis deliberationem inceptam persecuta est saluberrima facultas. re in deliberationem missâ et rogatis singulorum Doctorum sententiis, statuit saluberrima facultas omnes quoscunque articulos de rebus numerariis esse redigendos juxta tabulam hinc et inde quatuor Doctorum Chirographo munitam et sic pro secundâ vice conclusi

Philip Decanus.

Quod decretum subsignaverunt MM. Lezurier, Nollan, delaplanche, et Mathey.

Anno Domini 1782 die sabbati 23ª. mensis februarii, saluberrima facultas legitimè convocata fuit, sub hâc verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die sabbati vigesimâ tertiâ mensis februarii, anno 1782, horâ decimâ matutina, post sacrum, 1°. clarissimorum virorum qui examinandis candidatorum concurrentium litteris præpositi fuere, relationem; 2°. de premio concursûs concedendo Collegam nostrum Magistrum Le preux dicentem; 3°. de rebus ad futuros Baccalaureos pertinentibus Collegam nostrum M. hallot dicentem audituri et posteà deliberaturi.

his in Comitiis 1°. audita est relatio examinatorum litterarum quatuor candidatorum concurrentium.

juxta eamdem relationem tres candidati admissi sunt ad concursum

unanimi consensu. de quarto, scilicet de Magistro Desmarescaux deliberavit facultas; an actus quem dicunt de notorieté sufficiens sit, an provisoriè tantùm admittendus sit ille Magister, lâ conditione ut alterum actum afferat. collectis itaque singulorum Doctorum sententiis, ex longe majori suffragiorum numero Decrevit saluberrima facultas Magistrum Desmarescaux provisoriè tantum admittendum esse ad concursum, eâ conditione ut alterum afferat actum vulgò de notorieté, quo constet eum esse talem qualem profitentur litteræ Baptisterii, testimonio virorum commendabilium e loco natali ejusdem magistri Desmarescaux et sic conclusi

Philip decanus.

Quod Decretum subsignaverunt MM pajon de Moncets, Lezurier, Bourru, et Lepreux.

2°. auditus est Magister Lepreux de præmio concursus concedendo dicens, ut sequitur:

Messieurs

A l'ouverture de chaque licence vous avés un prix a distribuer, le plus beau sans doute de touts ceux qui se proposent et se distribuent dans toutes les academies de l'europe. il vaut a celui qui le remporte son etat et un etat distingué dans la société, ceci est inestimable; les depenses ensuite qu'il eparyne peuvent etre evaluées a prés de deux mille ecus. dans la derniere licence le prix fut remis. il se trouve donc actuellement que dans la licence qui va s'ouvrir, vous avés a disposer de deux prix. est il a presumer que le concours n'etant composé que de quatre sujets, les deux prix n'ayant pas eté annoncés par les papiers publics, ce qui auroit determiné un plus grand nombre de sujets a se presenter, est il, dis je, a presumer que vous donnerés deux prix? voila cependant le moment de statuer quelque chose sur cet objet, afin qu'au moment de la decision du prix, on ne puisse elever aucune question embarrassante. au premier coup d'oeil il me semble que votre sagesse, dont je me permets de pressentir les vües, ne pouvoit que remettre a deux ans la distribution de deux prix, parceque pour lors on auroit soin que l'annonce en fut repandue dans les provinces. cependant ne seroit il pas possible, Messieurs, de faire cette année même l'employ des deux prix? il y en auroit un comme a l'ordinaire pour le concours. il faut esperer qu'il ne sera pas remis, nous ne sommes cependant pas en etat pour le moment de rien prononcer la dessus. le second pourroit servir a remplir des vües de bienfaisance que je vais proposer.

Vos finances ont beau être en mauvais etat, je ne proposerai pas de faire tourner a votre profit le prix que vous n'avés pas adjugé. je n'ai pas besoin d'examiner si le titre de la fondation pouvoit vous gener sur ce point. il me suffit d'envisager votre conduite ordinaire dans les choses d'interet. je sçais que de pareilles speculations sont audessous de l'esprit qui vous anime. je sçais que dans l'année ou nous perdimes M. d'auvergne au moment meme ou il venoit de remporter le prix, quoyque vous eussiés rempli toute justice et que vous ne dûssiés plus rien a la fondation, par un sentiment de pure bienfaisance, vous ne voulutes pas heriter de sa place. vous appellates a cet heritage un talent dont a la verité nous avons a nous louer, mais qui n'avoit aucun droit a la chose. dans le moment present les circonstances ne sont pas tout a fait les memes. vous etes demeurés redevables a la fondation. vous avés un acte de justice a remplir. au lieu d'être forcés un jour, dans la distribution du legs de M. Diest, par un concourant que nous ne connoissons pas, ne pourrions nous pas recompenser avec ce prix des talent que nous connoissons bien. nous serons tout a la fois et justes et bienfaisants. nous nous acquitterons de la maniere la moins onereuse pour nous et dans des tems critiques ou vous avés besoin de serrer les liens qui nous unissent vous enchainerés par la reconnoissance ceux qui vous devront ce nouveau bienfait. vous avés, Messieurs, dans la licence qui expira trois Bacheliers qui ont concouru, il y a deux ans, pour le prix. ils se sont distingués au concours. ils ont redoublé d'efforts pendant la licence et dans les differends examens ils ont merité des eloges particuliers. je sçais que pour avoir l'honneur de vous appartenir un jour, ils ont fait des avances au dessus de leur fortune. ne pourroit-on pas partager le prix a distribuer entre eux trois? c'est faire de plein gré trois heureux au lieu d'un qu'il faudra faire un jour comme de force et ceux qu'on oblige dans ce moment seront vos confreres dans six mois.

Tribus Baccalaureis nempe Lendormi-Laucour, Laverne et Petit-Radel censebat Magister Lepreux remittendas esse cuique 1500.^{tt} in impensis ad examen practicum vel ad Doctoratum adhibendis. re autem in deliberationem missâ et collectis singulorum Doctorum sententiis, ex majori suffragiorum numero decrevit saluberrima facultas annuendum non esse petitioni M.^{ri} le preux de premiis concursus dividendo juxta illius petitionem et sic conclusi Philip Decanus.

Quod decretum subsignaverunt MM. pajon de Moncetz, Bourru, Dumangin et de la planche.

9.° tandem auditus est Magister hallor de rebus ad futuros Baccalaureos pertinentibus Dicens, ut sequitur.

Vous avés sans doute observé avec chagrin l'anarchie funeste qui desole la medecine depuis longtems. vous sentés combien il est douloureux pour des hommes de bonne foy qui croyoient pouvoir un jour etre utiles a leurs semblables et jouir d'une consideration meritée par plusieurs années de travaux, une fois repandus dans le monde, de n'y trouver que des — entraves dans la pratique.

Un des obstacles les plus insurmontables ce sont les prejugés du public et parmi ces prejugés, il en est peu d'aussi dangereux que celui qui regarde la qualité de Medecin comme un des plus foibles titres en medecine.

Ecoutons un moment les faux sçavants: » la Medecine, disent-ils, » n'a pour base que des conjectures: on pouvoit en etre la dupe autrefois, » mais ce n'est pas envain que le ridicule et la raillerie ont epuisé leurs » traits sur cet etat. ce n'est pas qu'on n'y trouve encore quelques personnes » distinguées, car par exemple nous sçavons tel, ou tel, qui quoyque — » Medecins ont neammoins l'avantage d'etre de telle academie, de telle » Société, decoré de telle marque distinctive, et touts ces grades sont sans » contredit la recompense du merite. »

Voila, Messieurs la peinture fidele du prejugé. or, je vous le demande, la science peut elle tenir contre de pareilles idées? devés vous etre surpris de voir le peuple sans confiance, vos ordonnances sans execution, votre etat sans respect, et vos personnes meme econduites par les faux sçavants de toute espece dont ce pays fourmille?

Jusqu'a present votre esprit philosophique a sçu se mettre audessus de ces sophismes qui ont fait avorter en grande partie les fruits que vous et le public deviés recueillir de vos travaux. cependant il doit exister un rapport necessaire entre vous et ce meme public qui souvent n'est — injuste que parce qu'il n'est pas eclairé.

Detruisés donc ses prejugés par quelque acte public et montrés vous ce que vous etes. dictés lui le respect qui vous est dû, faites repeter a toutes les bouches qu'il n'est aucun titre en medecine superieur a celui de Medecin de votre faculté, que touts les titres etrangers ne sont nullement des complements de grades; que d'après l'esprit de votre constitution, de vos statuts, de vos usages, ceux qui acceptent ces titres se rendent coupables d'autant d'actes de Leze-confraternité. cités ces paroles remarquables de l'article XXVIII.e des Statuts, a la suite de l'acte de notorieté qu'on exige des Chirurgiens et apothicaires de se depouiller de leurs qualités avant de pouvoir etre licentiés: Ordinis enim Medici dignitatem puram integramque

conservare par est. n'est il pas evident que d'après le vrai sens de ce Statut nos predecesseurs auroient aussi banni tous ces titres qui en imposent aujourd'huy: ils auroient en cela suivi la conduite qu'a tenue depuis l'academie des inscriptions et belles lettres, lorsqu'elle a resolu d'exclurre de chez elle touts ceux de ses membres qui accepteroient des titres ailleurs.

Observés bien, Messieurs, que le public ne se connoit guere en science, et qu'il n'apprecie ordinairement les Sçavants que sur l'etiquette. or les titres d'academicien, d'associé &c sont precisement l'etiquette de Mode, au point que la manie academique me paroit etre aujourdhui une veritable Epidemie.

Tachés de bien inculquer a ce meme public que votre faculté est la vraie pepiniere ou croissent les botanistes, les chymistes, les anatomistes et les praticiens eclairés qui sont de la derniere ressource dans toute sorte de maladies et d'Epidemies et qu'il seroit aussi ridicule d'imaginer qu'un homme ait plus de merite, parcequ'il est distingué, c'est a dire isolé de sa Compagnie, qu'il seroit fou de soutenir qu'un ananas, parcequ'il est transplanté dans nos pays, doive etre superieur en saveur a ceux qui se trouvent en grand nombre dans leur climat naturel.

Avant de vous proposer le moyen que j'imagine capable de detruire ces prejugés, je me permettrai de vous dire un mot du Regime Constitutionel des academies ou Societés actuelles, afin de vous mettre en Etat de pouvoir le comparer au notre et de juger s'il est vraisemblable que ma proposition ait pû avoir eté dictée par aucun motif particulier.

Je pose donc en fait que le Regime actuel des academies ou Societés est diametralement opposé a notre constitution et a l'esprit qui doit animer des Sçavants.

Ce Regime consiste surtout 1°. a avoir un chef perpetuel, 2°. un nombre determiné de membres dont le choix est arbitraire, 3°. un pretendu droit de prononcer en Corps et de porter des jugements sur des ouvrages et des faits de genie. or 1°. rien n'est plus contraire a l'esprit de votre constitution que d'avoir un chef perpetuel et vous vous rappellés les precautions que vous avés prises, a l'exemple de vos ancetres, pour ne pas eterniser le Decanat, et pour rendre nul l'effet des brigues dans les elections. 2°. vous n'avés pas un nombre determiné de membres et l'admission des sujets chez vous n'est point une espece de recompense, c'est le droit de touts ceux qui, d'après le rapport de vos Commissaires, paroissant avoir le jugement sain, ont etudié avec fruit les elements des sciences et de la medecine: d'ou il suit que l'intrigue ou l'authorité ne peuvent guere donner accés chez vous. 3°. au lieu d'avoir une doctrine de Corps, vous etes au contraire animés d'un esprit de tolerance qui resulte de la persuasion intime dans laquelle vous etes de

la petitesse d'esprit de ceux qui veulent porter des jugements et dicter des Loix en medecine. c'est, j'en conviens, a nos dépens que nous sommes instruits; car nous blamons la conduite de ceux de nos ancêtres qui solliciterent un Arret pour proscrire l'emetique et voulurent ainsi donner force de loi a leur opinion. mais nous sçavons combien il est essentiel de respecter la liberté de penser necessaire aux sçavants, et que nous n'avons le droit de soutenir notre opinion, que par la convention tacite que nous respecterons celle des autres. l'opinion est toujours individuelle, et vouloir lui donner une sanction, c'est appeller doctrine academique, doctrine consacrée, ce qui au fond n'est que l'opinion d'un particulier, adoptée par plusieurs, laquelle peutetre sera demontrée erronnée le lendemain.

Mais sans m'epuiser en speculations sur cet objet, ne suffit-il pas pour prouver la bonté de votre regime par le fait, d'observer que vous formés et que vous avés chez vous des sçavants de toute espece et en grand nombre? c'est donc favoriser le progrés des sciences que de soutenir un regime qui entretient essentiellement cette correspondance constante ou communication reciproque des lumieres que d'autres Corps promettent envain, quoyqu'ils sachent bien neammoins se prevaloir de cette promesse; semblables en cela a certains historiographes qu'on pensionneroit assés plaisamment comme tels, sans que jamais ils ecrivissent l'histoire.

Ainsi donc le moyen de recouvrer cette belle consistance que tant de faux freres ont taché de vous faire perdre en portant ailleurs leur credit et leurs talens, c'est de vous separer de toutes ces compagnies etrangeres a la votre, lorsqu'elles semblent crier au public, surtout dans touts les journaux ou gazettes, et autres bouches de la renommée qu'elles ont soin d'accaparer: " nous " jugeons des sçavants, donc nous avons la preeminence sur les autres " sçavants. nous donnons des prix, donc nous sommes des maîtres. nous " rendons publiques nos decouvertes a des Epoques fixes, donc nous sommes " les seuls qui sachions nous occuper " de toute cette charlatanerie leur vaut tout le pouvoir qu'on leur confie et qui acheve de fixer leur superiorité. or sur quoy cette superiorité est elle fondée? d'ou vient ce despotisme scientifique qui n'est qu'une extension du systeme du <u>privilege exclusif</u> aux matieres de genie? pouvoit-on imaginer rien de plus injurieux pour la raison qu'un privilege absurde de distribuer des reputations et de créer des sçavants en titre d'office? n'est ce point la cette barriere impenetrable aux vrais sçavants, aux gens de bonne foy, aux ames droites? mais n'ayant point a demontrer qu'un pareil systeme doit necessairement entrainer la decadence des differentes sciences, je vous invite seulement a detruire de votre mieux le prejugé. apprenés au public que c'etoit chez vous que se recrutoient en grande partie ces corps et que semblables aux plantes parasites, c'etoit toujours ~~aux~~ aux depens du tronc.

La douleur dont je suis penetré, en observant l'etat actuel des choses, est le seul motif qui me presse. il me semble que nous sommes menacés de voir revivre ces tems ou l'on vit de petits tyrans s'elever sur les debris des grandes Republiques et faire succeder aux beaux Arts l'ignorance et la Barbarie. ne voyons nous pas la Capitale inondée d'intriguants dont la consistance qui croit en raison du credit qui les pousse, finit par mettre en problême s'ils ne sont pas superieurs aux vrais sçavants. je n'ai garde de confondre dans cette foule quelques Academiciens estimables et dont les qualités personnelles n'ont rien de commun avec la constitution vicieuse de leurs Compagnies. je pretends seulement qu'une des causes de touts ces maux c'est que le ~~nom~~ seul de Medecin ne soit point assés respecté.

Le moyen que je vous propose pour y remedier me paroit d'autant plus necessaire que vous sentés mieux que jamais l'insuffisance des sermens que vous vous contentiés de faire preter et que vous avés vûs depuis si souvent violés impunément.

Il seroit donc a propos d'ajouter au Decret que vous faites signer aux nouveaux Bacheliers le jour du principe et par lequel ils s'engagent a quitter le titre de Medecin de votre faculté, s'ils discontinuent leur Licence, d'ajouter, dis-je, a ce decret une renonciation formelle a touts titres ou qualités etrangeres, sans l'aveu de la Compagnie, sous peine de radiation.

Ce moyen simple et qui n'a point d'effet retroactif, me paroit avoir le triple avantage d'etre une pierre de touche pour reconnoitre la sincerité de vos futurs confreres, d'etre un acte authentique a opposer a ceux qui deviendroient faux freres et de nous authoriser a detruire le prejugé du public en faveur des autres Corps, en disant qu'il nous est deffendu d'en devenir membres.

Je fais peu de cas de l'objection que la malignité pourroit faire naitre, vous semblés attaquer des Compagnies instituées par le Roy pour etablir une certaine rivalité. je repondrois qu'il faut donc soutenir le Corps qui paroit foiblir et que par la conduite que je vous propose, cette pretendue rivalité n'en seroit que mieux nuancée. vous ne cherchés point a detruire ces Corps, vous ne faites qu'empecher vos confreres d'y entrer sans votre agrément; voici même votre pretention plus positivement enoncée quoyque nous soyons touts loyaux et fideles sujets du Roy, nous exigeons que vous fassiés le service dans notre Compagnie, sous peine de cassation, si vous faussés vos serment et si vous allés malgré nous vous engager et servir sous d'autres drapeaux.

je prie donc Monsieur Le Doyen de vouloir bien mettre en deliberation la presente motion, sçavoir si on ajoutera au Decret que signent les

nouveaux Bacheliers, le jour du principe, les paroles suivantes :
" protinusque ex albo expungendos esse, statim ac titulis alienis, verbi-
" gratiâ socii aut academicis, nos superbire palam constiterit, nisi
" concessâ a facultate veniâ, quia ad mentem statutorum et ex-
" statuto vigesimo octavo, ordinis Medici dignitatem puram integramque
" conservare par est.

Signé hallot.

Auditâ lectione, collectis et numeratis Doctorum sententiis, ex majori suffragiorum numero, Decrevit saluberrima facultas annuendum esse petitioni Magistri hallot, de quâ tamen semel et iterum deliberandum erit et sic pro primâ vice conclusi Philip decanus.

Quod Decretum subsignaverunt MM pajon de Moncets, Sezurier, Bourru, et hallot.

Anno Domini 1782 convocati fuere Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die sabbati 23.ª mensis februarii et diebus Dominicâ, Lunæ, Martis, Mercurii et veneris proximè sequentibus, a tertiâ ad septimam horam, interfuturi examini candidatorum concurrentium.

Philip decanus.

Anno Domini 1782, die sabbati secundo mensis martii, saluberrima facultas legitimè convocata fuit sub hâc verborum formulâ

Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die sabbati secundo mensis martii, anni 1782, horâ decimâ matutinâ, post sacrum: 1.° clarissimorum virorum qui ad examinandos concurrentes deputati sunt relationem audituri, suumque de concedendo præmio judicium per scrutinium laturi; 2.° candidatorum supplicationem audituri posteàque deliberaturi.

iis in Comitiis 1.° audita est relatio clarissimorum virorum qui examinandis candidatis concurrentibus præpositi fuere. sic autem se habet ista relatio.

Neminem vestrûm ignorare arbitror, Decane vigilantissime, viri Medicinæ proceres, quam gravis et insignis illa fuerit, quæ olim, circum spectante universo græcorum exercitu, pro achillis clypeo et armis, Ajacem inter et Ulissem habita est contentio. non hic hodie illius græciæ herois aguntur arma bello verè natis destinata, et digna tantùm quæ a viris æstu fervidis, martialibusque Laureis inhiantibus, desiderentur. quantò sapientior, quantòque simul amœnior illa, quæ diebus hisce nuperrimis uniuscujusque nostrûm oculos et aures tam jucundè detinuit prorsus diversa contentio, cujus nunc sedetis testes oculatissimi, iidemque disceptatores integerrimi, et in quâ non in medium afferuntur concertantibus arma ad mortalium internecionem facta, -

miserorum Cruore adhuc calentia, Stragi et Cædibus quodam modo — consecrata, sed ubi proponitur premium eò ardentiùs votis expetendum, eò magis honesto cuilibet viro invidendum, quod qui palàm obtinuerit, id domum reportaturus sit, ut per omnes latè regiones, quocumque sua eum vocaverit patria, civium saluti liberè etapertè possit inservire, humanitati imploranti opem ferre, et, quantum homini fas est, ex ipsis propè mortis faucibus suos eripere, jam verè factus periculorum depulsor, generisque humani conservator felicissimus.

Inde colligitis, Viri Medicinæ proceres, quantò, id, de quo judicaturi nunc sedetis, premium insignius est ac præstantius, tantò acrius — nobis præcavendum esse, ne quid hic vel inhonestæ ambitioni, vel assentationi malæ detur, unde nostra redargui posset fidelitas. — quapropter, omni silente privato affectu, nisi qui ducem habeat æquitatem, etiam silente omni prædilectionis studio, cujuscumque naturæ sit, quod unum insignissimi hujus premii fundator spectavit, id unum nosetipsi intuebimur, de singulis concurrentibus quos, vobis annuentibus, examini nostro subjecimus, probè ac fideliter referentes.

Ex variis athletis medicinæ operam navaturis, quatuor sese obtulere qui de palmâ quam vos mox estis decreturi, inter se contenderunt, scilicet Mathæus Geraud, claromontanus apud arvernos, Antonius = placidus = franciscus = josephus Desmarescaux gallo = Belga, — honoratus Vrignauld, nannetensis apud Armoricos, et Philippus Pinel occitanus. in hâc institutâ contentione tantam omnes et singuli æmulationem exercuerunt, tantam adipiscendi honoris — cupidinem, ut, si quid in hâc parte nobis desiderandum succurrat, id unum profectò quod non totidem, quibus plurimorum ex iis — capita insigniri possint, coronas habeamus. sed licet in unoquoque eam rerum supperlectilem deprehenderimus quæ valeat vestra mereri suffragia; licet unusquisque palmam sibi quodammodo possit vindicare, et qui premium tollat, verè dignus videatur; nobis tamen idem contigit quod homini æthereos tractus, sudo et aperto cælo, contemplanti evenit, quod si universa hinc et inde lucentia spectet sydera, pari admirationis sensu primùm afficitur, quod si deinde singula attentius inspiciat, alia aliis splendidiora, longiùsque fulgentia fateatur oportet.

Et verò notum vobis est, Viri medici, ingenia non multum discrepare a vultibus. suam enim quæque habent naturam, suam quæque — discrepantiam, et ut ita dicam, suum quæque peculiarem habitum, unde fit quod si quis has differentias omnes rectè inspiciat, alia aliis ingenia etiam longius præstare, haud difficiltèr deprehendere poterit.

et quoniam in ingeniis ita solertèr lusit natura, quid mirum, si sint alia quæ sublimitatis sensu imbuta, ita, quasi pennis pernicibus sursùm eleventur, ut remotissimas cælorum plagas attingere videantur. alia quæ fervida minus et ignea non altius quidem sese extollunt, sed æquabili volatu certum quoddam medium tenent et ita constanter tenent, ut neque cælum lacessere, neque terram radere censeantur. alia tandem istis volatilibus similia, quæ, quamquam a naturâ pennas sortita sint, paulò altiùs assurgere non possunt, quin statim corruant, innatæ debilitatis malè conscia.

a raison de 24.tt pour la faculté pour chaque lettre.

Le surplus sera divisé en 6.tt pour la signature du Doyen et 6.tt pour le premier appariteur qui fournit le parchemin &c.

il ne reste plus a s'occuper que des amandes, tant des Docteurs que des Bacheliers.

Recapitulation

La recette pendant les deux années du Decanat est de	20660.tt
La depense ordinaire pendant les deux memes années est de	30041.tt 8.s
donc la depense excede la recette de —	9381.tt 8.s
ajoutant a cette somme l'interet des 43665.tt 15.s que doit la faculté, lequel interest est de 2183.tt 10.s pour un an, en negligeant les 15.s et par consequent pour deux ans de —	4367.tt
La depense reelle excede la recette de	13748.tt 8.s
En admettant les retranchements proposés sur les depenses lesquelles montent a — — — — — — —	11575.tt 16.s
L'excés de la depense se trouvera reduit a — — — — —	2172.tt 4.s
En admettant les additions proposées a la recette pendant deux ans, lesquelles sont de — — — — —	3357.tt
il restera a la faculté — — — — — — —	1184.tt 16.s

Philip Doyen

et ont signé MM. Lezurier, Rollan, Delaplanche, et Mathey.

his itaque rebus apprimè discussis, sedulò perpensis et diligentèr consideratis omnibus, saluberrima facultas legitimè convocata die jovis vigesimâ primâ mensis martii 1782 ut tertiò et ultimò deliberaret

de rebus numerariis, Statuit tabulam supra scriptam esse observandam — ad majus facultatis emolumentum et additiones in alterâ tabulâ retro scriptâ contentas, pariter esse observandas, ut magis ac magis res — numeraria facultatis versùs æquilibrium vergant et tandem justo modo regantur et sic ex plurali suffragiorum numero pro tertiâ et ultimâ vice conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere MM. Le Clerc, Bourru, Le preux, Desbois.

Eâdem Die, de calculorum argenteorum numero candidatorum concurrentium examinatoribus distribuendorum, emolumenti causâ, discussum est.

Re in deliberationem missâ, rogatisque doctorum sententiis, Statuit Saluberrima facultas triginta calculos argenteos esse distribuendos — examinatoribus candidatorum concurrentium et sic ex plurali suffragiorum numero conclusi Philip Decanus.

Dum autem Saluberrima facultas, semper benefica mater, pauperibus viduis auxiliatricem manum benignè porrexit, dum summâ liberalitate concurrentium candidatorum examinatoribus triginta calculos argenteos ex ærario suo distribuendos esse decrevit; nonne posteà legitima foret et quidem urgentior inquisitio, quibus potissimùm mediis Saluberrima facultas ærarium suum penitùs exhaustum facilè resarciret et restauraret. Eo igitur fine propositum est an doctores recipient sportulam sex tantùm Baccalaureorum, dum sportulæ aliorum Baccalaureorum, qualiscumque sit eorum numerus, in arcam facultatis cadent.

Re itaque in deliberationem missâ, rogatisque singulorum doctorum sententiis, ex plurali suffragiorum numero, Statuit Saluberrima facultas sportulam a Doctoribus recipiendam facultati derelinquendam esse quoad sextam partem, ita ut unus supra quintum Baccalaureum in facultatis commodum vertatur et sic de cæteris pro quolibet sexto Baccalaureo et sic conclusi Philip Decanus.

Denique istorum Comitiorum seriem terminavit Saluberrima facultas litem componendo quæ mota erat Decanum inter et magistrum Dupré juniorem. duplici de causâ jure merito conquerebatur Decanus. 1°. ex eo quod filius Dupré ægrotantem patrem fingebat, ut ejus loco sportulam ipsemet acciperet, sicque orbaretur ipsa facultas. 2°. ex eo quod, etiamsi reverâ ægrotaretur pater, vel sanus esset, cum continuò vitam degebat Stenaei, nihil de sportulis accipere debebat propter distantiam. Sic autem breviter lis composita fuit.

Die jovis vigesimâ primâ mensis martii, anni millesimi septingentesimi

octogesimi secundi, Saluberrimâ facultate legitimè convocatâ et statis in Comitiis, postulante Magistro Dupré filio, an posset patrem absentem morbo excusare, sicque honorarium absenti conservare. auditis tum Magistro Dupré filio, tum Decano qui conquerebatur de modo agendi Domini Dupré filii, re in deliberationem missâ, rogatisque Doctorum sententiis, unanimi consensu statuit saluberrima facultas postulationem Magistri Dupré filii non admittendam esse. insuper ad proxima Comitia rem denuò mittendam fore et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere MM. Le Clerc, Bourru, Lepreux, Simonnet.

Anno Domini 1782, die sabbati 23ª. mensis Martii, saluberrima facultas legitimè congregata fuit sub hâc verborum formulâ,

Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die sabbati vigesimâ tertiâ mensis Martii, anni 1782, horâ decimâ matutinâ post sacrum, clarissimorum virorum, qui Candidatos examinaverunt relationem audituri et suum posteà judicium per scrutinium laturi.

iis in Comitiis audita est Candidatorum examinatorum relatio, quæ sic se habet.

Quemadmodum Agricolæ qui multis insudarunt laboribus, ut terram opes suas fœcundaturam subigerent, mirâ semper oblectationis dulcedine capiuntur, quoties herbescentem ex sparsis seminibus viriditatem contemplantur, quæ, sensim adolescens et in culmos erecta, de novâ felicique segete spem injicit, Decane vigilantissime, viri Medicinæ proceres, sic vos suavissimo voluptatis sensu affectos crediderimus ad conspectum novellæ istius, tot et eximiæ spei, Candidatorum coronæ, qui, principiis vestris imbuti, et vestro quasi lacte nutriti jam sese confidenter obtulere, ubertatis suæ testimonium daturi, proximasque institutionis vestræ, vestrarumque lectionum annunciaturi fruges, quibus sustentari debeant et quasi nutriri scholarum vestrarum decus et honos. Cum nihil a vobis huc usque intentatum fuerit vel omissum, quo, prima medicinæ elementa avidius ipsi combiberent; quo, præceptis et cognitionibus quibuscumque ad artem sanandi pertinentibus, ritè imbuti, eam rerum suppellectilem sibi colligerent, quibus civium saluti possent aliquandò potentèr æquè ac feliciter consulere, quid vobis jucundius possit contingere nunc; quid acceptius, quam eos intueri vestro quasi e gremio per liberum aerem erumpentes, ut plenos alacritatis, ita ulterius progredi cupidos; quid vobis arrideat magis quam illos eosdem videre eâ nunc exultantes fiduciâ quâ cuique innotescat, non in ingrato ac sterili solo vos sementem fecisse, ipsosque nedum otiosè cessaverint,

eò unicè contendisse, ut unius cujusque nostrûm vota cumularent, — dignique habeantur qui vestris olim vestigiis possint insistere et universi generis humani benefactores verè nuncupari.

habetis ergo unde vobis quodammodo placeatis, viri Medicinæ proceres, quod; cum id unum studueritis, ut cives patriæ quondam profuturos fingeretis, non frustra ceciderit labor ille vester, qui, ut plurimus, ita non mediocriter æstimandus est. habet quoque unde sibi gratuletur facultas nostra, quod, cum, in tantâ virorum quibus componitur frequentiâ, nequeat fieri quin, pro rerum humanarum vicibus, aliquod singulis annis detrimentum patiatur, nova illa sibi succrescat hominum seges, qui præclarâ de se commendandi cupiditate excitati, parique aliorum sanitati utiliter serviendi studio succensi, magnam jam de se spem injiciunt fore aliquando ut eorum, quibus nunc Magistris ac ducibus utuntur, scientiam et eruditionem dignè æmulentur.

Quantumcumque autem de futuris novellæ illius segetis progressibus opinionem habeamus, non sumus adeò rerum imperiti, quos prætereat non esse primæ fronti credendum. et verò, quantumvis læta ac benè disposita videantur messes, quas per omnes latè campos explicat tellus, id usu quotidiano nonne accidere videmus, ut illæ lætiùs arrideant, istæ luxuriosius explicentur; quædam spissiore comâ coronentur, quædam rariore et nonnullæ tandem in exiliores culmos effundantur vix inter carduos et spinas conspiciendæ.

Quam in frugibus, quibus distinguitur terra, dissimilitudinem deprehendere est, ea quoque in ingeniis quibus pollent plerumque Candidati vestri facillimè patet. si enim ad unumquemque eorum quos agit præclara vires suas apud vos exerendi cupiditas, attendere voluerìtis, alios offendetis, qui mirâ opum suarum felicitate et constantiâ fructus edunt locupletissimos eosdemque duraturos; alios non æquè succidos, quibus scilicet nervorum minus est et fœcunditatis, sed quorum tamen, si ætas eos corroboraverit, fœtus non despexeritis, quosdam tandem nocivis illis simillimos graminibus, quæ, dum sanas inter fruges, quarum naturam adulterare conantur, vitiosè pubescunt, succos nutritios malè depascuntur, agricolas spe suâ tanquam ex occultò defraudatura.

Illud autem ex labore nostro solatii capimus, viri Medicinæ proceres, quod nemo sese offenderit quem noxiis illis et inutilibus plantis rectè conferamus. non inde tamen inferatis, velimus, eos omnes eâdem ingenii sagacitate donatos; iisdem vigere cognitionibus; eâdem animi sublimitate rapi, aut simili mentis acie commendandos pari gradu incedere. quamvis enim omnibus ad Baccalaureatûs gradum iter patere posse videatur, reperti sunt tamen, pauci quidem, sed nihilominus

quidam, quorum ea est tenuitas, ut, nisi quid melius et fructuosius ab ipsis aliundè fas esset sperare, nobis profectò metuendum foret ne aliquando inanis evaderet nostra expectatio, quibus tamen indulgendum censuimus, quod ex eorum juventute et ingenii naturâ spem fovemus non mediocrem, eos ad facultatis decus quondam entituros, modo gloriæ aculeis excitati, et collegarum suorum stimulati, toto animo ad studium ferantur, ut, quas nondum sibi compararunt opes, per laboris improbitatem quandoque assequantur.

Ut verò eorum, quos examinandos æquitati nostræ commisit vestra in nos fiducia, virtutem et dotes rectè æstimare possitis, nihilque erroris et tenebrarum in dijudicando vobis occurrat, quid nos ipsi de iis opinati simus non minus accuratè quam incorruptè et integrè vobis exponemus.

Decem interrogationibus nostris sese subjecere; scilicet
Joannes-franciscus Bourdier de la Mouliere, Bellicinus,
Guillelmus Burard, Divionensis,
Antonius-petrus Demours, parisinus,
Antonius-placidus-franciscus-josephus Desmarescaux, gallo-Belga,
Joannes-josephus Gille, Leodiensis,
Claudius-Maria Patel, San-claudianus apud sequanos,
Joannes-Baptista-adrianus Rose de l'epinoy, nemorosinus-senonensis,
Joannes-Ludovicus Villeneufve, Leonæus in armoricâ,
Mathæus Geraud, clarmontanus apud arvernos,
et Bernardus-nicolaus Pluvinet, parisinus.

Ex iis, nemo sanè primam sedem inviderit Magistro Desmarescaux facillimè principi, quem, pro vestrâ in dispiciendis viris perspicacitate, laureâ illâ insigni, tam ardentibus competitorum votis appetitâ, per vos nuper donatum, ordini vestro jam propemodum adscripsistis; cujus profectò supervacaneum sit laudes recantare; quippe qui per se jam satis notus, ita in hocce recenti examine parem se sibi comprobavit, ut nemo sit cujus non æquè tulerit suffragia.

Licet non eo, quo viget ille ingenii acumine, polleant Magistri Bourdier de la Mouliere, gille et Rose de l'epinoy, neque eâ, quâ cunctos in admirationem rapit, sublimitate in altum ferantur, illos tamen dignos judicavimus, qui proximum ab illo in eâdem classe locum occuparent. majora etenim et certiora tum scientiæ tum eruditionis argumenta dedere, ut dubitare nefas sit, quin injectam de se opinionem tueantur, id est quin cum priore competitore, ad præruptam termini quo tendunt altitudinem citè perveniant, et simul omnes optimi medici nomine gloriari possint.

In secundâ classe collocandos arbitramur Magistros Demours, Villeneufve, et Geraud, abstrusarum Medicinæ rerum nondum benè tenaces, quorum ingenium, etsi excelsioris quondam volatûs capax videatur, angustioribus tamen adhuc circumscribitur limitibus, ut latiùs sese explicare potuerit. ipsi quidem, quamquam cum iis, quos modo diximus, non possint sese componere,

viribus debiliores, non est tamen inde, quod ullum vobis de futuris eorum virtutibus dubium queat incidere, quippe qui ad validiora nati, majora certe imposterum conaturi sunt et facturi.

Ponendos in tertiâ et ultimâ classe judicavimus Magistros Patel, Pluvinet et Burard, qui partim innatâ interclusi timiditate, partim rerum inopiâ laborantes, mediocrem de se spem injicerent, nisi ex ipsâ densarum, quibus circumveniuntur, tenebrarum caligine, prodiissent interdum quædam latentis flammæ semina, unde ominari quodammodo detur, eos fulgentiori lumine facultatem nostram aliquando recreaturos.

Eos ergo, ipsis æquâ lance ponderatis, dignos duximus et qui licentiæ iter ingrederentur, et quos indulgentiæ vestræ commendaremus. quod si iis patrocinari voluerit benignitas vestra, id diligenter secum reputent, quanto labore, indefessoque studio ipsis insudandum sit et enitendum, ne facultas hæc saluberrima, apud omnes latè populos commendata, quæ felici tot ac tantorum virorum partu jure gloriatur, imperitos et hebetes homunculos peperisse videatur.

Ea sunt, viri Medicinæ proceres, quæ, ut muneri nostro faciamus satis, vobis exponenda habebamus. quæ omnia quin æquo et vero consonent, nullum dubitandi locum esse confidimus; quippe quæ, ut integritati consentanea, ita ab omni invidiæ motu remotissima. vestrum est quid nunc vos ipsi pronunciaturi sitis dijudicare, cum penes vos sit unos de sententiâ nostrâ statuere. ex illo ferè unanimi consensu quo nostram, cum de concursu ageretur, sententiam probavistis, sperare nobis quodammodo licet, vos idem etiam nunc de nostrâ hâc relatione judicaturos. Diximus.

Subsignavere MM. Millin, Maigret, Bourdois delaMotte, Simonnet.

auditâ relatione, Doctores Medici legitimè congregati suum de candidatorum responsionibus judicium per scrutinium tulerunt. explicatis et numeratis schedulis, omnibus compertum fuit, ex decem candidatis, septem tantùm a saluberrimâ facultate admissos fuisse candidatos ad Baccalaureatûs gradum. excepti sunt itaque Magistri Burard, patel et pluvinet. admissi verò fuere Magistri Bourdier delamoutiere, Demours, Desmarescaux, Geraud, Gille, Rose del'epinoy et villeneufve. et sic conclusi Philip Decanus.

Septem candidati admissi solitum illicò præstitere juramentum.

Philip Decanus.

Cum Baccalaurei licentiæ cursum absolventes intrarint manumissionem postulaturi, quorum petitioni indulsit saluberrima facultas. Philip Decanus.

postea sex tantum Candidati admissi Baccalaureatûs gradum receperunt in inferioribus scholis et ex minori cathedrâ suum fecere principium. cum enim M. Desmarescaux nondùm satisfecerit conditioni sibi impositæ ad Baccalaureatûs gradum obtinendum, suum principium non fecit.

Philip Decanus.

Anno Domini 1782, die sabbati vigesimâ quintâ mensis maii saluberrima facultas convocata fuit per juramentum sub hâc verborum formulâ

Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die sabbati vigesimâ quintâ mensis maii, anni 1782, horâ decimâ matutinâ post sacrum, 1°. clarissimos facultatis deputatos de aliâ novâ peculiari vasa cuprea obducendi methodo referentes: 2°. clarissimum Collegam nostrum M. Des Essartz antiquum facultatis Decanum de rebus ad se et ad facultatem: 3°. clarissimum Collegam nostrum M. Dumangin pharmaciæ professorem de rebus ad pharmacopœos: 4°. Decanum de rebus gravissimi momenti ad facultatem pertinentibus, dicentes audituri et postea deliberaturi.

iis in Comitiis 1°. audivit saluberrimus Ordo M.um Ducos Baccalaureum supplicantem ut denuò admitteretur inter Baccalaureos licentiæ cursum actu sequentes, cujus supplicationi unanimi consensu annuit saluberrima facultas et sic conclusi Philip decanus.

2°. audita est relatio deputatorum de actu publico vulgò de notoriété requisito a M°. Desmarescaux juxta Decretum facultatis latum die sabbati 23.â mensis februarii hujusce anni. quâ auditâ relatione cum planè constiterit Magistrum Desmarescaux eumdem illum esse qui diverso nominum numero designatus est in variis litteris testimonialibus, scilicet antonium-placidum-franciscum-josephum, quod abundè probant litteræ a notabilibus, in ejus patriâ Sisoin apud Gallo-Belgas, viris subsignatæ, saluberrimus ordo statuit M.um Desmarescaux ad Baccalaureatûs gradum promovendum esse, proindeque faciet quamprimum principium suum et sic conclusi Philip Decanus.

3°. audita est relatio deputatorum de aliâ novâ peculiari methodo vasa cuprea obducendi referentium, autore abbate de Beaudevant. quâ auditâ saluberrimus ordo deputatorum conclusionem probavit et unanimi consensu admisit et sic conclusi Philip Decanus.

4°. Saluberrimus Ordo audivit M.um Des Essartz antiquum facultatis Decanum dicentem de rebus numerariis ad se pertinentibus, nempe respectu ad summam ipsi debitam a saluberrimâ facultate. Sermo autem M.i Des Essartz dicentis quinque continebat articulos qui totidem in Decreto sequenti

Sigillatim exprimuntur.

Anno Domini 1782, die sabbati vigesimâ quintâ mensis maii — Saluberrima facultas ritè convocata ut audiret Clarissimum Collegam nostrum M. DesMartz antiquum facultatis Decanum, de rebus ad se et ad facultatem pertinentibus dicentem; audito supradicto Magistro et perpensis quinque petitionum articulis, re in deliberationem missâ et collectis singulorum Doctorum adstantium sententiis, ex longe majori suffragiorum numero Statuit 1°. Standum esse decreto lato die veneris decimo nono, postridie divi Lucæ, mensis novembris anni 1781 quo — decreto M°. philip Decano fit potestas mutuandæ pecuniæ Magistro DesMartz debitæ ac solvendæ; ac proinde M.^{rm} Levacher de la feutrie exdecanum liberum vult a Sacramento quo devincitur erga Magistrum DesMartz; ac proinde summam M°. DesMartz debitam, a M°. philip — nunc decano esse solvendam decrevit. 2°. Statuit insuper Magistro — DesMartz antiquo Decano tradendum esse decreti, post ejus rationes redditas et acceptas, lati die vigesimâ nonâ mensis X.^{bris} anni 1781 — quo Magistro DesMartz deberi summam de 43665.^{tt} 15.^s agnoscit Ordo saluberrimus, exemplar e commentariis descriptum et tanquam verum a M°. Levacher de la feutrie, aut a Magistro philip subsignatum. 3°. Statuit quoque Theodoro-Petro Cruchot majori facultatis apparitori et Scribæ persolvendum esse reditum annuum summæ de 10000.^{tt} quam pro facultatis rebus tradidit dictus Cruchot, et reditus illos numerandos esse a die sextâ novembris 1779 ad diem vigesimam nonam decembris anni 1781. 4°. Statuit reditus quos præbet summa de 10000.^{tt} Magistro DesMartz debita, eidem Magistro DesMartz esse persolvendos singulis sex mensibus, ad summæ totius justam restitutionem, eâ lege tamen, ut solutarum summarum partialium reditus minuantur eâdem die quâ solutæ erunt. 5°. denique, stans suo decreto, lato die veneris — decimo nono mensis octobris 1781, Statuit saluberrima facultas a — Decano omnem opem atque operam adhibendas esse ut mutuet, et quam citissimè poterit, solvat M°. DesMartz summam ipsi debitam, respectu tamen habito rationum accepti et expensi a Magistro — Levacher de la feutrie exdecano reddendarum et sic de hisce quinque articulis ex longe majori suffragiorum numero conclusi

Philip decanus.

Quod Decretum subsignaverunt M. Thiery Major, pajon de Moncetz, Maigret et Bourru.

Insuper Decreto superius inscripto addidit saluberrimus Ordo quam citissime incitandum esse M.^{rm} Levacher de la feutrie exdecanum, ut

rationes suas accepti et expensi quam citissime reddat et sic eâdem die conclusi Philip Decanus.

Quam additionem decreti subsignaverunt M.M. Maigret et Dumangin.

5.° Magister Dumangin utriusque pharmaciæ professor, statutorum tenax et jurium facultatis vigilarius custos dixit, se auditione nuperrime didicisse novam et penitus insolitam inventam fuisse receptionis formam ad Magisterium in pharmaciâ, erga plures seplasiarios, quæ quidem forma arresto consilii Regis apertè consecrabatur. in istâ verum inauditâ novitate, nihil urgentius, nihil utilius censuit idem Magister Dumangin quam ab ipsâmet saluberrimâ facultate, uberrimo luminum fonte, sciscitari quamnam agendi rationem sequi deberent pharmaciæ professores et ipse Decanus pharmaciæ professorum assiduus comes. perantiquo prudentiæ influxu semper mota saluberrima facultas, audito nuncio, rem in deliberationem misit et collectis singulorum Doctorum sententiis, ex majori suffragiorum numero, saluberrima facultas decrevit in consilium vocandum esse patronum suum in consiliis Regiis, de cognoscendo arresto consilii Regii, de seplasiariis ad Magisterium in pharmaciâ admittendis, et de iis quæ a Decano et pharmaciæ professoribus facienda sint; insuper nihil a Decano, insciis et absentibus professoribus pharmaciæ esse agendum apud pharmacopœos et sic conclusi eâdem die sabbati vigesimâ quintâ mensis maii 1782 Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere M.M. Maigret, Bacher, Delaplanche, le Roux des tillets.

6.° de recentiore catholici procuratoris adversùs nostram facultatem aggressione verba fecit Decanus, dicens juxta decretum saluberrimæ facultatis die sabbati decimâ sextâ mensis martii proximè elapsi latum, consultos fuisse nostros in senatu patronos, quorum unanimis sententia intercessionem indicavit tamquam unicum ægritudinis nostræ medicamentum. prudentiæ causâ, lentè tamen festinavit Decanus, eâ potissimùm recreatus spe, quâ licebat ominari intercessionem supervacaneam fore. cum enim, habitâ pro secundâ vice deliberatione, saluberrima facultas propositionem M.ᵢ hallot rejecerit, die martis duodecimâ mensis martii, matutinis horis, eâdem ipsâ die quâ, serotinis horis, Decano denunciatum fuit supremi senatûs placitum, sicque sponte suâ proximum litis fomitem ipsamet extinxisset, antequam ulli nostrorum vel levissima injiceretur suspicio de imminentis senatûs consulti fabricatione, nonne saltem in promptu erat credere, sublatâ causâ, brevi tollendos esse paritèr effectus? Legitimâ igitur fiduciâ fretus catholicum procuratorem reverentèr

adiit Decanus, rogatu suo impetraturus ut damnosum erga facultatem Supremi Senatûs arrestum, dum in fumum jam antea evanuerit objectum, ipsemet vellet abolere. verumtamen ad eumdem finem pluries Magistratum eumdem invisit Decanus sed incassum. terminum deambulationibus suis tandem imposuit mittendo ad D. catholicum procuratorem, honoris et reverentiæ gratiâ, epistolam in sequentibus verbis comprehensam.

Lundy 13 may 1782

Monsieur

Je ne puis parvenir a calmer les inquietudes de nos confreres sur les suites de l'arret que vous m'avés fait signifier le 12 mars dernier. ce qui ajoute encore a la sollicitude de la faculté de Medecine, c'est le souvenir de votre bienveillance passée. la faculté ne croit pas avoir demerité auprés de vous et cependant ses loix les plus precieuses, ses loix qui la regissent depuis si longtems, sous la jurisdiction immediate de la Cour, elle les voit attaquées par vous même qui l'aviés toujours honnorée d'une protection particuliere. ce changement, Monsieur, ne sçauroit etre plus allarmant. en consequence la faculté croit, pour sa propre conservation, devoir recourir a la Cour de qui elle tient ces memes loix et son existence legale. attaquée par des voyes de droit, elle croit ne pouvoir se dispenser d'employer a son tour les voyes de droit. c'est d'ailleurs le resultat de la deliberation de ses conseils et la necessité lui fait une loy de suivre leur avis. forcé par ma place d'etre l'organe du Corps dont j'ai l'honneur d'être chef, obligé de suivre son impulsion qui se trouve fortifiée par l'avis de MM. les avocats, je viens, Monsieur, vous prier de nouveau de vouloir bien permettre que la faculté de Medecine fasse opposition a votre arret du 12 mars dernier. j'ai chargé M. Louault le jeune notre procureur en la Cour de se retirer pardevers vous, afin de vous faire la meme priere. il est d'autant plus essentiel que cette opposition se fasse que les autres Corps composant l'université nous rendroient responsables de ne nous etre pas deffendus, parce que l'exemple de l'aneantissement de notre regime, qui n'est cependant autre que celui que nous tenons de la Cour et auquel nous n'avons point derogé, ne manqueroit pas d'entrainer successivement la subversion des autres Corps de l'université. nous devons faire cause commune. je vous prie, Monsieur, de considerer que si la faculté a le malheur de plaider encore contre vous, elle doit meme a vos yeux paroitre excusable, en ce qu'elle plaidera, comme on dit, pro aris et focis.

quant a moy, Monsieur, je me trouve doublement malheureux de voir un Corps antique et respectable, duquel seul je tire la consideration que je tache de meriter dans la societé, attaqué de toutes parts et surtout par vous qui avés toujours eté son plus ferme appuy et de me voir dans la dure necessité de lui preter mon ministere contre vous, tandis que je ne voudrois pouvoir faire que ce qui vous seroit agreable. daignés, Monsieur, rendre justice a mes sentiments particuliers. j'ose vous la demander aussi pour ceux de la faculté entiere qui ne combat, je le repete, que pour sa propre existence.

Je suis avec un trés profond respect

Monsieur

Votre trés humble et trés obeissant serviteur Philip Doyen.

his premissis, crastinâ die quæ, marti dicata, decima quarta erat hujusce mensis maii, saluberrimæ facultatis intercessio, integerrimo catholico procuratori, per accensum denunciata fuit. animos addidit victoriæ prioris dulcissima recordatio. utinàm in eumdem adversarium nobis novum presagiret triumphum!

Philip Decanus.

7.° et ultimò tandem, eodem die vigesimo quinto mensis maii, 1782, ad Baccalaureatûs gradum promotus est M. Desmarescaux et fecit suum principium, præsentibus pluribus Doctoribus & Comitiis recedentibus. Philip Decanus.

Anno Domini 1782, die jovis decimâ tertiâ mensis junii, saluberrima facultas convocata fuit per juramentum sub hâc verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die jovis decimâ tertiâ, mensis junii, anni 1782, horâ decimâ matutinâ, 1.° novorum Baccalaureorum de omni materiâ medicinali: 2.° Emeritorum Baccalaureorum de praxi medicâ tentandorum examinatores electuri: 3.° de rebus gravissimis momenti ad facultatem et præsertim ad ædes scholarum nostrarum, quæ olim scholæ juris erant, pertinentibus decanum dicentem audituri et posteà deliberaturi.

1.° igitur, more solito, novorum Baccalaureorum examinatorum electores sorte ducti sunt, & majori ordine M. Bidault, M. Morand et M. Millin; & minori verò M. Doublet, M. Bertholet, qui quinque electores solito sacramento fidem suam adstrinxere.

Elegerunt itaque in examinatores novorum Baccalaureorum de omni

re medicinali tentandorum, E majori ordine M.M. Lezurier, Sallin et Bourru. Sors favit M.M. Sallin et Bourru.

E minori ordine M.M. De frasne, navier et hallot: Sorte ducti sunt M.M. de frasne et navier. Philip Decanus.

2.° in electores examinatorum Baccalaureorum emeritorum de praxi medicâ tentandorum sorte ducti sunt e majori ordine M. Millin, M. Lezurier et M. Maigret. E minori verò M.M. Baget et desbois de Rochefort. solito pariter sacramento devincti ii quinque electores in examinatores Baccalaureorum emeritorum de praxi medicâ tentandorum, elegerunt e majori ordine M. Descemet, M. Solier et M. Guillotin. Sorte ductus est M. Descemet qui Magistratum renuit. in ejus locum appellaverunt DD electores M. Morand. Sors favit M.° Morand et M.° Solier. E minori ordine elegerunt M. Baigneres, M. Munier, M. Doublet. Sorte ducti sunt M.M. Baigneres et Munier. ii octo examinatores solito sacramento fidem suam statim adstrinxerunt. Philip Decanus.

3.° Dixit Decanus universitatem parisiensem lubentissimè et quasi sponte suâ, die primâ hujusce mensis junii, accessisse ad litem saluberrimæ facultatis adversus D. procuratorem catholicum, erga senatûs-consultum die martis 12.° mensis martii latum.

Philip Decanus.

Dixit etiam Decanus ab eâdem universitate parisiensi meritissimo syndico concessam fuisse summam annuam de 600.^{tt} in formam, ut aiunt, de gratification, juxta votum cujusque facultatis.

Philip Decanus.

4.° exposuit Decanus saluberrimæ facultati novissima se sustinuisse tentamina, quibus nostram ab ædibus quæ olim Scholæ juris erant, expulsionem clanculùm meditabantur ii, qui jam apertas anteà struxerant aggressiones. disturbatæ sunt malevolæ voluntates. in vanum laboraverunt. sed nobis superest metus ne in istis parietinis diutissimè pedes inviti figamus. Philip Decanus.

5.° Clarissimus Collega noster Magister Pourfour du Petit suum erga saluberrimam facultatem studium, in iisdem comitiis mirificè testatus est, munificentissimâ suâ liberalitate. quapropter benè memor saluberrima facultas animum suum his verbis protinùs expressit.

Die jovis decimâ tertiâ mensis junii, anni 1782, juxta schedulam monitoriam saluberrima facultas ritè convocata, unanimi consensu statuit amplissimas grates Clarissimo Collegæ nostro M.° pourfour du Petit rependendas esse pro beneficentissimâ quam erga facultatem

exhibuit voluntate et sic conclusi. Philip Decanus.

quod Decretum subsignaverunt MM. Millin, Sallin, Dumangin, Guillotin.

Ut autem abundè probetur quanta debeat esse memoriæ nostræ significatio erga munificum Collegam nostrum M. pourfour du petit, legantur ea quæ sequuntur, in formâ testamenti.

Memor esto quoniam ~~mors~~ non tardat,
et testamentum inferorum demonstratum est tibi.

testamentum inferorum id est Lex sepulchri.

Ecclesiastici, cap. XIV, vers. 12.

In nomine patris et filii et spiritûs sancti. amen.

Je soussigné Etienne pourfour du petit Docteur Regent de la faculté de Medecine ~~en l'~~université de paris, ancien professeur des Ecôles de ladite faculté, et avocat au parlement, demeurant a paris Rue Coupeau, fauxbourg S. Marcel, parroisse S.t Medard, voyant d'une part la detresse dans laquelle se trouve la faculté de medecine relativement a ses affaires et a son habitation; de l'autre part les circonstances facheuses de l'etat, qui forcent le bon cœur, deja connu, du Roy, a chercher dans ses propres fonds des ressources qui ne surchargent point ses sujets, je transporte et donne en toute proprieté a ladite faculté de Medecine un contrat constitué a mon profit le 1.r janvier mil sept cent trente deux par la communauté des jurés aulneurs visiteurs de toile, au principal de quarante deux mille livres et reduit a trente mille livres par edit du mois de Mars 1760, ledit contrat rapportant quinze cent livres de rente, sauf les impositions actuelles de onze livres par cent francs, dont reste a recevoir annuellement treize cent trente cinq livres, payées actuellement a l'hotel de ville; Ledit transport fait aux conditions suivantes.

1.° que ladite faculté obtiendra des lettres de Ratifications, dont j'offre de payer les frais, jusqu'a concurrence de trois cent livres seulement.

2.° que ladite faculté me laissera la jouissance de ladite rente pendant ma vie et qu'elle m'en remettra le montant tel qu'elle le recevra de l'hotel de ville sans aucune augmentation ni diminution quelconque, et aux memes epoques qu'elle le recevra.

3.° que la dite faculté ne sera point tenue de compter avec mes heritiers des derniers six mois d'arrerages commencés ou finis au tems de mon decés.

4.° que sur ladite rente il sera employé touts les ans une somme de deux cent livres pour la depense d'une messe solemnelle qui sera celebrée en la chapelle de ladite faculté, et non ailleurs, dans l'octave de la fete de S.t Louis, a l'intention d'attirer les benedictions du ciel sur la famille

Royale, la prosperité de l'etat et celle de l'université de paris, de laquelle solemnité je me reserve, en suppliant la faculté, de disposer le ceremonial.

5° que le contrat, devenu propre a la faculté, pourra bien servir d'hypotheque, mais non pas etre aliené.

fait en faculté ce jeudy 13 juin mil sept cent quatre vingt deux.

et a signé E. pourfour Du petit, Et a remis le contrat mentionné.

Philip Decanus.

Die lunæ primo mensis julii, anno 1782 et sequentibus ejusdem hebdomadæ diebus, convocati sunt Doctores medici omnes, novos Baccalaureos de omni materiâ medicinali interrogandos audituri, et si libuerit interrogaturi, ab horâ tertiâ ad sextam.

Philip Decanus.

Anno Domini 1782, die sabbati 6° mensis julii, saluberrima facultas ritè convocata fuit sub hâc verborum formulâ

Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die sabbati sexto mensis julii, anni 1782, horâ decimâ matutinâ post sacrum; 1° de variis rebus ad academiam pertinentibus Decanum dicentem audituri et posteà deliberaturi; 2° clarissimorum virorum, qui novos Baccalaureos de omni materiâ medicinali examinaverunt, relationem audituri, suumque posteà judicium de iis per scrutinium laturi.

iis in comitiis 1° actum est de collegio hubantino respectu urgentium constructionum et pecuniæ debitæ ab ipsomet collegio hubantino. annuit saluberrima facultas iis omnibus quæ a tribunali academico statuta fuerant erga collegium hubantinum et sic conclusi Philip Decanus.

2° cum tribunal academicum statuisset prandium esse habendum, in collegio Ludovici magni, post quascumque universitatis supplicationes ad majorem commoditatem, jucunditatemque clarissimorum virorum in academico tribunali sedentium, necesse erat ut quæcumque facultas deliberaret de prandiorum impensis, quia ex orario universitatis desumebantur. Eo igitur fine postulavit Decanus an vellet saluberrimus ordo annuere petitioni tribunalis academici?

annuit saluberrima facultas et sic conclusi Philip Decanus.

3° de annuâ pensione meritissimo syndico tribuendâ iterum quæstio fuit. stetit saluberrima facultas decreto lato in superioribus comitiis et concessit meritissimo syndico annuam pensionem de 600.^{tt} et sic conclusi

Philip Decanus.

4°. audita est relatio clarissimorum virorum qui novos Baccalaureos de omni materiâ medicinali examinaverunt. Sic autem se habet ista relatio.

Nos vestrorum Baccalaureorum doctrinæ de materiâ medicâ pensatores, officia nostra diligentèr, sanctèque servavimus, Decane vigilantissime, viri medicinæ proceres; omnes in responsis objecta sagacitèr diluere Baccalaureos vestros, nullosque inter mediocres adnumerari posse cum gratâ jucundâque titillatione, unanimi consensu, fide testamur.

attamen de sagaci eruditione meraque scientiâ in responsis Baccalaurei vestri Desmarescaux, qui jam meruit munificentiam vestram, conticescere non possumus, et suavè iterum confirmat rectè collocatam esse. itaque, viri medici, Baccalaureos hujusce licentiæ omnes enucleatis suffragiis dignos esse putamus.

Subsignaverunt MM. Sallin, Bourru, Defrasne, et navier.

peracto scrutinio, rata et grata habuit ordo saluberrimus, unanimi consensu, excepto uno, responsa quæ novi Baccalaurei dederunt in examine suo et sic conclusi Philip Decanus.

5°. audita est supplicatio artificis cujusdam nomine Bailly qui obtulit peculiarem machinam adversus rachitidem.

in deputatos examinatores nominati sunt MM. Mallet, Goubelly, Desbois, Le Tenneur, et sic conclusi Philip Decanus.

Die Lunæ decimo quinto mensis julii, anno 1782 et sequentibus ejusdem hebdomadæ diebus, convocati sunt Doctores medici omnes, in scholas superiores, Baccalaureos emeritos de praxi medicâ publico examine tentandos audituri, et si libuerit tentaturi, ab horâ tertiâ ad sextam. Philip Decanus.

Anno Domini 1782, die sabbati vigesimo mensis julii, convocati sunt Doctores Medici omnes, in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, clarissimorum deputatorum, qui Baccalaureos Emeritos de praxi medicâ publico examine tentaverunt, relationem audituri et suum posteà de iis judicium per scrutinium laturi.

Audita igitur fuit illa relatio quæ sic se habet.

Baccalaureorum Emeritorum laboribus finem hesternâ die imposuit, Decane vigilantissime, Censor integerrime, viri Medici, examen die lunæ proximè elapso, palam et apertè juxta Statutorum articulum XXIV, inceptum.

Bienniis Licentiæ stadii exercitationibus egregiè vobis cognitos, septem respondentes attentè audivimus, diligentèr exploravimus,

Religiosè interrogavimus de medendi methodo tum generali tum particulari.

Inter hos septem appellatos et examine tentatos, quinque imprimis (horum nomen, hic sine ullo delectu et indiscriminatim apponimus) M. M. Corvisart-desmarets, pujo, Lendormi-Laucourt, petit-Radel, Laverne illi quinque imprimis, purâ Doctrinâ, concinno dicendi genere antecellentes, morbos omnis generis, eorum causas, phænomena, symptomata, crises, curationem accuratissimè et enucleatissimè explanarunt.

Impari sagacitate, impari dicendi stilo superstites duo respondentes, M. Desfontaines, M. Montaigu, impari etiam, congruâ nihilominùs, attentis hic favete auribus, viri medici, congruâ nihilominus, et medico sapienti necessariâ cognitionum suppellectile instructi, generosis improbi laboris, pertinacisque studii conatibus præstantes, eâdem præterea, ac eorum quinque commilitones, modestiâ, verecundiâ pollentes, eâdem ergà scholam nostram observantiâ, incorruptissimâ eâdem (quod portentosis hisce temporibus inter nos permagni interest) erga facultatem fide et pietate commendabiles, superstites illi duo, ad artis decus fovendum, ad academiæ nostræ, omnium quot et qualescumque in galliâ sunt regiarum academiarum, societatumve antiquioris et primariæ dignitatem tuendam, aptissimos pariter testamur unanimes.

ut autem de hâc militiâ, satis jam satis vobis perspectâ, paucis verbis absolvamus, quid et quantum in republicâ medicâ valent, valebuntque septem vestri Baccalaurei emeriti, qui et quales, longo verum non aliquando evadent, cumulatissimè alii, sufficienter alii probarunt.

Quin imò, Decane vigilantissime, censor integerrime, viri Medici, novam istam quam pro futurâ in medendo probitate et peritiâ vobis omnem adoptandam offeribus prolem, nobili subselliorum vestrorum pulvere cohonestatam, frequenti tempestatis sudore diffluentem, certaminum diuturnitate exercitatam, hanc, inquam, viri Medici, hanc a castris nostris discessoribus abundantiorem compensationem existimandam a vobis censemus. nos vero, Decane vigilantissime, censor integerrime, collegæ clarissimi, septenam hanc novissimam aciem, certum et tutum nostris in arctis rebus solatium, summo ac sincero cum voluptatis sensu prospicimus.

quos igitur hucusque propitios, per biennium experti sunt septem illi respondentes, adhucdum ipsis benevolos experiri dignos vobis testamur.

Subsignavere MM. Morand, Solier delaRomillais, Baigneres, Munier.

posteà missa fuit in scrutinii capsam cujusque Doctoris præsentis tabella.

Aperto scrutinio et enucleatis quibuscumque tabellis, unanimi consensu, probata fuere responsa quæ Baccalaurei Emeriti dederant in suo examine de praxi medicâ et sic conclusi Philip Decanus.

Anno Domini 1782, die mercurii decimâ quartâ mensis augusti, Saluberrima facultas perjuramentum convocata fuit sub hâc verborum formulâ.

Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores, die mercurii decimo quarto mensis augusti, anno 1782, horâ decimâ matutinâ; 1° de jure rotuli deliberaturi: 2° denuntiationis M.i Deslon, Collegæ nostri, a duobus libellionibus Decano factæ lectionem audituri et posteà deliberaturi: 3° de rebus gravissimi momenti ad facultatem pertinentibus Decanum dicentem audituri et posteà deliberaturi.

iis in Comitiis 1° actum est de jure rotuli.

Saluberrima facultas jus rotuli concessit MM.is Thierry de Bussy et Saillant qui erant ad æqualia et sic conclusi Philip Decanus.

2° Legit Decanus instrumentum publicum a duobus Libellionibus instructum, vulgò dictum Sommation, nomine Magistri D'Eslon, die sabbati tertiâ hujusce mensis augusti, ab iisdem Libellionibus sibi Decano denunciatum, quo instrumento idem Magister D'Eslon efflagitabat Comitia et enixissimè requirebat ut tertiò et ultimò de re ad illum pertinente deliberaret Saluberrima facultas.

Auditâ lectione illius denunciationis, Re in deliberationem missâ, rogatisque singulorum Doctorum sententiis, ex plurali suffragiorum numero, Saluberrima facultas concessit Magistro D'Eslon Comitia ab illo petita, ut tertiò et ultimò de re ad illum pertinente deliberet saluberrimus Ordo et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere MM. deLaurembery, Chevalier, Bourru, defrasne.

3° mota est maximi momenti quæstio scilicet de arresto Supremi Senatûs lato die 11° julii 1782, erga pecuniam mutuò accipiendam tum ab universitatibus, tum a facultatibus, nationibus &c.

Re igitur in deliberationem missâ, collectisque Doctorum adstantium sententiis, unanimi consensu censuit saluberrima facultas deputatos ad illud negotium eligendos esse ab ipso Decano et sic conclusi Philip Decanus.

Quod Decretum subsignavere MM. LeClerc, Millin, Nollau et Simonnet.

hic autem inscribitur arrestum, ut Senatûs jussui pareatur.

Arrest de la Cour de parlement

qui, entre autres dispositions, ordonne que les universités Situées dans le ressort du parlement, ainsi que les facultés, nations ou Corps qui en font partie, ne pourront faire aucun emprunt au dessus de la somme de 2000.tt, sans auparavant y avoir eté autorisés par des lettres Registrées au parlement et pour les sommes au dessous de 2000tt, sans auparavant y avoir eté autorisés par le parlement, sur le vû des deliberations qui y auront eté homologuées sur les conclusions du procureur General du Roy.

Extrait des Registres du parlement

Du onze juillet mil sept cent quatre vingt deux.

Vû par la Cour la Requete presentée par le procureur General du Roy, contenant qu'il a eu avis que differentes universités du Ressort de la Cour, et des facultés ou nations qui composent lesdites universités, font des emprunts, sans auparavant y etre autorisées, et ne font pas avec exactitude l'employ des principaux des rentes qui leur sont remboursées, et comme il est important de pourvoir a ce que les biens des universités et des facultés qui les composent, ne se trouvent pas diminués par des emprunts qui n'auroient pas eté autorisés et a ce qu'il soit fait employ des principaux des rentes qui pourroient etre remboursées auxdites universités ou facultés: A ces Causes, requeroit le procureur general du Roy, qu'il plût a la Cour ordonner, qu'aucunes des universités situées dans le ressort de la Cour, ainsi que les facultés, nations ou Corps qui en font partie, ne pourront faire aucun emprunt, en façon quelleconque, sans auparavant y avoir eté autorisées, soit par la Cour, sur le vû des deliberations desdites facultés, nations ou Corps, homologuées sur les conclusions du procureur General du Roy, lorsque lesdits emprunts n'excederont pas la somme de deux mille livres; soit par des Lettres patentes, et que lesdites lettres patentes n'aient eté presentées a la Cour, pour y etre enregistrées, si faire se doit; declarer nulles toutes deliberations qui pourroient avoir eté faites par lesdites universités, facultés ou nations, a l'effet d'emprunter; ordonner que lesdites universités, facultés ou nations ou Corps, seront tenus de faire employ, dans le delai de deux mois, ou tel autre delai qui sera fixé par la Cour, des sommes principales qui leur seront remboursées en rentes, de la nature de celles portées par l'article XVIII de l'edit du mois d'aoust 1749, a peine par ceux des membres qui auront reçu lesdits remboursements, de demeurer personnellement garants et responsables

desdites sommes principales ; faire deffense auxdites universités, facultés, nations, ou Corps, d'employer leurs revenus a aucune depense extraordinaire, qu'en vertu de deliberations qui auront eté homologuées en la Cour ; — ordonner que les dites depenses extraordinaires ne pourront etre prises que sur les revenus desdites universités, facultés, nations ou Corps, — ordonner que l'arret a intervenir sera imprimé et signifié, a la requete du procureur general du Roy, aux Recteur, Syndic et Greffier de l'université de paris ; qu'il sera pareillement signifié, a la Requete du procureur General du Roy, poursuite et diligence de ses substituts, dans les Baillages et Senechaussée d'Angers, Bourges, Orleans, poitiers et Reims, aux Recteurs, Syndics et Greffiers des universités existantes dans lesdites villes, pour qu'elles aient a s'y conformer et a inscrire l'arret, tant sur les Registres des dites universités, que dans les Registres des facultés, nations ou Corps qui composent lesdites universités. la dite requete signée du procureur General du Roy. Oui le Rapport de Me. adrien Louis — Le fevre, Conseiller : tout consideré.

La Cour ordonne qu'aucune des universités situées dans le ressort de la Cour, ainsi que les facultés, nations ou Corps qui en font partie, ne pourront faire aucun emprunt en façon quelleconque, sans auparavant y avoir eté autorisées, soit par la Cour, sur le vû des deliberations desdites facultés nations ou Corps, homologuées, sur les conclusions du procureur General du Roy ; lorsque lesdits emprunts n'excederont pas la somme de deux mille livres, soit par des lettres patentes et que lesdites lettres patentes n'aient eté presentées a la Cour, pour y etre enregistrées, si faire se doit ; declare nulles toutes les deliberations qui pourroient avoir eté faites par les — dites universités, facultés, nations ou Corps a l'effet d'emprunter ; ordonne que les dites universités, facultés, nations ou Corps, seront tenus de faire employ, dans le delai de deux mois, des sommes principales qui leur seront remboursées en rentes de la nature de celles portées par l'article XVIII de l'edit du mois d'aoust 1749, a peine par ceux des membres qui auront reçu les dits remboursements, de demeurer personnellement garants et responsables desdites sommes principales ; fait deffenses auxdites universités, facultés, nations, ou Corps, d'employer leurs revenus a aucunes depenses extraordinaires, qu'en vertu de deliberations qui auront eté homologuées en la Cour ; ordonne que les dites depenses extraordinaires ne pourront etre prises que sur les revenus desdites universités, facultés, nations, ou Corps ; ordonne que le present arret sera imprimé et signifié, a la Requete du procureur General du Roy, aux Recteur, Syndic et Greffier de l'université de paris ; qu'il sera pareillement signifié, a la requete du procureur General du Roy, poursuite et diligence de ses substituts, dans les Baillages et senechaussées d'angers, Bourges, Orleans, poitiers

et Reims, aux Recteurs, Syndics et Greffiers des universités existantes dans les dites villes, pour qu'elles aient a s'y conformer et a inscrire le present arret, tant sur les Registres desdites universités, que sur les Registres des facultés, nations ou corps qui composent lesdites universités. fait en parlement, le onze juillet mil sept cent quatre-vingt deux.
Collationné Durand. Signé Dufrane.

hactenus, mense aprili 1789, nihil in saluberrimæ facultatis comitiis actum est de illo negotio, licet sit gravissimi momenti. Philip Decanus

Anno Domini 1782, die martis vigesimâ mensis augusti, saluberrima facultas perjuramentum convocata fuit sub hâc verborum formulâ

Convocentur Doctores medici omnes, in scholas superiores, die martis vigesimo mensis augusti, anno 1782, horâ decimâ matutinâ, juxta Decretum latum die mercurii decimo quarto proximè elapso, de negotio ad Collegam nostrum M. D'Eslon, hæc Comitia requirentem pertinente tertiò et ultimò deliberaturi.
iis in Comitiis 1° deputati ad examen peculiaris machinæ, authore D. Bailly adversus varias femorum et crurum difformitates, suam fecerunt relationem. auditâ relatione, conclusioni deputatorum adhæsit saluberrimus ordo et sic conclusi Philip Decanus.

2° actum est de negotio ad Magistrum D'eslon collegam nostrum hæc Comitia requirentem pertinente.

Audivit saluberrimus ordo Magistrum D'eslon legentem libellum memorialem in quo Magnetismi animalis, ut aiunt, energiam et virtutem curativam probare conatus est per plures observationes. in eodem libello memoriali plurima dixit Magister D'eslon de aliis rebus tum ad se, tum ad sua opera publici juris facta pertinentibus, nec non de rebus ad medicinæ reformationem, illo judice, utilibus. hic ultimus articulus nimiâ prolixitate notandus fuit. cæterum rectius judicabunt ii qui ipsummet libellum memorialem a Magistro D'eslon subsignatum legent, qui libellus in arcâ saluberrimæ facultatis servatur.

Lectis ex dictis quidquid voluerit Magister D'eslon, pluries interrogatus an aliquid addendum haberet, recessit e Comitiis.

Tunc Decanus de objecto istorum Comitiorum Locutus est et exposuit deliberandum esse pro tertiâ et ultimâ vice, erga Magistrum D'eslon requirentem.

Ritè perpensis omnibus quæ in gratiam Magistri D'eslon esse-

possent, maturâ deliberatione discussis, saluberrima mater, licet invita, edidit Decretum sequens.

Anno domini millesimo septingentesimo octogesimo secundo, die martis vigesimâ mensis augusti, saluberrima facultas legitimè convocata perjuramentum, juxta decretum latum die mercurii decimo quarto proximè elapso, de negotio ad collegam nostrum M. D'eslon hæc comitia requirentem, pertinente, tertiò et ultimò deliberatura, cum audierit Magistrum D'eslon de se et de negotio ad se pertinente dicentem, re in deliberationem missâ, rogatis et collectis frequentium Doctorum adstantium sententiis; cum nimis, heu! certior facta fuerit Magistrum D'eslon, nedum per viginti et tres menses inter secunda et tertia comitia de illius negotio habita elapsos, ad meliorem frugem redierit, gravius e contra peccasse, cum illicitè practicante non consilia tantùm sed societatem iniisse et pertinaciter coluisse scribendo palam et suos collegas plurimos et saluberrimum ordinem et artem ipsam medicam conviciis lacessivisse, ex plurali suffragiorum numero Decrevit Magistrum D'eslon per biennium jure suffragii spoliandum esse, nec non emolumentis et Regentiæ honoribus, quo elapso biennio ex albo Doctorum Regentium expungendum esse statuit Saluberrimus Ordo, nisi per illud biennium constiterit prædictum M.^rum D'eslon ad se et ad virtutes Medici rediisse et sic conclusi

Philip Decanus

Quod Decretum subsignavere MM Leys, Lezurier, Bourru, Des Hartz.

Statis in Comitiis Decretum supra scriptum ipsi Magistro D'eslon accersito illicò denuntiavit Decanus.

Philip Decanus.

Eâdem die, idem Decretum, eidem Magistro D'eslon denuntiavit et significavit Theodorus-petrus Cruchot major facultatis apparitor et scriba.

Philip Decanus.

Die Dominicâ vigesimâ quintâ mensis augusti, Doctores Medici omnes, ritè convocati, amplissimum Comitatum præbuerunt Decano Baccalaureos Emeritos offerenti Magistro Chevreuil universitatis et Ecclesiæ parisiensis Cancellario.

Die 19^â. mensis martii anni 1782 viginti duobus Doctoribus Decano et apparitoribus, viginti sex calculos argenteos pro quibus numerabitur summa quadraginta quinque librarum cum decem assibus	45	10
pro offertorio viginti et duos asses	1	2
Die 19^â. mensis junii anni 1782 sex Doctoribus, Decano et apparitoribus decem calculos argenteos pro quibus numerabitur summa septemdecim librarum cum decem assibus	17	10
pro offertorio decem asses		10
Die 8^â. mensis octobris ejusdem anni 1782 sex Doctoribus, Decano et apparitoribus decem calculos		

Summa istius paginæ est de cinq cens trente une livres, neuf sols

argenteos pro quibus numerabitur summa septemdecim librorum cum decem assibus	17.	10.	
pro offertorio duodecim asses		12	

Caput sextum

pro rebus sacris solvit decanus

pro anniversario M.^i^ Guillelmi Luçon viginti quinque libras	25		
pro anniversario M.^i^ Michaelis de Colonia octo libras	8		
Pro sacro in quo rerum omnium conditori fudit gratiarum actiones ordo saluberrimus ob serenissimi Delphini felicissima natalitia, die decimâ mensis novembris anni 1781,			
1.° pro sexcentis mandatis exemplaribus affixis viginti quatuor libras	24		
2.° pro cantoribus et bidellis triginta libras et unam cum quatuor assibus	31	4	
3.° pro sexaginta quatuor calculis argenteis, Doctoribus præsentibus, Decano et apparitoribus distributis, numerabitur summa centum et duodecim librarum	112		
D.° delagrange facultatis capellano pro missis et obitibus in sacello facultatis per annum celebratis centum viginti libras et unam cum septem assibus et sex denariis	121	7	6
Theodoro-petro Cruchot majori apparitori pro pane azimo et vino suppeditatis ad missarum celebrationem, mundato sacello, ejus linteis et scholis superioribus, imò inferioribus tum extus tum intus, undecim et centum libras	111		
Apparitoribus per annum ad sacra ministrantibus viginti octo libras cum duobus assibus	28	2	
pro offertorio et scamnis die divo lucæ sacra undecim libras et sex asses	11	6	
pro vestimentis in sacellum a bidellis ecclesiasticis allatis unam libram et quatuor asses	1	4	
Doctoribus præsentibus distributi fuere centum et			

summa istius paginæ est de quatre cent quatre vingt onze livres cinq sols six deniers

viginti calculi argentei, pro quibus numerabitur Summa ducentarum et Septemdecim librarum cum quinque assibus.	217[lt]	15.
Dicto Trudon Cereario pro candelis cereis per annum Suppeditatis ducentas et quinque libras cum undecim assibus	205	11
Die vigesimâ Sexta mensis ~~Septembris~~ Decembris anni 1781, funera Mi. Nouguez ad ecclesiam S.i Eustachii comitantibus Doctoribus, ~~Decano~~ Decano et apparitoribus distributi Sunt triginta et unus calculi argentei, pro quibus numerabitur Summa Sexaginta librarum cum unâ et quinque assibus.	61	5
Pro æternâ requie illius animæ postulata in Sacello Scholarum, quindecim libras et quindecim asses	15	15
Die duodecimâ mensis junii anni 1782 funera Mi. Doulcet ad ecclesiam S.i andreæ ab arcubus comitantibus Doctoribus, Decano et apparitoribus distributi Sunt Sexdecim calculi argentei, pro quibus numerabitur Summa viginti octo librarum	28	
Pro requie æternâ illius animæ postulatâ in Sacello Scholarum quindecim libras et quindecim asses	15	15
Die vigesimâ Secundâ mensis julii anni 1782 funera Mi. Bidault ad ecclesiam S.i Stephani in monte, comitantibus Doctoribus, Decano et apparitoribus distributi Sunt Sexdecim calculi argentei pro quibus numerabitur Summa viginti et octo librarum	28	
Pro æternâ requie illius animæ in Sacello Scholarum postulatâ quindecim libras et quindecim asses	15	15

Caput Septimum

Pro facultatis Bibliothecâ Solvit Decanus Mo. Le Clerc Bibliothecæ præfecto pro annuo honorario trecentas libras	300	
Theodoro-petro Cruchot, pro annuo ministerio ad Bibliothecam pertinente quinquaginta libras	50	
Dictis Despinasse et Dubois qui præcipientibus Mis. Le Clerc et de la planche, libros empserunt, texerunt et vitulinis pellibus obduxerunt, juxta libellos memoriales Summam quadringentarum et viginti librarum cum novemdecim assibus	420	19

Summa istius paginæ est de treize cent cinquante huit livres quinze sols.

Caput octavum

Pro annuis pensionibus a facultate concessis.

Viduæ Mᵉ. Dienert quadringentas libras	400	
Viduæ Mᵉ. Vieillard quadringentas libras	400	
Viduæ Mᵉ. paris trecentas libras	300	
Dictæ M. a. Vasse centum et quinquaginta libras	150	
Theodoro-petro Cruchot pro aucto ministerio annis 1781 et 1782, juxta Decretum latum die Divo Lucæ sacrâ 1780, quo statuit facultas illi singulis annis solvendam esse summam ducentarum et viginti librarum, unde pro anno 1781 summa viginti librarum quæ solvenda superierat et pro anno 1781 ducentas et viginti libras, eamdem summam pro anno 1782. — quapropter numerabitur summa quadringentarum sexaginta librarum	460	

Caput nonum

pro legitimis usuris a facultate debitis solvit Decanus

Mᵒ. de Jevigland quadringentas libras	400		
Dictæ Aubay pro quartâ parte legitimæ usuræ a facultate debitæ, cujus summa justa est centum et quinquaginta librarum, triginta septem libras et decem asses	37	10ˢ	
Mᵒ. Vaubertrand in supremo senatu patrono, pro dimidiâ parte legitimæ usuræ ipsi a facultate debitæ centum et quinquaginta libras	150		
Mᵒ. Des Martz antiquo Decano, juxta illius quittanciam septingentas octoginta et duas libras supra mille cum octodecim assibus et septem denariis	1782	18	7ᵈ

Caput Decimum

pro sumptibus factis in gratiam Baccalaurei qui præmium in concursu consecutus est.

Centum et ~~quin~~ octoginta calculos argenteos tum quatuor examinatoribus, tum Decano distributos — pro quibus numerabitur summa trecentarum et quindecim librarum	315
in examine physiologico singulis examinatoribus quatuor libras et Decano octo	24

summa istius paginæ est de quatre mille quatre cent dix neuf livres huit sols sept deniers

alii Doctoribus sportulâ speciali dictâ plat gaudentibus octoginta et quinque libras	85	
pro principio, vino et specie triginta sex libras	36	
pro sportulâ dictâ plat apparitori unicuique debitâ in examine physiologico tres libras	3	
Duobus apparitoribus pro solitâ retributione per concursum, unicuique duodecim libras, unde	24	
pro eorumdem solitâ retributione in examine physiologico unicuique tres libras, unde	6	
pro eorumdem solitâ retributione in examine materiæ medicinalis, unicuique quatuor libras, unde octo	8	
pro impensis diebus sabbati a festo omnium sanctorum ad paschalia, ad res sacras et die festo Divi Lucæ, libras quindecim et duodecim asses	15	12[s]
in examine materiei medicinalis, singulis examinatoribus quatuor libras et Decano octo, unde	24	

Caput undecimum

pro tributo annuo pauperibus debito		13
Theodoro-petro Cruchot propter reditus facultatis acceptos, duodecim libras	12	
pro tributo dicto vingtieme debito propter domum sitam rue de la Bucherie, annis 1780, 1781, 1782 singulis quinquaginta sex libras cum duobus assibus, unde numerabitur summa centum sexaginta octo librarum cum sex assibus	168	6
pro tributo a duobus apparitoribus debito dicto capitation, annis 1781 et 1782, quadraginta tres libras cum octo assibus	43	8

Caput Duodecimum

pro impensis annuis ad Comitia, Scholas inferiores et ædificia pertinentibus solvit Decanus

D.o Quillau qui per annum schedulas monitorias, programmata, decreta Typis excudit, solvit Decanus sexcentas libras cum unâ	601
Viduæ Lalande et dicto Drou qui per annum programmata valvis affixerunt centum et sexdecim libras	116

summa istius paginae est de unze cents quarante deux livres dix neuf sols

pro quadringentis viginti sex calculis argenteis qui in Comitiis primamensis dictis distributi fuere, numerabitur Summa septingentarum quadraginta quinque librarum cum decem assibus ——————————— 745 lt 10 s

accenso qui postridie Divi Lucæ vocavit Chirurgos ad Sacramentum novem libras ——————— 9

pro litteris ad Decanum et facultatem missis centum et quinquaginta libras ——————— 150

pro aulæis per annum tum in sacello tum in Scholarum inferiorum parietibus affixis, nonaginta et duas libras — 92

pro ignibus per annum accensis Theodoro-petro Cruchot centum octoginta tres libras ——— 183

Viduæ Noury tegulorum reparatori triginta tres libras 33

Dicto LeBegue vitrario centum et duas libras — 102

Dicto Bajot fabro lignario centum et quinquaginta libras ——————— 150

Dicto Benoit aurifabro quindecim libras ——— 15

Dicto Druenne horologii rectori Duodecim libras —— 12

Dicto Caillon fabro lignario novem libras et decem asses 9 10

tintinnabulorum reparatori octodecim libras et asses quindecim ——————— 18 15

Caput Tredecimum

Pro donis et ceremoniis annuis solvit Decanus

Primâ die mensis januarii anni 1782 janitoribus proto-præsidum senatûs parisiensis, subsidiorum curiæ procuratoris et patroni catholicorum et servis cubiculariis summam sexaginta librarum ——————— 60

Duobus janitoribus collegii Ludovici magni novem libras 9

uxori dicti Souchot quæ sectionem Symphyseos passa est, viginti quatuor libras ——————— 24

Servo D. Decani ——————— 3

janitori helvetico facultatis tres libras ——— 3

pro Rhedis vectoriis ad Magistratus salutandos viginti septem libras ——————— 27

Notario pro quatuor electionis Decani testimoniis — duodecim libras ——————— 12

Decano, Censori et duobus apparitoribus comitatum probentibus Rectori amplissimo cereos offerenti —

Summa istius paginæ est de seize cent cinquante sept livres quinze sols

Aurelianensium Duci illustrissimo, venerando Ecclesiæ parisiensis Archiepiscopo et Magistratibus, Decano scilicet sex libras, censori tres, et unicuique apparitori triginta asses, unde exurgit summa duodecim librarum — — —	12[lt]	
iisdem versalias euntibus, cum Rectore, Regi æquissimo et augustæ Reginæ cereos offerente, Decano nempe duodecim libras, censori sex et unicuique apparitori tres, unde summa viginti quatuor librarum	24	
famulis pedissequis sex libras — — —	6	

Caput Decimum quartum et ultimum

pro impensis extraordinariis solvit Decanus pro deleto camino, in aulâ Bibliothecæ tredecim libras et quatuor asses — — —	13	4[s]
pro restitutis tabellis in Bibliothecæ aulâ quatuordecim libras — — —	14	
Mº. goubelly qui pro demonstrationibus anatomicis in concursu peragendis, partes secuit, mundavit quindecim libras — — —	15	
Scribæ qui libellos memoriales descripsit plures, viginti quatuor libras — — —	24	
pro jentaculo quod facultas saluberrima amplissimo Rectori, Decanis, procuratoribus et aliis Rectorem amplissimum comitantibus obtulit in amphitheatro, quando tribunal academicum invisit et salutavit Venerandum archiepiscopum ecclesiæ parisiensis, die vigesimâ sextâ mensis martii anni 1782, quatuordecim libras — — —	14	
in supremo Senatu patronis quatuor in consilium vocatis ad defensionem facultatis, contra arrestum Supremi Senatus, in gratiam quorumdam e regiâ medicâ societate, quadraginta et octo libras — —	48	
Pro pane Benedictioni Eucharisticæ oblato in parochiâ sub invocatione Divi Stephani in monte, die primâ novembris anni 1782, quadraginta tres libras cum quindecim assibus — — —	43	15

summa istius paginæ est de deux cents treize livres dix-neuf sols.

Juxta Decretum latum die vigesimâ quintâ mensis maii anni 1782 solvit Decanus Theodoro-petro Cruchot majori apparitori et Scribæ, pro reditibus Summæ decem mille librarum per duos annos et quinquaginta tres dies debitis, Summam sexaginta et octo librarum supra mille cum duobus assibus.	1068.ᵗᵗ 2.ˢ
Die vigesimâ secundâ mensis januarii anni 1782 solvit Magistro Desessartz Summam sex mille librarum	6000

Finis Tabulæ expensi.

Summa istius paginæ est de sept mille soixante huit livres deux sols.

Anno domini Millesimo Septingentesimo nonagesimo die vero Veneris vigesimâ nonâ Januarii horâ post meridiem tertiâ facultas saluberrima Parisiensis convocata ut audiret rationes posterioris anni Decanatûs Magistri Philip a die Sabbati tertiâ Mensis novembris anni millesimi septingentesimi octogesimi primi ad diem Sabbati secundâ mensis novembris anni millesimi septingentesimi octogesimi secundi gratas et ratas habet unanimi consensu rationes numerarias suprà scriptas, ei gratias agit pro rebus facultatis bene gestis et solitum concedit honorarium Centum et quinquaginta librarum, majori apparitori concedit quinquaginta libras minori vero vigenti quinque: decernit insuper singulis Doctoribus præsentibus Aulicis et Censuariis distribuendos esse duos Calculos argenteos, Decano et antiquiori Magistro quatuor, unicuique Bidello unum; agnoscit que dicto Magistro Philip deberi summam de six mille cinq cens cinquante quatre livres sept sols trois deniers ~~deberi Magistro~~ à facultate persolvendam. Et sic conclusit.

J. C. Bourru Decanus.

Majault Le...sson Danié Bercher Thiery major
Dechaume Gentil Morisot Deslandes
Robert Lezurier Maigret D'Ouglée
Descemet Dumangin Colle.
Tallier Guenet Rollan Bearsey Lebreux Tuson
... de ... Giraud de la Feulrie Geriglano
Delabreville Sollier Desessartz
Fumée ... Des Longrais Laverne
Navier Boyrot Jeannier Thiery
Taudry Jumelin Charaux De Wenzel Cosnier
Lanigan Montaigu Pajon Petit pro me et Mᵉ Dorigny agrégante
Chesneau Cozette Jolier pro mᵉ mallet agrégante
Bosquillon Gaillard Borie Defrasne
Baget pro me et pro Vachier Corvisart Dufresnay Géraud
Demours Calmeil De Jussieu Gervaux

Ratification ce 29 Janvier 1790 des comptes du 3 Nov 1781 au 2 nov. 1782. (C. f. 614 ci-dessus)

Adnotatio

Cum è vivis Ereptus fuerit M. Stephanus pourfour-Dupetit antiquus Decanus, Die vigesima quarta Mensis januarii anni Millesimi septingentesimi octogesimi noni antequam facultati, rationes tum historicas, tum numerarias duorum annorum sui Decanatus contulisset. Ea facultas legitime Convocata Die vigesima octava ejusdem mensis et anni, unanimi Consensu appellavit, Duos è gremio facultatis Doctores, scilicet MM. Dumangin et Desfrasne ad facultatis jura, cum Decano, Defendenda adversus heredes.

Die autem vigesimâ septimâ Mensis januarii anni millesimi septingentesimi nonagesimi ~~[illegible]~~ facultas iterum Convocata ut audiret relationem Deputatorum ad negotium supra memoratum conficiendum, probavit eorum agendi rationem ordo universus; Et rogavit insuper M. Desfrasne ut vellet super catalogum has rationes inscribere. Votis quàm libenter annuit et sequenti modo, opus suum peregit . . . . . .

Incipit Commentarius rerum facultatis Medicinae parisiensis Cum tabulis { Accepti et Expensi

A Die sabbati secunda Mensis novembris anni Millesimi septingentesimi octogesimi secundi, ad Diem sabbati octavam mensis novembris anni millesimi septingentesimi octogesimi tertii. M. Stephano pourfour Dupetit

Decano.

Anno Domini 1782 Die sabbati secunda mensis novembris, Convocati sunt Doctores Medici omnes a josepho philip Decano, schedula his verbis Expressa

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores Die sabbati secunda mensis novembris, anni 1782, hora decima Matutina, post sacrum, 1° Decanum, professores, 2°, unum ad Comitia prima Mensis dicta, Deputatum Electuri.

Datum parisiis Die sabbati vigesima sexta mensis octobris ejusdem anni.

josephus philip Decanus

Quod spectat ad Electionem Decani, M. pourfour Dupetit inspice paginas 589 et 590 Commentariorum posterioris anni Decanatus Mi philip.

Quinque Electores denuò in sacellum secesserunt, mox que reversi, retulerunt se Elegisse in scholarum professorem.

Scholarum professor 1us { MM. Ant. joan. Bapt. Maclovius Guenet
Edmundus, joach. Bourdois de la Motte
franciscus Doublet

Decani nuper Electi Manu sorte Ductus est M. Doublet

chirurgiae Latino idiomate 2us { MM. Maximilianus joseph. . . Leys
Michael franc. De la planche
tussanus claud. Nicolaus Mavier

sorte Electus est M. Leys . . .

636

Chirurgiae Gall. idiomate 3us. { M.M. paul. Gabriel Lepreux
Maria zorobabel Munier
joan. bapt. Claud. jeannet deslongrois

Sors feliciter appellavit M. jeannet deslongrois.

Rei herbariae 4us. { M.M. petrus abrah. pajou demoncets
francis. Nicolaus simonet
Ludovicus Carolus hallot

M. hallot sors in professorem appellavit.

pharmaciae 5us. { M.M. joan. Nicol. Millin de la Courvault
steph. Grossin Duhaume
Alph. vincent. lud. ant. Leroi

Duobus aliis M. Duhaume sors eum appellavit

Deputatum ad Comitia prima Mensis Dicta, pro Magistro Gallia qui quadrienne jam hoc munus adimplevit, Electores proposuerunt M. Delaplanche. Cui propositioni, vivâ voce annuit saluberrimus ordo

Denique Electores in Censorem academiae appellarunt M. Josephum philips Exdecanum.

Sicque de omnibus Electionibus Cum universo ordine Conclusit Decanus.

singuli Deinde professores solito et praescripto juramento intrà Decani Manus se se obstrinxerunt.

Quaestiones Quodlibetariae.

Die Decima quarta Mensis novembris anni 1782 M. Joannes Nicolaus Corvisart Desmarets Extra ordinem Disputavit de quodlibetariâ quaestione

Respondente baccalaureo M. Stat. petro Demours parisino fuit autem quaestio talis, affirmative Conclusa

An retina praecipuum visionis organum

probata fuerunt baccalaurei responsa.

hora undecima ante finem thesis, Major facultatis apparitor pro more solito, quaedam decreta ad scholarum inferiorum Disciplinam spectantia recitavit, tum et altâ voce proclamavit nomina et Cognomina Magistrorum in saluberrima facultate actu regentium quorum haec est series.

Magistri.

Guillelmus Josephus Dellpine parisinus antiquior scholae Magister, antiquus facultatis Decanus.

Ludovicus Maria pousse parisinus, Eques, Censor Regius

Hiacinthus theodorus Baron parisinus, antiquus facultatis Decanus, necnon Castrorum regis Exercituumq. in Germania et in italiâ proto-Medicus

franciscus felicitas Cochu, san-Germanus parisiensis

Claudius Carolus Dejean parisinus

Gaspardus Cochon Dupuy rupifortensis, regii ordinis Eques regis Consiliarius, et in arce maritima rupifortensi anatomes et Chirurgiae professor Regius

Michael Josephus Majault Duacenus, antiquus regis Exercituum in germaniâ Medicus.

Magistri

Michael philippus Bouvart Carnutaeus, Regii ordinis Eques, Regiae scientiarum academiae socius, Censor Regius.

Laurentius ferret parisinus, Ecclesiae Cameracensis Canonicus

Ludovicus Guillelmus Le Monnier parisinus Consiliarius Medicus regis ordinarius, primarius, Regiarum scientiarum parisiensis, londinensis ac berolinensis, socius, et in horto Regio botanices professor atque Demonstrator.

Benjaminus Ludovicus, Lucas de Lauvemberg Laudunensis

petrus Bercher parisinus, antiquus facultatis Decanus, Regiae hispaniarum infantis dum viveret, nec non Regii Exercitus ad cis Rhenum in ultimo bello medicus primarius.

Josephus Maria franciscus Lassone Carpentoracensis, Eques, Regis in sacro Consistorio Consiliarius, Regis ab omnibus Consiliis Archiatrorum Comes, serenissimae reginae Medicus primarius e Regia scientiarum academia, universitatis Medicinae Monspeliensis Doctor aggregatus et honorarius, Regius librorum Censor.

petrus Josephus Macquer parisinus, Regiae scientiarum academiae socius, in horto, chimiae professor et Censor Regius

petrus De La Louette parisinus Regii ordinis Eques

Natalis Maria De Gevigland parisinus, Regiorum in germania Ducum et militum nosocomiorum nuper Medicus

Joannes Stephanus guettard Senonensis, Regiarum academiarum parisiensis, rupellensis, florentinae, et stokolmiensis socius, Censor regius, et historiae naturalis musaei serenissimi ducis aurelianensium Custos.

Carolus Ludovicus Liger altissiodorensis, Consiliarius medicus Regis ordinarius in urbe et Comitatu altissiodorensi

franciscus Bernard abrincensis

petrus chevalier de la hamonais, Eques, Regi a Consiliis et secretis

petrus poissonnier, Eques, Regis in sacro Consistorio Consiliarius Regi a Consiliis Medicis, in regiis arcibus Maritimis et Coloniis totius Medicinae praefectus, e regia scientiarum academia parisiensi, nec non brestensis, Divionensis, londinensis, Matritensis stokolmiensis et petropolitanae socius, professor et Censor Regius.

Joannes Claudius Munier, Laudunensis, invalidorum Ducum ac Militum Medicus honorarius

paschasius Borie palensis

Stephanus pourfour Dupetit parisinus saluberrimae facultatis Decanus

Antonius petit, aurelianus, in horto Regio, anatomes et chirurgiae professor, e regia scientiarum academia et Militarium nosocomiorum inspector

Ludovicus Gabriel Dupre, Remensis, serenissimi principis Condaei Consiliarius Medicus.

Bartholomaeus tussanus Le Clerc, Rothomagensis, bibliothecae praefectus, Consiliarius Medicus Regis ordinarius in ejus Castelleto

Natalis, andreas, joannes baptista Chesneau, Cenomanus

Dionisius poutier de la breuille, engolismensis, S. Comitis Gallo provinciae Medicus primarius.

Magistri

Stephanus Ludovicus Geoffroi, parisinus, Eques, Regia Consiliis et secretis, societatis botanicae, florentinae, necnon patrioticae Stokolmiensis socius
Anna Carolus Lorry parisiensis
Joannes jacobus Mesnier Andegavensis
petrus Augustinus Adet parisiensis
Ludovicus joannes Baptista Cosnier, parisinus
Anna Claudius Dorigny parisinus
franciscus thiery, tullensis, Eques, Regis e salubri Consilio, Regii Medicorum Collegii Nanceii socius honorarius, Regiaeque Ejusdem Civitatis, scientiarum et humaniorum litterarum academiae nec non biterrensis ac Matritensis
Joannes Mac-Mahon Laonensis hybernus, antiquus Exercituum regis nosocomiorum Militarium Medicus, Regiae scholae Militaris Medicus ordinarius
Ludovicus alexander Gervaise, Ambianus
Joannes franciscus Clemens Morand, parisinus
Claudius franciscus Grandclas pontimussanus, Eques, stanislai primi poloniarum regis, olim Medicus Consiliarius Regiorum Exercituum à Consiliis Medicis
Jacobus Ludovicus Alleaume parisinus Antiquus facultatis Decanus, Militarium nosocomiorum ad regis Exercitum necnon in insulis americanis nuper Medicus Regis.
Carolus Geille de St Leger, Claromontensis, Eques, Consiliarius Medicus regis ordinarius, primi ordinis et totius Equestris agminis in Exercitu Medicus primarius
petrus Maria Maloet parisinus, Eques, in sacro Consistorio Regis senator, Augustissimarum galliarum principum Regis Amitarum natu minorum Archiater
Ludovicus petrus felix Renatus Le thieullier parisinus Antiquus facultatis Decanus
Edmundus thomas Moreau senonensis
Claudius josephus Gentil Bisuntinensis Militarium nosocomiorum ad regis Exercitum Medicus
Joannes Baptista Barjolle, salmuriensis
Simon Antonius Bringaud, pontasianus
Jacobus Gourlez de La Motte parisinus
petrus abrahamus pajon de Moncelts, Blesaeus, Eques, in urbis praefectura Medicus ordinarius, academiae Regiae Catalaunensis nec non societatis rei agrariae Aureliaenensis socius.
Joannes Nicolaus Millin Delacourvault Nivernensis
Henricus Michael Missa Remensis, Regii Medicorum Collegii nanceianorum socius honorarius, Antiquus Regis Exercituum in Germania Medicus ordinarius Censor Regius Academiae Catalaunensis socius.
petrus josephus Morisot Deslandes, Catalaunensis
Clariadus vachier Cluniacensis
Guido Danie Despatureaux Bituricus.

Magistri

Joannes Descemet parisinus Censor Regius
Maximilianus Josephus Leys audomarinus, chirurgiae latino
idiomate professor designatus
Marinus jacobus clarus Robert, serenissimi Ducis bipontini dum
viveret archiater, nec non a Consiliis et secretis
Guillelmus fumée Bajocaeus
franciscus Ludovicus thomas dougles Cenomanus
Natalis nicolaus Mallet Laventanus
Joannes armandus Roussin de Montabourg parisiensis
Stephanus Gvossin Duhaume Blesensis pharmaciae professor designatus
petrus joannes claudius Mauduit de la varenne parisinus.
Caesar Coste, arelatensis, Censor Regius
Achilles guillelmus Le Begue de presle aurelianensis, Eques et Censor
Regius
Nicolaus jeanroi tullensis, regii Medicorum Collegii nanceianorum
socius honorarius
Cosma Augustinus Lezurier rothomagaeus, scholarum professor
designatus
Simon vacher Bisuntinus, Regis Exercituum in insulâ Corsica
Medicus primarius
Carolus sallin Grayaeus Bisuntinensis, pathologiae professor
Consiliarius Medicus regis ordinarius in Ejus Castelleto
Ludovicus Gilbertus Boirot de joncheres bituricensis
Hugo Gauthier Riciacus lingonensis Consiliarius regis medicus.
franciscus thierry De Bussy tullensis, Consiliarius regis Medicus
ordinarius in supremo senatu parisiensi.
Joannes Darcet severopolitanus aduvensis, chemiae professor
professor Regius, academiae Regalis Medicinae Matritensis socius
Josephus philip intervallaeus glandatensis, Exdecanus, academiae Censor
Joannes baptista Alexander Maiguet parisinus
Carolus Ludovicus franciscus Andry parisinus
Joannes stanislaus Mittié parisinus, Regiae scientiarum Et
litterarum Nancei academiae socius, nec non stanislai poloniarum
primi Regis olim Medicus ordinarius.
Josephus jacobus Gardane Massiliensis, Censor Regius et Regiae
scientiarum societatis Monspeliensis nec non Regiarum academiarum
nancei et Massiliae socius.
Joannes Antonius Elie Delapoterie, Constantiensis, antiquus
Regis in portu Brestensi Medicus, nec non militarium regni
nosocomiorum inspector.
Edmundus claudius Bourru parisinus utriusque pharmaciae professor
Ludovicus claudius guilbert parisiensis, E societate medica Edimburgensi
antiquus regis Exercituum medicus ordinarius.
paulus Gabriel Leprieur parisinus
Antonius joannes baptista Maclovius Guenet rothomagaeus
Carolus nicolaus Verlon tullensis, serenissimi Comitis atrebatum
medicus ordinarius.
Henricus Raimond, augustodunensis, Regis Exercituum in insula
Corsica Medicus
Joannes Baptista Langlois abrincensis, scholarum professor.

Magistri

Ludovicus Alexander Belezau parisinus
Joannes Carolus desessarts Lingonensis, Antiquus Decanus, Regii Medicorum Collegii Lugdunensis socius.
Joannes Colombier tullensis
Bertrandus Dupuy Areensis in valle aurensi
Thomas Le vacher de la feutrie Ebroicensis, antiquus facultatis Decanus
Joannes baptista Eugenia Dumangin Castro-theodoricus
Joannes augustinus Coutavoz parisinus Chirurgiae Latino idiomate professor
franciscus maria Le Moine parisinus
Carolus jacobus Ludovicus Coquereau parisinus, serenissimi Condaei principis medicus ordinarius, nec non Regis apud peditatum tum gallicum tum Extraneum Consiliarius Medicus
Josephus ignatius guillotin santo
Claudius Laffisse Lugdunaeus
Benjaminus Michael sollier de la Romillais Rhedonaeus apud armoricos pathologiae professor
Joannes jacobus Mollan parisinus
Antonius Laurentius De jussieu Lugdunaeus, Eques, Regi a Consiliis et secretis, Regiae scientiarum academiae socius, in horto regio Botanices professor et prodemonstrator
Claudius Andraeas goubelly parisinus, Rei herbariae professor in supremo senatu patronus
philippus Alexander Bacher thannensis alsata.
Claudius antonius Caille Mortuacensis apud sequanos, e societate Medica Edimburgensi
sanctus Ludovicus Guindant Ex virzione apud Bituricenses E Regia scientiarum academia Monspeliensi
Joannes jacobus paulet, audusiensis apud occitanos
Joannes franciscus jacobus Roupille de chamseru Carnutaeus
Ludovicus Carolus henricus Macquart, Remus
Eduardus franciscus Maria bosquillon Ambianensis, Eques E societate Medica Edimburgensi, professor et Censor Regius
Jacobus franciscus Devilliers san-Maxentinus picto, antiquus regis Exercituum medicus ordinarius in Germania
Carolus Ludovicus varnier parisinus
Theobaldus Nizon sacro Caesareus apud Bituricenses, Chirurgiae vernaculo idiomate professor
Carolus jacobus saillant parisinus
Henricus joannes Baget parisinus
Josephus Cotton gratianopolitanus
Joannes franciscus Achilles Delalouette parisinus, Eques
Ludovicus Desbois de Rochefort parisinus, Eques chirurgiae gallico idiomate professor, Censor Regius
Antonius chaumont sabatier parisinus Regis Exercituum in insulâ Corsicâ medicus

Magistri

felix vicq-d'azir valonaeus apud Constantienses, E regiâ scientiarum academiâ serenissimi Comitis atrebatum Consiliarius Medicus Regii medicorum Collegii nanceianorum socius honorarius
Thomas Letenneur gavraeus Constantiensis
Joannes jacobus Delaporte parisinus
Joannes Carolus Debrotonne Laudunensis
Joannes baptista jumelin Constantiensis
Joannes Matthaeus Defrasne sequanus
Alphonsus vincentius Ludovicus Antonius Le Roi, rothomagaeus
Joannes baptista Baignères parisinus
Claudius franciscus Duchanoy, sequanus, rei obstetriciae professor designatus e Regiâ scientiarum academiâ divionensi
Deodatus jeanroy tullensis
Maria zorobabel Maurice parisinus Consiliarius Medicus Regis ordinarius, domûs Regiae invalidorum ducum et Militum et antiquus regis in Coloniis orientalibus Medicus.
Augustinus thouret Lexoviensis
Henricus alexander Tessier Carnutensis, Clericus
Joannes Thauraux claromontensis Non regens
Joannes Renatus Sigault Divionaeus, Anatomes et artis obstetriciae in gratiam Matronarum professor, E Regiâ scientiarum academiâ Divionensi, Regis pensionarius
Christophorus Nicolaus De jussieu Lugdunaeus
Joannes Natalis Hallé, parisinus, Eques, non regens
Michael franciscus Delaplanche parisinus
Edmundus joachimus Bourdois De la Motte senonensis
Stephanus Claudius Nicolaus Navier Catalaunensis, academiae Catalaunensis socius
franciscus Doublet Carnutaeus in senatu patronus scholarum professor designatus
franciscus Nicolaus simonet parisinus in senatu patronus
Joannes baptista Claudius jeannet Deslongrois arcyaeus trecensis, Chirurgiae gallico idiomate professor designatus.
Augustinus Roussel de vauzesme Allinaeus apud altissiodorenses Nosodochii stampensis et in urbe vicinisque locis Epidemiarum Medicus
Joannes jacobus Le Roux Deslillets parisiensis Chirurgiae Gallico idiomate professor designatus.
Ludovicus Carolus hallot Lingonensis Rei herbariae professor designatus
Joannes franciscus Marinier Nivernensis
Joannes Baptista josephus Thery atrebatensis
Carolus Ludovicus Maria Dupré stenacaeus
Antonius Mathey-Aeduus
Antonius franciscus Defourcroy parisinus, Non Regens
Claudius Ludovicus Berthollet E loco talloires, academiae Regiae scientiarum socius
Stephanus Crochet Cluniacaeus Dioecesis Matisconensis
paulus augustinus olivarius Mahon de houssay Carnutaeus
petrus Laservole Ex agro petrocoriensi, serenissimi atrebatum principis Medicus Consiliarius

Magistri

Henricus herculis champagne Dufrenay Catalaunus
Joannes Grozieux de La guerenne E monte Lucio apud Boios, non Regens
Nicolaus chambon de Montaux Lingonensis, non Regens
Jacobus de Wenzel Cameracensis, sacri imperii Baro
Joannes Nicolaus Corvisart Desmarets Remensis
Antonius josephus victor L'Hadorni Laucour E monte Desiderio
petrus pujo parisinus
Nicolaus franciscus Laverne Catalaunus
Renatus Louiche Desfontaines Rhedonensis
philippus petit-Radel parisinus
Ludovicus Cyprianus Demontaigu trecensis
Stephanus fonigret de pellegue Ex Diocesi vasatensi, Licentiatus

Die 28 novembris, M. Antonius josephus victor L'Hadorni-Laucour, Extra ordinem disputavit de quodlibetaria quaestione
An sensus Externi, Tactus Modificationes. aff
Respondente baccalaureo M. joanne Baptista Adriano Rose de L'Epinoy, Nemorosino, probata sunt illius Responsa

M. Bouriat

Die Decima Decembris supremi senatus authoritate, praeside M. pourfour Dupetit Decano; M. Bernardus felix Bouriat pictavus propugnavit quaestionem, affirmative Conclusam, quae sic se habet
An a vasorum aucta, aut imminuta Contractilitate omnis morbus.
Illius responsa ex longe majori suffragiorum numero saluberrimus ordo improbavit
Die vero secunda januarii anni 1783, M. petrus pujo, Extra ordinem disputavit de quodlibetaria quaestione affirmative Conclusa
An in venae sectione, revera adsit sanguinis Dimotio.
Respondente baccalaureo, M. josepho francisco Bourdier de la Moulière pelliceno, Cujus probata sunt responsa.
Die autem nona januarii, M. Nicolaus franciscus Laverne Extra ordinem disputavit de Quodlibetaria quaestione affirmativa Conclusa, Cujus Erat thesis positio
An producendae ossificationi, periostaeum impar
Respondente baccalaureo M. joanne josepho Gille, Leodiensi, Cujus probata sunt responsa
Die Decima tertia februarii, Renatus Louiche Desfontaines Extra ordinem disputavit de quodlibetaria quaestione affirmative Conclusa, Cujus Erat quaestio
An vita Corporis, Continua in Cibos actio
Respondente baccalaureo, M. antonio placido francisco josepho Desmaresceaux gallo-Belga, tornacensi, Cujus responsa probata fuerunt.

Die vigesima septima februarii, M. philippus petit Radel Extra ordinem disputavit de quodlibetaria quaestione affirmative Conclusa haec Erat quaestio
An chilosi promovendae tritus
Respondente baccalaureo M. joanne, jacobo hieronimo Ducos Nogarolensi. Cujus probata sunt responsa
Die quarta Martii M. Ludovicus Cyprianus Demontaigu extra ordinem disputavit de quodlibetaria quaestione affirmative Conclusa, Cujus haec Erat quaestio ventillanda affirmative Conclusa
Est-ne femina, viro salacior
Respondente baccalaureo M, Matthaeo Gerand Claromontano apud alvernos Cujus probata sunt responsa

Quaestiones Cardinalitiae

Die sexta Martii anni 1763 M. [illegible] Claudius Guilbert Disputavit de Quaestione Cardinalitia aff. Conclusa Cujus haec Erat quaestio
An ambitio noceat sanitati
Respondente baccalaureo M. joanne baptista, [illegible] Ro[illegible] Di[illegible]. Cujus responsa probata sunt
Die undecima Martii, M. Edmundus Claudius Bourru Disputavit de Cardinalitia quaestione aff. Conclusa Cujus Erat positio talis
An senibus Meri potio insalubris
Respondente baccalaureo M. joanne jacobo hieronimo Ducos Cujus accepta sunt Responsa.
Die decima tertia M. joannes baptista Langlois, M. joannis baptistae Elie de la poterie absentis vices gerens, disputavit de Cardinalitia quaestione aff. Conclusa Cujus Erat quaestio
Utrum homo sanus qui et bene valet et suae spontis est, nullis obligare se legibus Debeat
Respondente baccalaureo, M. joanne Matthaeo, Gerand, Cujus probata sunt responsa.
Die autem vigesima septima Martii M. josepho jacobo Gardane, Disputavit de Cardinalitia quaestione affirmative Conclusa Cujus Erat thesis positio
An [illegible] vere, [illegible] [illegible] [illegible] sanitas
Respondente baccalaureo Meritissimo M. antonio petro Demours Cujus admissa sunt Responsa
Die prima aprilis, M. joannes, stanislaus Mittie Disputavit de Cardinalitia quaestione, aff. Conclusa quae sic se habebat
An aer Calidus siccus, salubrior
Respondente M. josepho francisco Bourdier Delamoulliere Cujus probata sunt Responsa.
Die tertia aprilis, M. joannes baptista Langlois, M. Caroli Ludovici francisci Andry vices gerens, Disputavit de Cardinalitia quaestione negative Conclusa, Cujus Erat positio thesis
An inter Edendum ostrea, meri potus
Respondente baccalaureo M. joanne josepho Gilbe, Cujus sunt probata responsa
Die vero Decima aprilis, M. joannes baptista alexander Maigret Disputavit de Cardinalitia quaestione, aff. Conclusa, quae sic se habet

An panis sit cuique acceptissimus est, ita saluberrimus.
Respondente baccalaureo, M. antonio francisco placido josepho Desmarscaux
Cujus probata sunt responsa

obitus Doctorum

Convocentur Doctores Medici omnes in scholarum sacellum
Die sabbati vigesima tertia mensis novembris anni 1782 hora nona
matutina, interfuturi sacro solemni quo clarissimo collegae nostro
M. Raimundo Carolo De la Riviere saluberrimus ordo parentabit.
Datum parisiis Die Mercurii vigesima ejusdem mensis et anni
Stephanus pourfour Dupetit
obiit Die vigesima nona octobris ejusdem anni
Die undecima aprilis anni 1783, inter gravissimos in regione
praecordiali Dolores, fato functus est M. guillelmus josephus Delepine
tumulatus est in publico uti voluerat Coemeterio san-Sulpitiano
Die vero tertia Mensis Maii, sacro solemni in scholarum sacello
celebrato, ipsi parentavit ordo saluberrimus.
Die autem Decima octava junii, obesitate cachectica praefocatus
occubuit, M. joannes jacobus Missence in Domo suâ Secretica
sita in loco Conflans les Carrieres, in parochia Deo sacra sub
invocatione sti petri sepultus est
Die sabbati Decima nona julii, pro pace aeterna illius animae
sacrum solemne, in scholarum sacello celebratum est
Die prima septembris Morte Correptus est petrus chevalier
de la hamonais, post Ruptam intra bronchiorum recessus
vomicam
et in parochia sti Mederici humatus est Die sabbati secunda
ejusdem mensis.
Illius animae bene precatum est sacro solemni, in scholarum
sacello Die vigesima ejusdem mensis et anni
Die tandem Decima octava Septembris, Borvoae Diem obiit
supremum, M. anna Carolus Lorry Cui Die quarta octobris
ejusdem anni, sacro solemni, in scholarum sacello celebrato, ordo
saluberrimus parentavit.

orationes publicae

Anno 1782, Die vero Dominica vigesima quarta mensis
novembris, hora post Meridiem quinta, M. joannes baptista
Langlois scholarum professor, Medicinae studium auspicaturis
publica oratione Dixit

Quaenam ad nomen Medici, cum laude Comparandum
Requirantur

Die autem Dominica prima decembris hora post meridiem
quinta, M. theobaldus rizon Chirurgiae gallico idiomate
professor, pro inauguratione scholarum Chirurgicarum Dixit
sur Lorigine et les progres de la chirurgie, les prejuges qui
ont nui a la theorie et a la pratique de cet art.

Schola Medica parisiensis, annis 1782/1783
sic lectiones suas prosequitur hocce anno

Magistri

Solier de pathologia hora tertia pomeridiana
Langlois de phisiologia hora octava Matutina
Coutavoz de chirurgia latine horâ secunda pomeridiana
Goubelly de Re herbaria hora nona matutina
Bourru de pharmacia hora decima Matutina
Nizon de chirurgia gallice hora undecima Matutina
Duchanoy de Re obstetricia duos habebit Cursus
Darcet de chemiâ Cursum habebit tempore oportuno
Le Clerc bibliothecae praefecturam Gerit

Demonstrationes Anatomicae
opera Chirurgica
Operationes Galenico Chimicae

In amphitheatro facultatis Celebratae, annis 1782, et 1783

Die Lunae secunda Decembris anni 1782 et sequentibus diebus, M. joannes renatus sigault, anatomes et artis obstetriciae annis academicis praecedentibus, tantum eo in temporis momento suum ultimum Cursum practicum, ad artem illam pertinentem, ipsemet perfecit.

Die Lunae decima septima februarii anni 1783 et diebus sequentibus, M. theobaldus nizon chirurgiae Gallico idiomate professor, de operationibus Chirurgicis tyrones docuit praeceptis practicas autem operationes super humano Cadavere perfecit M. Claudius andraeas Goubelly Doctor Regens

Die vigesima quarta februarii Cursum suum publicum de anatomia, inauguravit, M. petit Radel, diserte dixit de animali Economiâ &c.. ut Copia illi facta fuerat â facultate, die octava Ejusdem mensis et anni

Die decima mensis Martii incipit Cursus anatomicus M. Solier de la Romillais pathologiae professoris, pasteo oculis subjecit M. antonius placidus, franciscus, josephus Desmarescaux, Medicus Baccalaureus

Die jovis prima Mensis Maii et sequentibus diebus, M. Claudius franciscus Duchanoy, anatomes et artis obstetriciae in gratiam matronarum, Cursum anatomicum ad artem illam speciatim pertinentem ipsemet perfecit

Die vigesima Maii, D. Demours, filius, baccalaureus medicus suum Cursum anatomico pathologicum de oculo instituit publice in amphitheatro facultatis, annuente saluberrimo ordine.

Die Lunae septima julii et diebus sequentibus, M. Bernardus Claudius Bourru, utriusque pharmaciae professor, specimina pharmaciae Exposuit, operationibus, manum et industriam praestanti M. francisco Renato le houx de Clermont pharmacopaeo parisiensi peritissimo

Die Martis nona septembris et sequentibus diebus M. Claudius franciscus Duchanoy anatomes et artis obstetriciae in gratiam Matronarum professor, cursum suum practicum ipsemet perfecit Die tandem martis septima mensis octobris chirurgicas operationes publice exposuit, M. joannes augustinus Coutavoz chirurgiae professor, et in vivili cadavere perfecit M. Christianus andraeas Goubelly Doctor medicus.

Acta et Comitia facultatis Medicinae parisiensis, annis 1782 et 1783

Magistro stephano pourfour Dupetit parisino, Decano.

Die secunda mensis novembris anni 1782, omnes Doctores Convocati sub hac verborum formula.
Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, die sabbati secunda mensis novembris anni 1782 hora Decima Matutina post sacrum, 1° Decanum, professores, 2° unum ad comitia prima mensis dicta Deputatum Electuri
Datum parisiis die sabbati vigesima sexta mensis octobris Ejusdem anni   josephus philip Decanus
His in Comitiis dum ageretur in sacello de Electione Decani et professorum, surrexit M. Dorigny, et quaesivit tum a Decano tum ab adstantibus Doctoribus, ut Denuo res jam proposita Die decima nona octobris relative ad haec verba nec non restituenda in schedulis Convocationis prima Mensis.
Quam petitionem iterum abnegavit M philip Decanus.
Tunc rogato antiquiore praesentium Magistro pro jure suo ut Decani vices Gereret.
Res fuit in deliberationem missa a M Delaurenberg praeside et sequens Latum fuit Decretum
Die Decima nona mensis octobris anni 1782 postridie festi sancti lucae, facultas legitime Convocata, auditis relationibus Magistrorum deputatorum ad revisionem statutorum recentiorum Circa Decani et professorum munera, inter quos deputatos non fuit unanimis consensus, auditisq. quas a deputatis nonnulli proposuerunt Correctionibus. Re Mature perpensa Deinde in Deliberationem missa, in Ea fuit sententia ad Duplici majorem et ultra suffragiorum numerum
praesentibus in Circumstantiis, ulteriori antiquorum statutorum ritunum et usuum recognitioni et reformationi supersedendum in quo ad magis opportunum dilatis, standum esse antiquis statutis, quae decano M hiacintho theodoro Baron typis iterum anno millesimo septingentesimo quinquagesimo prima fuere Mandata. Interea in schedulis monitoriis Comitiorum prima mensis dictorum restituenda esse quae suppressa fuerant haec verba, et de aliis rebus ad facultatem pertinentibus nobiscum deliberaturus
Cum Eadem die decima nona mensis octobris, Concludere renuerit Magister philip Decanus, die secunda novembris Ejusdem anni facultas legitime Convocata ad Electionem Decani, professorumq. Censuit praecedentibus Comitiis die 19 octobris finem imponendum

Itaque ut praesentium antiquior, magistri philippi decani iterum concludere venientis, pro tempore vices gerens, ad suffragiorum majorem numerum conclusi. Die secunda mensis novembris anni 1782. Lucas de Lauremberg.
Et hoc decretum chirographo obsignaverunt duo ex duplici ordine antiquiores in comitiis diei 19 mensis octobris praecedentis

Dorigny, Desessart, Bourru, Saillant.

Die veneris decima quinta novembris anni 1782 in comitiis prima mensis dictis, serotinis horis habitis; cum de grassantibus morbis actum fuisset, M. Goubelly Doctor Regens judicio facultatis submisit instrumentum novum ad terebrationem cranii, brevius, tutiusq: instituendam. pro voluntate expostulantis appellati in deputatos examinatores MM. Desbois, Mizon, Thauvaux qui cum aliis chirurgiae professoribus actu docentibus coram facultate referrent.
Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die sabbati vigesima tertia mensis novembris anni 1782 hora decima matutina post rem sacram, supremi senatus consulti facultati per accensum denunciati lectionem audituri; ideoque examinatores qui bernardum felicem Bouriat, pictavum doctorem medicum monspeliensem de omnibus medicinae partibus interrogarent, electuri; nec non de aliis rebus ad facultatem pertinentibus decanum dicentem audituri
Datum parisiis die vigesima ejusdem mensis et anni

Stephanus pourfour du petit Decanus.

Ante duodecim abhinc et amplius menses, litigabat medicorum pictaviensium ordo, cum quodam medicinae candidato cognominato Bouriat pictavo. agebat hic adolescens vigesimum secundum aetatis suae annum. primum facultatis medicinae pictaviensis lectiones exceperat; sed paulo post, cum monspelium migrasset ibique laurea doctorali donatus fuisset, brevi se in patriam recepit illico ut sperabat in medicorum collegium cooptandum. At eum ignorantiae accusarunt medici pictavienses; suoque quinta die februarii 1782 lato decreto, tanquam imperitum rejecerunt, illi indicentes tamen, posse se, siquando post biennium cuperet adscribi, coram facultate denuo sistere, sed iteratis examinibus esse submittendum Quam vero ob rem candidatus quidem, totaque ejus familia vehementer medicorum ordini succensuit; intenditque litem, in qua utrinque plura prodierunt scripta: in simili autem causa plurimi sortem miserari solent ejus, qui sic cum toto aliquo ordine pugnat, quia ut pote solus iniquo videtur marte bellare, itaque necessario vincendus. verum tamen si quis est qui scripta candidati adversa perlegat, ea saltem, a petulantiori ac subprocaci homine provenire judicabit
Intercciderat quid simile anno 1751 inter medicos andegavenses atque alterum candidatum Chartier nomine, sed praeterquam quod, hic aetate maturior, doctior quoque evaderat, ideoque id quod contendebat tandem penitus evicit
At vero contra accidit in pictaviensi
supremi enim senatus judicio die secunda mensis septembris anni 1782, jussus est saluberrimum ordinem medicorum parisiensium adire, qui rursus per integras quatuor horas publice juxta regium anni 1707 edictum examinarent eum de omnibus medicinae partibus . .

M. Bouriat

Ideirco saluberrima facultas more solito Convocata die vigesima tertia novembris ut audiret lectionem arresti per accensum denunciati. secundum suas laudabiles Consuetudines, sex Doctores sorte ductos e gremio suo designavit, fuerunt autem honorandi viri, MM. Millin, thierry de Bussy, Maigret, solier, baigneres, Delaplanche

Die eadem D. Hildebrand submisit facultati Machinas fumigatorias a se inventas; quarum Examinatores appellati, MM pajon, Guillotin Delaplanche qui jam Deputati fuerant ad Examinandas Machinas ejusdem generis Confectas a D.. Laugier

Stantibus iisdem Comitiis, lecta fuit reclamatio pharmacopaeorum parisiensium, vulgo dicta opposition per accensum significata, Cujus haec sunt prima verba

L'an 1782 le 22 novembre, a la Requête des sieurs prevost et adjoints du College de pharmacie Etablis a paris &.

Qua sese opponunt tum Examinibus tum admissioni pharmacopaeorum Regiae stirpi ministrantium, nisi regis Edictis et Declarationibus obtemperaverint. unanimi Consensu, Censuit saluberrima facultas Consulendos esse in hoc negotio in supremo senatu patronos

postea facta fuit lectio Epistolae a saluberrima facultate tolosana ad saluberrimum ordinem parisiensem scripta. placuit in Deputatos appellare qui rem perpenderint scilicet MM. Chevalier Millin, bourru Guillotin

Deinde actum est de opere M. henrici Tessier Doctoris medici Cui titulus, Traité des Maladies des grains - Author hujus operis Expostulat ut deputentur Examinatores qui coram ea referant ut deinde obtineatur facultatis approbatio. sed Cum Dictus D. Tessier ut pote societatius, indignus amicitiae facultatis videretur ferè unanimi Consensu decrevit facultas in irrisionem, Eum Examinatorem futurum qui voluerit.

Tandem Cum reclamavissent non nulli Doctores Contra haec verba, Nec non de aliis rebus superaddita schedulis Convocationis ad Comitia prima mensis Dicta

Res fuit in Deliberationem missa et numeratis sententiis, illam esse in aliis Comitiis perpendendam Censuit facultas

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, post rem sacram, Die sabbati proxima, trigesima mensis novembris anni 1782, hora Decima Matutina, Decanum de oppositione a septem Doctoribus subsignata, adversus Decretum ultimò Latum Die sabbati vigesima tertia relative ad prima mensis Dictas Convocationes, Dicentem audituri et postea deliberaturi Datum parisiis die jovis vigesima octava ejusdem Mensis et anni Steph. pourfour Dupetit Decanus.

Lecta fuit a Decano, oppositio, his verbis gallice scripta.

Nous soussignés Docteurs Regents de la faculte de Medecine de paris, prions M. Le Doyen pourfour Dupetit de recevoir notre opposition, a l'Execution d'un pretendu Decret que nous avons appris avoir Ete porte d'apres une Deliberation illegale et forcee, par la Demande de plusieurs Docteurs.

Concernant lassemblée du prima Mensis, et lui declarons que
nous nous opposons a ce quil soit donné aucune suite audit decret
jusqua ce quil en ait été autrement ordonné dans une assemblée
convoquée ad hoc que nous le prions de donner le plutot
quil lui sera possible. fait aux Ecoles le 28 novembre 1782
signé Le Clerc, desessarts philip, dumangin, Maigret
solier, Mathey
Re in deliberationem missâ, ex longe majori suffragiorum
numero, statutum est validam esse supra dictam oppositionem
factam â septem doctoribus relative ad Comitia prima mensis
dicta. decretum subsignaverunt MM pajon, lezurier Maigret
Bourru
Eadem die audita relatione MM. deputatorum de Machinis
fumigatoriis D. Laugier, ex Majori suffragiorum numero
eas comprobavit. probaverunt decretum MM lezurier
Maigret, dumangin Bertholet
Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores
die Martis decima mensis decembris anni 1782 horâ
ipsissima quinta pomeridiana; Examinatorum qui D. Bouviat
in actu publico ex supremi senatûs authoritate interrogaverunt
relationem audituri, et illico suum per scrutinium judicium laturi
Datum parisiis die septima ejusdem mensis et anni
Jus suffragii doctoribus tantum conceditur qui super catalogum
ad id collocatum, suum chyrographum apposuerint
stephanus pourfour dupetit decanus
Ab horâ ipsâ meridianâ ad secundam, et a tertia ad
quintam, M Bernardus felix bouriat adfuit in scholis inferioribus
coram Examinatoribus, praeside facultatis decano, qui eum per
dictas quatuor horas publicè interrogaverunt, et alternatim thesim
praelo commissam, adstantibusq. distributam, argumentis
impugnaverunt
Denique horâ ipsa quinta, post finem actus, deputati Examinatores
coram facultate convocata in scholas superiores, judicium suum
tulerunt. Tunc soli doctores qui super catalogum chirographum
suum apposuerant, ad scrutinium devenerunt. Quo aperto
a vigilantissimo decano, inde Manifestum est, quod ex longe
majori numero suffragiorum, quorum sic Erat series:
Negantium numerus ad 41 Evehebatur
faventium autem ad 27 duntaxat
Candidatum Bernardum felicem Bouriat, incapacem judicavit
ordo saluberrimus. Cum decano subsignaverunt decretum MM
Millin, philip, Lepreux, Lafisse.
Illud facultatis decretum fuit depositum in forensi tabulario supremi
senatus parisiensis et Magistro pourfour dupetit die decima sexta
mensis decembris anni 1782 ut constat testimonio manu scripto
domini Leber senatus supremi scriba
Die Lunae decima sexta mensis decembris 1782 post Comitia prima
mensis dicta, M. Mizon collega noster et chirurgiae gallicae idiomatis
professor, petiit a facultate ut deputatos nominaret ad judicium
ferendum; utrum oratio â se habita die dominica prima decembris
digna foret ut typis Mandaretur. Examinatores appellantur MM
Majault, thierry desessarts Lepreux, bagot.

Die Decima quinta mensis januarii in prima mensi, Lectum fuit Libellum ad Decanum missum ab urbis lexoviensis praefecto relative ad sepulchretum Extra urbem Constituendum. Deputati nominati sunt, MM. thiery, pajon, Dumangin, guillotin et delaplanche

Die Eadem Civis Dictus Auger De la Garneray Distillator in loco fontenai Le Comte, judicio facultatis submisit liquorem Dictum l'eau d'absinthe Cum illa inscriptione, veritas Experimentaque movent Medicorum approbationem. Dicitur Examinator M pajon Cum Chemiae ac rei herbariae professoribus

Die sextia februarii, Clarissimi Examinatores retulerunt de postulato aedilium Lexoviensium, quod agebatur de sepulchreto Extra urbis pomaeria instituendo, scilicet de Electione duos inter agros, quorum unus Dictus de jaufan, humilis, africo Calefactus nimis, aliis ventis Minime perflatur. Alter autem situs in Colle de st ursin, Excelsus, ventis frigidis pervius. huic palmam ultrò Cum Deputatis Concessit saluberrima facultas.

Die Eadem facta fuit relatio de liquore l'eau d'absinthe à Deputatis appellatis Die 15 januarii. saluberrima facultas Rem minimi Momenti, minimeque prolaudam existimavit

Convocati sunt Doctores sub hac verborum formula

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, Die sabbati octava mensis februarii anni 1783 hora Decimamatutina post sacrum 1o Examinatores qui baccalaureos de anatomi sunt interrogaturi, Electuri. 2o Clarissimos Deputatos de scorbuticis Carcinomatosis et scrophulosis affectibus referentes audituri. 3o de Cursu anatomico, novo à M. petit-Radel, si facultati Libuerit, in scholis Celebrando, et de aliis rebus Decanum dicentem audituri et postea Deliberaturi

More solito, sorte Ducti sunt Examinatores Baccalaureorum propositi ab Electoribus. Ex urna Educti sunt MM Morand, Duhaume, Doublet et hallot

Auditi sunt Examinatores Deputati Die quarta septembris Circa hanc quaestionem illustrissimi rei aerariae administri. Num scrophulae, scorbutus et Cancer sint morbi Contagiosi

fuit Enim universalis sententia, hosce morbos minime esse Contagiosos, et minus esse periculi in admittendis aegris illo morbo Correptis, quam iis qui febribus purpureis dictis, putridis, Malignis, miliaribus et praecipuè dissenteriis afflictis qui ultimi morbi non rarò Contagiosi fiunt

Deputati Conclusionem subsignaverunt, MM. Cochu, Danié philip, duhaume, desessarts, dumangin, guillotin, desbois, solier Doublet. Cum iis Conclusit saluberrimus ordo

Eadem Die petiit à facultate M. petit à facultate M petit Radel ut fas esset, instituere Cursum anatomicum in amphitheatro facultatis, Cum titulo professoris anatomiae facultatis. Re in Deliberationem missa, non Concessus est titulus professoris Eo quod multis jam abhinc annis acceperat M. Antonius petit, qui Eo adhuc fruebatur. Quoad alteram postulationis partem, facta illi Copia fuit docendi in saluberrimae facultatis amphitheatro.

Die prima Mensis Martii MM. Duhaume, Bourru, Darcet et Delaplanche, Die octava ultimi mensis Elapsi appellati pro sale Examinando, Dicto Mineral purgatif Du sieur Lorin chirurgien a villeneuve l'archeveque
Retulerunt sal illud, nihil aliud esse praeter tartarum vitriolatum in liquore alkalino Cristallisatum, quod nullam approbationem mereretur; Cum illis Conclusit salub. facultas.
Die Eadem probatae sunt Machinae fumigatoriae D. hildebrand a deputatis Examinatoribus Electis die 23 novembris 1782. Cui relationi annuit facultas, modo sub oculis medicorum adhiberentur et Eorum Consilio.
Die vero Decima quinta in Comitiis secunda mensis dictis, M. Duhaume, Bourru, Darcet, Delaplanche, Goubelly, de judicanda fabricatione et Compositione chocolati D. Millerand, pronunciarunt Eam aliis Methodis omnibus anteponendam, et Cum illis Conclusit pro prima vice saluberrimus ordo.
Die Eadem facultati propositae sunt à D. Royer, des sondes de gomme Elastique. Quàm ingeniose fabricatae Conspiciuntur. Comissarii appellantur professores chirurgiae actu Docentes
Diebus decima quinta Martii et sequentibus Continuis, Examen baccalaureorum de anatomia, solito delato mandato singulis Doctoribus
Die autem vigesima secunda, Convocantur Doctores medici omnes in scholas superiores, hora decima matutina post sacrum, Clarissimos Examinatores de baccalaureis, qui sectiones ac Demonstrationes anatomicas super virili Cadavere, propriis Manibus Executi sunt referentes audituri et postea suum judicium per scrutinium laturi.
Datum parisiis die Martis decima octava Ejusdem mensis et anni
Stephanus pourfour Dupetit Decanus
Sic se habet relatio
Dum praesertim nos undequaque Contristat stabilis rei medicae Lutetianae status, vigil. Decane, viri medicinae proceres, nemo nostrum non videt quanti intersit ~~varia qui medicinam Docet~~ apparatu instructos esse baccalaureos nostros - Sic tantummodo viri Medicinae proceres, sic asclepiadea proles quae singulis bienniis è Gremio facultatis Coràm prodit scholae Medicae parisiensis dignitatem, ad feliciora forsan, minusve difficilia tempora retinebit
his Considerationibus, nec non sacramenti fide pie affecti, nos Decane vigilantissime, viri Medicinae proceres, à Die sabbati proxime Elapso ad Diem veneris, baccalaureos vestros septem juxta statutorum articulum Decimum sextum diligenter et attente interrogavimus Exploravimusque de anatomiâ per horas tres Continuas
Inter hos septem à nobis appellatos et interrogatos, quatuor sed praesertim unus qui non praestantior alter M. Desmarescaux Bourdier, Rose de l'Epinoy, Gille, sive Doctrinâ anatomicâ, sive Dicendi Genere, maxime Commendabiles, partium Corporis humani, situm, structuram, Connexionem usum Enucleatissime

Explanavit. tres alii MM, Demours, Ducos, Gerand, Eloquio haud pares, sufficienter nihilominus satisfecerunt. Illos igitur septem baccalaureos vestros dignos judicavimus vestro suffragio vobis unanimis declaramus. subsignaverunt MM pourfour du petit, Morand, Grossin duhaume, Doublet et hallot
Die Eadem sabbati Civis quidam Dictus Gospin offert facultati Machinam ad jucunde suscipienda Enemata, Deputatos appellat facultas, MM. Millin, Maigret, Doublet et hallot
Deinde facta fuit Denunciatio et Magistro Maigret Cujusdam libri, omnibus Distributi Civibus urbis, a quodam agirta Dicto Husson; in quo Celebrantur virtutes Medicinalium aquarum dictarum et distributarum ab alio Dicto polispatt. Eo in libro pagina Decima, M. Debrotonne Colliga noster, vere divinas illas aquas Dicit. Examinatores Dicuntur, ut Coram facultate referant et inquirent de agendi ratione M. De Brotonne sunt autem MM. Majault, Millin, sallin, Delaplanche
Decretum subs. M. Millin, Morand, Coutavoz, Maigret
Eadem Die offertur a M. Dumangin picta effigies Domini Doute antiqui Decani. Cum Grato animi sensu accipit facultas, collocandus, Cum aliis Doctorum imaginibus.

Die sabbati Convocantur, Doctores Medici omnes in scholas superiores Die sabbati quinta mensis aprilis 1783 post sacrum, Lectionem aresti supremae Curiae Rhedonensis ad Decanum missi, de Cimeteriis publicis audituri et postea Deliberaturi
Datum parisiis Die prima Ejusdem mensis et anni
Steph. pourfour Dupetit Decanus
Facta fuit lectio aresti ~~supremae~~ Curiae Rhedonensis de Cimeteriis publicis Extra urbem Constituendis. Ejus Deputatos Examinatores appellavit facultas MM. chevalier, thierry Morand, pajon, Dumangin, de villiers, hallot Coursisart qui rem attento Examine perpenderint
Die Decima quinta in Comitiis secunda Mensis, M. Bourru duhaume, Darcet, Delaplanche, Die quinta mensis Martii jam suum tulerant judicium de Methodo D. Millerand pro- purificando semine Cacao ad perfectiorem Chocolatam Conficiendam, aiunt pro secunda vice, hac Methodo pertenuem chocolatam, Citius et igne leviori quam alia methodo vulgari usitata, posse obtineri
Electricite Comus — Die prima Maii in prima Mensis, nonnulli Doctores qui sponte sua, perficiendae artis Cupidine Capti, adfuerant Electricis Encheiresibus, phisici Cujusdam Dicti Le Dru Cognominati Comus, apparuerunt non Expectati. Quid viderint et quomodo se praesentibus non nulli allevati fuerint Epileptici. facultas non particeps Examinis tali in Circumstantia prudenter agendum, Expectandumq: donec de hac re, factis notatu Dignis Certior facta fuerit
Convocantur Doctores Medici omnes in scholas superiores Die sabbati decima mensis Maii anni 1783 hora Decima Matutina post sacrum, clarissimos facultatis

Deputatos de Coemeteriis publicis rhedonensibus referentes audituri
2° de hidraulicis nec non de ingeniosis Machinis Relationem
Deputatos alios referentes, et de aliis rebus decanum dicentem
audituri et postea deliberaturi.

Datum parisiis die Mercurii septima Ejusdem Mensis et anni

Steph. pourfour dupetit decanus.

Audita â deputatis appellatis ad illud negotium die quinta aprilis relatione de sepulchreto extra rhedonum pomoeria instituendo cum pauca requirerentur ab arresto supremi senatus rhedonensis non ultra petita dedit responsa facultas. Dixit tantum de cautelis tali in circumstantiâ adhibendis

Iisdem in Comitiis, de Clystere pneumat-hidraulico D. Grepin a deputatis fit relatio. pronunciaverunt, et cum illis facultas quod commode illud instrumentum posset usurpari ut pote ingeniose confectum

Die sabbati quinta Mensis Maii in secunda Mensi; facultas plane conscia Methodum obducendi stanno; tum cuprum tum ferrum, esse imperfectam. De hac re die 25 Maii anni 1782 jam suum tulerat judicium. Duarum postea academiarum approbationes sancivit regium diploma concessum die 12 febuarii anni 1783

Ast supremus senatus parisiensis arresto 21 Martii 1783 Lato, novum de illâ facultatis judicium quaesivit. Quod referentibus MM. Majault, sallin, darcet, duhaume Bourru, delaplanche. sic dixerunt. Materia bona, salubris, stanno durior est, stratum inde confectum quamdiu leve fuerit, aequalis ubique spissitudinis strato mere vulgari stanno solidius ac praestantius habendum

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die lunae secundo Mensis junii anni 1783 horâ decima Matutina, Epistolae a praestantissimo urbis praefecto, de publicis fontibus sabulosis novis depuratoriis dictis, ad decanum scriptae lectionem et de aliis rebus decanum dicentem audituri et postea deliberaturi

Datum parisiis die Mercurii vigesima octava ejusdem mensis et anni

Steph. pourfour dupetit decanus.

Lectione factâ Epistolae â decano, ordo saluberrimus in deputatos appellavit MM. pajon, Millin darcet Le Roi

Iisdem in Comitiis actum fuit de bibliothecâ facultati Legata â M Delepine, collegâ munificentissimo. Nominantur MM. jeanroi, Le Clerc, desessarts, Millin, qui cum D. Mequignon bibliopola, facultatis jura adversus haeredes propugnarent

Die Eadem facultati offert opus â se confectum M. praeses Roland administrator collegii ludovici Magni, quod cum bene memoris animi sensu accipit facultas, deponendum in bibliotheca

Stantibus iisdem comitiis; D. Dubuisson, facultatis judicio submisit librum â se confectum de acidis nativis. Examinatores dicuntur MM darcet, duhaume, Bourru, paulet, Nollan doublet

Insuper facultati Expostulantur Deputati ad Examinandam Machinam pneumatosam D. Bourbon. Appellantur, MM. Millin Coutavoz, paulet, Mizon.

Die 16 junii in prima Mensi M. Bosquillon postulata facultate Examinatores novae, quam mox vulgaturus Editionis aphorismorum hipocratis. Appellantur MM. thierry, sallin, saillant Le Roi, Ex voto authoris

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die sabbati vigesima prima mensis junii anni 1783 post sacrum 1o Clarissimorum Deputatorum de Recognitione rationum et historiae Decanatus M Levacher de la feutrie in Commentariis facultatis scriptarum relationem 2o De Donis à venerando scholae antiquiori dum viveret M De l'Epine, facultati Concessis, et de aliis rebus ad facultatem pertinentibus, Decanum Dicentem audituri et postea Deliberaturi

Datum parisiis die lunae Decima sexta Ejusdem mensis et anni.

Stephanus pourfour Dupetit Decanus.

Clarissimi Deputati referunt se vidisse rationes tum historicas tum numerarias posterioris anni Decanatûs M. Levacher de la feutrie, fideliter scriptas in Commentariis facultatis, dignasq: esse ut Coràm facultate Reddantur.

Insuper facultas fit particeps testamenti M. De l'Epine qui ordini saluberrimo legaverat libros suos, Rei argentariae partem summam Demùm pro cursu chemiae instaurando. venerabilis Defuncti legatum benignè ac Grate accipit facultas.

Die prima julii in prima Mensi legitur regis diplomatis significatio, quo notum fit M Macquart à rege mox fuisse in plagas septentrionales pro observationibus prosequendis de historia naturali et Medicina

Die verò prima mensis augusti fit relatio à deputatis, Coràm facultate, de novâ aquas sequanicas Depurandi Methodo à Domino De charancour, praesente praestantissimo urbis praefecto illa facta fuerunt Experimenta in suburbio sti Laurentii. Salubris judicatur Methodus à facultate

Iisdem in Comitiis actum est de novâ Extructione balneorum de quibus Deputati referunt, scilicet MM. pajon, guillotin, Desbois Delaplanche. Conclusio relationis fuit, quod Cives hujusce urbis posse tutò et jucunde uti illis variis praeparationibus balneorum Calidorum, frigidorum, aromaticorum, vaporosorum siccorum Docciarum, quarum author M. Albert jam anno 1766 Excogitaverat, nunc Executus est Quai Dorsay

Insuper auditur relatio Deputatorum de novâ succorum parandorum Methodo, à D. Dubuisson. Quàm ingeniosam, utilem judicant MM. Darcet, Bourru, Duhaume, Mallet, paulet Delaplanche et Doublet

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores Die Martis Decima nona Mensis augusti anni 1783 horâ sesqui decimâ Matutinâ 1o scholarum professorem in locum M. Collegae nostri Lezurier, huic Muneri implendo ob adversam valetudinem imparis, Electuri. 2o De sacro Celebrando Decanum Dicentem audituri et postea Deliberaturi

Datum parisiis Die sabbati 16a ejusdem mensis et anni. steph. pourfour du petit

Audita lectione Epistolae, Electores professorum scilicet MM Chevalier Leys, Duhaume, Bosquillon et M Desbois pro M. Maigret absente, proposuerunt facultati tres Doctores quorum duo jam antiqui designati. sors favit M. pajon de Moncets, annuens ut hocce anno doceat M. Doublet, lectiones suas instaurandas in proxima mense novembri

Eadem die legit Epistolam Decanus sibi à Clarissimo Regis Custode missam quâ fertur Regem benigne Excepisse numisma facultatis Exhibens, sacrae solemnitatis institutionem annuam, pro Rege regno et universitate parisiensi

fondation d'une Messe, par M pourfour du petit Doyen

hic est Epistolae tenor

paris le 30 juillet 1783

J'ai presenté au Roi, Monsieur, ainsi que vous l'avez desiré, le Jetton qui a été frappé a l'occasion de la fondation que vous avez faite pour les pensions des veuves de la faculté, et pour une messe solemnelle, afin d'attirer les benedictions du Ciel sur le Roi et la famille Royale

sa majesté a vû avec satisfaction le monument de votre zele et de votre attachement respectueux pour sa personne sacrée

Je suis Monsieur bien veritablement a vous.. Miromenil

postulavit deinde à facultate Decanus ut Copia ipsi fieret dictam solemnitatem, suis ipsiusmet sumptibus anno ipso praesenti Celebrare. postulationem Excipit plausus unanimis, Decretum simul latum fuit quam honorificentissimum Decano - Quod illius vice subsignavit E Doctoribus praesentibus antiquior.

Die 23 Baccalaurei facultatis reverenter adierunt tum Rectorem amplissimum, tum venerandum pastorem Sti Stephani a monte invitaruntq: hunc ut vellet sacrum san-ludovicum Celebrare die 28 sequenti in scholarum Medicarum sacello. verba latina alternatim facientibus, ut sacrae solemnitati adesse vellent MM. Boudier et Rose de l'Epinoy baccalaureis

Die Ergo vigesima octava augusti Celebratum est solemniter sacrum-sanludovicum, decantato sub finem hymno Te Deum Et ex aere suo, tum Doctoribus, tum baccalaureis, voluit Conditor numisma Rem Exhibens Erogandum: praeterea, quadraginta Doctoribus, praesentibus, baccalaureisque, Missam Celebranti, Rectori amplissimo et aliis adstantibus honestis viris, Conceditur placenta voyez le Detail de la fondation

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die veneris vigesima nona mensis augusti anni 1783 hora decima Matutina, de Comitiis publicis, ubi, quomodo, quando, proxime Celebrandis, Decanum dicentem auditari et postea deliberaturi Datum parisiis, die Mercurii vigesima septima ejusdem mensis et anni. Stephanus pourfour du petit Decanus.

Eâ in rerum Circumstantiâ, statuit facultas, Ea habenda esse Comitia in scholis Inferioribus die prima proxima mensis septembris hora post meridiem Quarta.

Eadem die accipitur numisma oblatum facultati à praestantissimo urbis praefecto, D. Delaumartin, in gratiam Consiliorum et laborum facultatis relative ad fontes depuratorios dictos, inventos à D. de Charancourt.

Comitia publica -

Mr Malouin Medecin ordinaire de la Reine, lecteur et professeur en Medecine au College Royal de france, de l'academie Royale des sciences, ayant legué a la faculté de Medecine, dont il étoit membre

une somme annuelle, aux Conditions quelle tiendra chaque année une seance publique, pour y faire l'Exposé de ses travaux relatifs aux progrès de l'art, et l'Eloge de ses membres decedes.

La faculte tiendra Cette seance le lundi premier du mois de septembre 1783 dans ses Ecoles, rue st jean de beauvais a quatre heures tres precises du soir.

Etienne pourfour-Dupetit Doyen.

His in Comitiis fundatis a Domino Malouin, facta fuit mentio de Dissertationibus pro praemio triplici obtinendo, Concurrentibus, quo digna vere nulla visa est facultati. propositae denuo sunt quaestiones Eaedem pro praemio 1784 Geminando.

1o Exposer les differentes especes de Convulsions dans l'Enfance, leurs Causes, leurs diagnostics, leurs prognostics Enfin leur traitement.

2o Determiner les Causes, les signes du rachitis et sa Curation

3o Quelles sont les maladies de la moelle, leurs signes, leurs traitemens

4o Nova proponitur quaestio pro praemio anni 1785, scilicet Determiner les differentes especes d'asphixies, quand a leurs Causes et le traitement qui leur Convient a raison de ces differences.

Deinde lectae sunt historicae laudationes Raimundi Dela Riviere francisci Bidault, authore Decano M. pourfour-Dupetit

Martini Mouguez, a M. Dumangin

Josephi Exuperi Bertin, a M. philip

Antonii Casamajor, a M. Delasisse

Dionisii Claudii Doucelt a M. Solier

Tum facta est Expositio laborum et judiciorum facultatis.

Variae denique lectae fuerunt dissertationes, de speciali motu irritabilitatis, in Equiseti filamentis observato a M. Desfernet.

De Colicâ navigatoribus familiari, a M. Gardanne

De fune umbilicali, non nisi post placentae Expulsionem secando et ligando, a M. Sigault.

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores Die sabbati vigesima mensis septembris anni 1783 hora decima Matutina post sacrum, Epistolae ab illustrissimo regni administro Amelot ad Decanum scriptae. pro secunda vice lectionem audituri; de aliisque rebus Decanum dicentem audituri et postea deliberaturi

Datum parisiis Die Lunae decima quinta Eorumdem mensis et anni.

Stephanus pourfour Dupetit.

hic est Epistolae tenor: paris le 30 aoust 1783

Electricité — Sa Majesté informée, Monsieur, de l'heureuse application que les sieurs Le Dru pere et fils, ont faite de l'Electricité au traitement de l'Epilepsie, de la Catalepsie, et d'autres maladies des nerfs; et satisfaite du zele dont plusieurs Docteurs de la faculte ont donné des preuves En suivant volontairement depuis quatorze mois Cette nouvelle maniere de traiter En recueillant avec une scrupuleuse Exactitude ses effets sur les Maladies, me charge de vous faire savoir que son

intention, est que les Docteurs, et d'autres si la faculté juge necessaire d'en augmenter le nombre, continuent a visiter les malades qui auront recours au traitement Electrique, et Constater leur Etat, avant pendant et après le traitement, et a diriger par leurs Conseils, l'administration phisique de ce moyen Curatif, afin de le rendre de plus en plus utile, et de parvenir a fixer des regles pour son usage

Le Roi voulant aussi donner aux sieurs Le Dru un temoignage honorable de sa satisfaction, m'a ordonné de leur Expedier un brevet par lequel il leur accorde le titre de phisiciens de sa majesté pour le traitement Electrique de l'Epilepsie et des autres maladies de meme nature. Comme aussi elle autorise la faculté de medecine de paris, a donner auxdits sieurs Ledru, le titre de ses phisiciens adoptés par elle, pour l'administration de l'Electricité dans les maladies de nerfs, et pour autres Experiences phisiques relatives a l'art de guerir

Je suis tres parfaitement, Monsieur, votre tres humble et tres obeissant serviteur. Amelot

Re autem in deliberationem missâ, Ex Majori Ehu, suffragiorum numero, Concessit facultas titulum pro Encheiresibus phisico Medicis quando necesse foret, sub Conspectu medicorum Exercendis. imo nominavit Doctores qui jam sponte suâ Electricis operationibus per novem Menses adfuerant et ultrà - imo nominavit Doctores alios adjunctos et seriem Examinatorum sic Constituit. MM. Cosnier, Maloet, gentil, Millin, Lezurier, duhaume, Darcet gauthier, philip, Bourru, Lepreux, Desparts, Demangin, solier goubelly, desbois, Boudois, Doublet, Bertholet

Die Eadem fit supplicatio stephani Bruneau plantarum Cultoris, ut ad Examen admitteretur. Cui postulationi annuit ordo saluberrimus. Jn Examinatores appellantur MM. duhaume Bourru goubelly   sapientissime Doctor

Die sabbati Decima octava mensis octobris anni 1783 proximo qui sancto Lucae ortodoxorum Medicorum patrono dicatus est in scholarum sacello Celebrabitur sacrum solemne horâ nonâ Matutinâ; & post sacrum, de rebus ad facultatem pertinentibus agetur, statis in Comitiis

Die verò Lunae proxime sequenti, aderis per juramentum Missae pro Defunctis, horâ ipsâ nonâ Matutinâ, et a sacro solita habebuntur Comitia

Datum parisiis Die sabbati undecima Ejusdem mensis et anni. stephanus pourfour Dupetit Decanus.

post sacrum Divi Lucae, supplicat Mr. thauraux pro Regentiâ votis annuit, facultas, solutis solvendis

Solemnibus iisdem in Comitiis, praestitis â baccalaureis et ab apparitoribus, more solito, juramentis; offertur â M. Bellot de Bussy picta effigies, Ludovici Claudii Bourdelin Doctoris Medici parisiensis Die vigesima septima octobris anni 1777 Defuncti

Item offertur â Decano Ex penicillo Restout Celebris jouvenet alumni picta effigies patris sui francisci pourfour Dupetit Doctoris Medici monspeliensis, E Regia scientiarum academia, nati anno

1664 pisti anno 1737. Mortui tandem 1741. Donum generosi filii Benigne accepit saluberrima facultas, atque inter Doctorum imagines voluit collocandum

praeterea Lectio facta fuit Libelli Memorialis à M M Gentil et Nollau compositi de acceptione Doctorum Extra muros. Deputati qui de hâc re coràm facultate referant, appellati sunt M M. Morisot, Millin, Lezurier, Sallin, Bourru, guillotin dumangin Mathey et hallot. Decretum cum Decano subsignaverunt M M Lezurier, Bourru, Baget Le Rouz des tillets

Tandem illâ Die vidua D pathiot fato functi a Multis annis, petiit a facultate annuam pensionem. votis et precibus annuit saluberrima facultas concedendo trecentas libras annuas. Decretum chirographo munierunt M M Desessarts, gentil, Laservolle

Die Decima nona sacrum solenne pro Defunctis Doctoribus, statim à sacro solita habita sunt Comitia. Die autem illâ pharmacopaei sub authoritate magni praetoris artem suam Exercentes solitum facultati juramentum praestiterunt

Appellati chirurgi parisienses, more solito per accensum, non adierunt.

Comitia prima Mensis Dicta 1782 Et 1783 - — —

Doctor sapientissime

Aderis si placet Menstruis Comitiis prima Mensis dictis. Die... Mensis ---- hora sequi quarta pomeridiana, cum Decano, sex Doctoribus pro more solito vocatis, Censore academiae, scriba et quatuor Deputatis Examinatoribus, non tantum de morbis Epidemice grassantibus, verum Etiam de sporadicis, De casibus notatu dignis De cadaverum sectionibus, De remediis jam notis, melius noscendis aut ignotis, Examine chimico vel usu prudenti tentandis, uno verbo De iis omnibus quae ad Medicae artis incrementum pertinere possunt, Disserturus, necnon de rebus ad facultatem pertinentibus nobiscum Deliberaturus

Datum parisiis Die

Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Rogandum voluit saluberrima facultas suo Decreto lato Die octava mensis Martii anni 1777, unumquemque Doctorem, ut suas dissertationes et observationes scriptas afferat

Comitia illa habita sunt ordine sequenti.

Mense novembri : . Die Decima quinta habita sunt

Decembri . . . . Diebus { Secunda / Decima quinta

Januarii 1783 - - . Diebus { Secunda / Decima quinta

februarii . - - - Diebus { tertia / Decima quinta

Martii . - - - Diebus { prima / Decima quinta

Aprilis . ----- Diebus { prima / Decima quinta

Maii - ——— Diebus { prima / Decima quinta

Junii .... Diebus .. { Secunda / Decima sexta

Julii .... { prima / Decima quinta

Augusti .... { prima / Decima quarta

Septembris .... { prima / Decima quinta

octobris .... { prima / Decima quinta

Novembris .... { prima

De omnibus gestis his in Comitiis Referre Debet Deputatus Scriba tempore et Loco

Res gestae apud universitatem

Mo charbonnet professore in Mazarinaeo, tunc Rectore universitatis amplissimo - - -

Die nona novembris anni 1782 adfuit primum ad tribunal academicum M. Stephanus pourfour Dupetit novus Medicinae Decanus

Ea Die auditi sunt supplices varii, Lecta sunt, et recognita quae superioribus in Comitiis acta fuerunt et statuta. Argumentum hoc praemii propositum est, An et quomodo in litteris Exerceri Censura Debeat

Die septima Decembris praeter res usitatas, Electus est M. petrus jaequin ad officium Examinatoris bursariorum Collegii Ludovici Magni

Die undecima Ejusdem mensis supplicationes universitatis in aede Deo sacra sub invocatione stae ursulae in sorbona

Die Decima quarta Rationes accepti et Expensi circa praemiorum institutionem probatae sunt

Die quarta Mensis januarii anni 1783 Res solitae —

Die trigesima prima quod petierat D. Amelot aliquid sibi remitti de jure clientarii Ex Emptione Domûs (hotel Daligre) placuit remitti de jure ad 12 Denarios in singulas libras obventionis redigi

Die prima februarii alma universitas Cereos offert Regi, Regiaeq. stirpi

Die octava Res solitae

Die prima Martii idem

Die Decima octava supplicationes universitatis in aede deo sacra sub invocatione sti Ludovici apud Maglorios

Die decima octava Rationes bibliothecarii

Die quarta aprilis placuit viduae Ruault Concedi annuatim Centum et viginti libras donec aliter videbitur universitati

Die septima junii Electus est M Cochu universitatis Consiliarius apud regis Consistorium, Loco M Drou Demortui

Die Decima octava supplicatio universitatis in aede Deo sacra sub invocatione sti. Ludovici et stae Catharinae in Cultura

Die quinta julii fundatio M pourfour Dupetit Cum summa grati animi significatione accipitur.

Eadem Die placuit summam Centum quinquaginta librarum Ex aerario universitatis ab amplissimo Rectore pauperibus Scholasticis in posterum quotannis Distribui

Die Duodecima julii Nominatus est M Claudius Coutault pastor Sti Germani veteris
Die secunda augusti Res solitae.
Die septima, alma universitas post habitam orationem Di Nicolai Josephi Selis athletas suas coronavit
Eloquentiae latinae praemium ex fondatione v. D. joannis baptistae Coignard Regi à secretis, ingratiam Magistrorum in artibus, consecutus est M. Lud. Franc. Joseph. Mich. Noel parisiensis Doctor aggregatus ad rhetorum ordinem et grammaticae professor in collegio Ludovici Magni sic se habebat quaestio, an et quomodo censura in litteris Exerceri Debeat
Die octava mensis octobris supplicationes universitatis ad aedem deo sacram sub invocatione S.S. Cosmae et Damiani
Die undecima alma universitas Rectoratum prorogavit Magistro Charbonnet, Cujus studio et vigilantia novum a Rege optimo aequitatis et beneficentiae specimen recens obtinuerat.

Res Gestae apud chirurgos

Insequentibus annis 1782 et 1783 a mense novembri ad Eundem sequentem mensem quatuor Candidati Magisterii lauream acceperunt apud chirurgos parisienses praesentibus, Decano et Chirurgiae professoribus atque interrogantibus
sequenti in ordine Cooptati sunt
Die Decima sexta Novembris 1782 acceptus est M. Gardane Duport
Die trigesima Decembris . . . . . — M Le Maitre
Die trigesima prima . . . . M Dailly
Die Decimaseptima Maii anni 1783 . . . . M André

Dentarii

Die vigesima octava decembris anni 1782 . . . M. palermo
Die trigesima prima Maii 1783 . . . . . M. Laveran
Die Decima secunda septembris . . . . . . M. Legier
Die vigesima septima septembris . . . . . . M. Raudier

Matronae

Die vigesima tertia novembris 1782 accepta fuit Domina Jardien
Die trigesima . . — — ——— D. André
Di. vigesima prima Decembris . . . . — — D. Collignon
Die Decima quarta januarii 1783 . . . D. Juin
Die quinta julii . . . — . . — — — D. Laby
Die trigesima augusti . . —— . — — — — D. Gatgnare

Res gestae apud pharmacopaeos

Lustrationes officinarum habitae sunt
prima . . Die sabbati sexta Mensis septembris anni 1783
secunda . . Die jovis XIa
Tertia . . Die sabbati XIII
Quarta Die Martis XVI
Gradum Magisterii adepti sunt . . .

M. Antonius Neret die vigesima nona Martii anni 1783
M. Antonius Lacour fraisse die vigesima octava aprilis

Res Gestae apud Seplasiarios

Officinae Lustratae sunt
Diebus decima tertia
sexta
vigesima tertia } Mensis octobris anni 1783

finis Commentariorum saluberrimae
facultatis parisiensis
pro parte historicâ a die sabbati
secundâ Mensis novembris anni
1782
et diem octavam Ejusdem Mensis novembris
anni 1783
Magistro Stephano pourfour Dupetit
parisino. Decano

Commentariorum saluberrimae facultatis pars numeraria

Tabula accepti

Caput primum

Ex annuo Reditu facultatis saluberrimae

A. M° Guillotin pro annua Locatione Majorum facultatis aedium, sitarum via de la Bucherie, accepit Decanus trecentas et quinquaginta libras - - - - -	350 lt		
A priore facultatis apparitore pro annua locatione aedium quae amphitheatro sunt contiguae accepit Decanus bis octoginta libras . - - - - - - -	160		
Ab urbis quaestore M. Maupetit pro redituannuo proventus a Rege debiti, Ex Majori Contractu accepit Decanus trecentas viginti sex libras, asses tredecim cum quatuor denariis . - - - - - - - - -	326	13	4
Ab urbis quaestore M. Rouillard pro redituannui proventus Ex minori Contractu accepit Decanus quinquaginta libras et unam cum sex assibus et octo denariis . - - - - - - -	51	6	8
Ab alio urbis Quaestore M. Dujean Ex annuo reditu ab armoricorum provincia debito ob Contractum quingentarum librarum, accepit Decanus trecentas et sexaginta libras - - - - - -	360		
A Eodem Quaestore Ex annuo Reditu ab Eadem provincia debito ob alterum Contractum trecentarum viginti quinque librarum accepit Decanus ducentas et triginta quatuor libras - - - - - - -	234		
A Eodem Quaestore, ab Eadem provincia propter alterum Contractum ducentarum quinquaginta librarum accepit Decanus Centum et octoginta libras .	180		
A urbis Quaestore M. Beaujeard ob novum Contractum ab Eadem provincia debitum accepit Decanus ducentas viginti duas Libras . - - - -	222		
Ab altero urbis quaestore M. fauveau ob novos Contractus Ex dono Mⁱ. Malouin			
1°. a mutuatis rebus Canadensibus pro reditu anni, ducentas quatuor Libras - - - - - - -	204		
2° Ex publicanorum Contractibus, Gallice billets, ou actions des fermes pro reditu proventus anni accepit Decanus quadringintas triginta et duas libras . - - -	432		
3° Ex iisdem publicanorum Contractibus pro reditu anni accepit Decanus quadringintas triginta Et duas libras - - - - - - - - - - - - - -	432		

Summa istius paginae est de deux mille neuf cent cinquante deux livres

Caput secundum

A Medicinae studiosis pro jure inscriptionum
et sigilli

In primo trimestri pro octodecim supra centum a quibus singulis accepit Decanus septem libras cum decem assibus, unde exurgit summa octingentorum octoginta quinque librarum	885 lt	
In secundo trimestri pro centum et sex accepit Decanus summam septingintarum nonaginta quinque librarum	795	
In tertio trimestri pro centum et duo accepit summam septingintarum sexaginta quinque librarum	765	
In quarto trimestri pro centum et quindecim accepit summam octingentarum sexaginta duarum librarum cum decem assibus	862	10
Testimonialibus frequentationis scholarum litteris vigenti duo parvum facultatis sigillum appositum, et pro singulis solutae sunt sex librae unde summa numerabitur centum trigenta duarum librarum	132	

Caput Tertium

A universitatis quaestore pro honorario professoribus numero sex, ab universitate soluto accepit Decanus ducentas supra mille libras	1200	

Caput Quartum

A postarum Quaestore pro honorario sex professoribus a rege concesso, accepit Decanus mille et octingintas libras	1800	

Caput Quintum

A baccalaureis in quaestionibus quodlibetariis phisiologicis pro stipendio lectorum ab unoquoque quatuor libras et decem asses accepit Decanus, unde a sex, Mempre, MM. Demours, Rose de l'Epinoy, Gille Boudier, Ducos, Geraud, vigenti septem libras	27	

Caput sextum

A unoquoque baccalaureo in iisdem quaestionibus phisiologicis pro horto, tres libras cum quatuor assibus unde a sex accepit Decanus accepit decanus libras novendecim cum quatuor assibus	19	4

Caput septimum

Ab unoquoque baccalaureo in iisdem quaestionibus phisiologicis pro anatomia et schedulis non registratis sexdecim libras, unde a sex nonaginta sex libras	96	

Caput octavum

pro aulaeorum usu ab iisdem baccalaureis in iisdem thesibus phisiologicis, a singulis accepit Decanus libras octodecim, unde a sex, centum et octo libras	108	

Summa istius paginae est de six mille six cent quatrevingt neuf livres quatorze sols

Nihil accepit facultas a M^o Desmarescaux eo quod Lauream Concursus adeptus fuerit.

Caput nonum

Ab unoquoque novo Doctore in actibus pastillariae accepit sex libras; unde a septem, nempe a MM Corvisart Lendormi laucourt, pujo, laverne, Louiche Desfontaines petit radel, Montaigu, quadraginta et duas Libras - - 42 tt

Caput Decimum

Ab unoquoque Doctore Decanus accepit libram unam pro rebus facultatis, in thesi Quodlibetariae Cui Extra ordinem praefuit M. Corvisart Desmarets, unde a Centum sexaginta quatuor Doctoribus, Exurgit summa Centum sexaginta quatuor librarum - - - - - - - 164

pro reliqua pecunia propter absentiam quadraginta Doctorum, a singulis accepit Decanus tres libras, unde numerabitur summa Centum vigenti librarum - - - 120

Caput undecimum

In actu quodlibetariae Cui praefuit Extra ordinem M. L'Endormi laucourt, a singulo Doctore Decanus accepit libram unam, unde a Centum sexaginta quinque, numerabit Decanus summam Centum sexaginta quinque Libras 165

Et Reliqua pecunia propter absentiam quadraginta et unius Doctorum, accepit a singulis tres libras, unde numerabitur summa Centum vigenti trium librarum 123

Caput Decimum secundum

A M^o Bouriat Doctore Medico Monspeliensi juxta regium Edictum 1707 accepit Decanus Centum quinquaginta libras - - - - 150

Caput Decimum tertium

In actu quodlibetariae Cui Extra ordinem praefuit M. pujo, ab unoquoque Doctore Libram unam accepit Decanus, unde a Centum sexaginta sex, numerabitur summa Centum sexaginta sex librarum - - - 166

At Reliqua pecunia propter absentiam quadraginta Duorum Doctorum a quibus singulis accepit Decanus tres libras unde numerabitur summa Centum vigenti sex librarum. 126

Caput Decimum Quartum

In actu quodlibetariae Cui Extra ordinem praefuit M. Laverne, ab unoquoque Doctore libram unam accepit Decanus; unde a Centum sexaginta septem numerabitur summa Centum sexaginta septem librarum. 167

At Reliqua pecunia propter absentiam quadraginta trium Doctorum a quibus singulis Decanus accepit tres libras, numerabitur summa Centum vigenti novem librarum - - - 129

Caput Decimum quintum

In actu quodlibetariae Cui Extra ordinem praefuit M. Louiche Desfontaines, ab unoquoque Doctore libram

Summa istius paginae est de treize Cent cinquant deux livres

unam accepit Decanus, unde a Centum sexaginta et octo numerabitur summa Centum sexaginta et octo librarum 168

A Reliquâ pecuniâ propter absentiam quadraginta trium Doctorum â quibus singulis Decanus accepit tres libras, unde numerabitur summa Centum viginti novem librarum 129

Caput Decimum sextum

In actu quodlibetariae cui extra ordinem praefuit M. petit Radel, ab unoquoque Doctore accepit Decanus libram unam; unde a Centum sexaginta novem numerabitur summa Centum sexaginta novem librarum 169

A Reliquâ pecuniâ propter absentiam quadraginta quinque Doctorum a quibus singulis Decanus accepit tres libras, numerabit summam Centum triginta quinque librarum 135

Caput Decimum septimum

In actu quodlibetariae cui Extra ordinem praefuit M. Montaigu, ab unoquoque Doctore accepit Decanus libram unam; unde a Centum et septuaginta, Exurgere debet summa Centum septuaginta librarum 170

A Reliquâ pecuniâ propter absentiam quadraginta et octo Doctorum â quibus singulis accepit Decanus tres libras, unde numerabit Centum quadraginta quatuor libras 144

Caput Decimum octavum

Theses Cardinalitiae

In thesibus Cardinalitiis â singulo baccalaureo accepit Decanus octodecim libras, pro aulaeorum usu, unde Cum sex solverunt, numerabitur summa Centum et octo librarum 108

Caput Decimum nonum

In Examine anatomico singulis praesentibus Doctoribus Distributa fuit summa septem librarum Cum Decem assibus, unde propter absentiam viginti quinque Doctorum, accepit Decanus summam Centum octoginta septem librarum Cum Decem assibus 187# 10

Caput vigesimum

pro Mulctis Doctorum qui non adfuerunt Missae pro defunctis doctoribus postridie Divi Lucae, accepit Decanus pro absentibus numero quinquaginta, summam Centum librarum 100

Quinquaginta novem Doctores non adfuerunt in scholas superiores Diebus sabbati, ad Consilio juvandos pauperes aegros, a quibus singulis decanus accepit libras Duas, unde numerabitur summa Centum et octo librarum 118

Novem baccalaurei non adfuere diebus sabbati ad pariter sublevandos aegros, â quibus singulis accepit Decanus quinque libras Cum quatuordecim assibus unde numerabitur summa quinquaginta et unius librae Cum sex assibus 51# 6

Summa istius paginae est de quatorze cent. Soixante et dixneuf livres Seize Sols

pars altera

Tabula Expensi

Caput primum

ultimis in rationibus M. josephi philip redditis Coram facultate Die veneris decimâ nonâ Mensis januarii anno 1790, Dicto M. philip Debebatur summa quingentarum quinquaginta quatuor librarum supra sex Millia, Cum septem assibus et tribus denariis, â facultate solutis .... 6554# 7/3

M. philip solitum honorarium ipsi a facultate Concessum, unde numerabitur summa Centum et quinquaginta librarum - - - - - - - 150

Majori apparitori propter operam Extraordinariam Concessit facultas quinquaginta libras - —— 50

Minori apparitori ob Eandem Causam vigenti quinque Libras - - —————— 25

singulis Doctoribus praesentibus, auliciis et Causoriis distributi sunt Calculi duo argentei; Decano et antiquiori, quatuor; unicuique Bidello, unus unde pro Centum quinquaginta duobus Calculis numerabitur summa Ducentarum sexaginta sex Librarum - . - - - - - - - . - - - 266

Caput secundum

solvit Decanus Mo. solier pathologiae professori
Ex aere facultatis nonaginta libras - —— 90
Ex aere academiae Ducentas libras. - - —— 200
pro honorario professoribus â rege Concesso et â postarum quaestore soluto trecentas libras - —— 300
pro jure refusionis Duas libras . —— 2

Mo Langlois phisiologiae professori
Ex aere academiae Ducentas libras . - —— 200
Ex aere facultatis nonaginta libras —— 90
pro honorario professoribus a rege Concesso et â postarum quaestore soluto trecentas libras - — 300
pro jure refusionis Duas libras —— 2

Mo Coutavoz chirurgiae latinae professori
Ex aere facultatis nonaginta libras —— 90
Ex aere academiae ducentas libras . —— 200
pro honorario professoribus â rege Concesso et â postarum quaestore soluto trecentas libras - —— 300
pro jure refusionis duas libras . —— 2

Mo goubelly Materiae Medicae professori
Ex aere facultatis nonaginta libras - —— 90
Ex aere academiae ducentas libras . —— 200
pro honorario professoribus â rege Concesso et â postarum quaestore soluto trecentas libras . —— 300

Summa istius paginae est de neuf mille quatre onze livres sept sols trois deniers

pro jure refusionis Duas libras	2 [lt]	
Mo. Mizon chirurgiae gallicae idiomatis professori.		
Ex aere facultatis nonaginta libras	90	
Ex aere academiae Ducentas libras	200	
pro honorario professoribus à rege Concesso et à postarum quaestore soluto trecentas libras	300	
pro jure refusionis Duas libras	2	
Mo Bourru utriusque pharmaciae professori		
Ex aere academiae Ducentas libras	200	
pro honorario professoribus à rege Concesso, et à postarum quaestore soluto, trecentas libras	300	
pro jure refusionis Duas libras	2	
Antiquiori Mo Delespine quatuor libras	4	
Mo pourfour Dupetit Decano quatuor libras	4	
Mo philip Ex Decano Duas libras	2	

Caput tertium

pro Demonstrationibus Celebratis in facultatis amphitheatro

Mo Coutavoz chirurgiae latinae professori, tum pro honorario tum pro impensis Cursûs, Centum vigenti septem libras cum decem et octo assibus solvit Decanus	127	18
Mo Mizon Chirurgiae gallicae idiomatis pro honorario et pro impensis Cursûs, Centum vigenti quatuor libras Cum Duodecim assibus	124	12
Mo solier pathologiae professori, pro honorario et pro impensis Cursûs, Centum vigenti quinque libras Cum Duodecim assibus solvit Decanus.	125	12
Mo Bourru pharmaciae professori pro honorario pharmacopaei parisiensis et pro impensis Cursus quadraginta et quatuor libras	44	
Mo Duchanoy qui Matronas Edocuit, tum pro honorario, tum pro impensis duorum Cursuum Ducentas et Decem libras Cum quatuor assibus solvit Decanus	210	4

Caput quartum

pro facultatis bibliotheca

Mo Le Clerc facultatis bibliothecae praefecto pro annuâ pensione solvit Decanus trecentas libras	300	
theodoro petro Cruchot pro annuo ministerio ad bibliothecam pertinente quinquaginta Libras	50	

Summa istius paginae est de deux mille quatrevingt huit livres six sols

Caput quintum

Doctoribus Comitantibus amplissimum Rectorem Ritè procedentem, solvit Decanus, pro sex Calculis argenteis ~~[illegible]~~ Doctoribus distributis, praesentibus, duobus Decano et uno, singulo apparitori
Cum quater per annum rite procedat amplissimus Rector Exurgit summa septuaginta librarum — 70
pro quatuor offertoriis, quatuor libras — 4

Caput sextum

funera Doctorum

Raimundi Delariviere die 29 octobris anni 1782
guillelmi josephi Del'Epine die XI aprilis 1783
joannis jacobi Mesnier die XIX julii
petri chevalier die prima septembris
Annae Caroli Lorry die 18 septembris..

Singulo in funere distribuitur singulo Doctori unus Calculus argenteus, duo Decano et duo apparitoribus. facultas adfuit tantum funeribus DD. Del'Epine et chevalier. in funeribus antiquioris Magistri distributi sunt tum Doctoribus tum baccalaureis propter distantiam Coemeterii trigenta et sex Calculos; ~~quoad~~ funera Mri Chevalier tantum secundum pro more distributi sunt Calculi. Ex quibus omnibus Exurgere Debet summa sexaginta et trium librarum pro Mo Del'Epine 63
et vigenti octo librarum pro Mo chevalier — 28

Caput Septimum

pro requie aeternâ uniuscujusque Doctoris in sacello Celebratur missa, et adstantibus Doctoribus numero sex, distribuuntur sex Calculi, duo Decano et unus apparitori, Ex quibus novem Calculis in quatuor Missis Celebratis scilicet pro MM. Del'Epine, Mesnier, chevalier et Lorry Exurgere debet summa sexaginta et trium librarum — 63

Caput octavum

in sacro solemni Celebrato Die Divo Lucae Sacra in Scholarum sacello, Doctoribus tunc praesentibus distributi sunt Centum et quatuordecim Calculi argentei unde numerabitur summa Centum nonaginta novem librarum Cum Decem assibus 199 10
pro offertorio undecim libras Cum octo assibus. 11 8

Caput nonum

Comitia habita per annum prima Mensis sunt numero vigenti ~~et trium~~ quibus singulis distribuuntur quindecim Calculi, unde numerabitur summa sexcentarum et trium librarum Cum quindecim assibus — 603 15

Summa istius paginae est de mille quarante deux livres treize sols

Caput Decimum

Comitia publica instituta a M. Malouin
Deputatis sex Examinatoribus libellorum, singulis
conceduntur septem calculi argentei, Decano duplum
et septem apparitoribus, unde numerabitur summa
Centum et decem librarum cum quinque assibus. 110 5
pro aulaeis appensis in interioribus scholis mediciis
nec non pro caereis et candelis, pro nunciis publicis
schedulas et programmata ferentibus solvit Decanus 60
sexaginta libras - - - - - - - - - - -

Caput undecimum

Res sacrae

pro anniversario M. Guillelmi Lucon, vigenti 25
quinque libras - - - - - -
pro anniversario Michaelis de Colonia octo libras 8
pro anniversario Michaelis de Colonia octo libras
Domino de lagrange facultatis capellano pro
missis et obitibus in scholarum sacello celebratis
juxta quittancias solvit Decanus summam centum
vigenti et unius librae cum septem assibus et sex 121 7 6
Denariis
Missarum Ministratori, vigenti septem libras 27 7 6
cum septem assibus et sex denariis
Theodoro petro Cruchot pro pane et azimo,
vinoque suppeditatis ad missarum celebrationem
mundatis sacello, ejus linteis et scholis superioribus 51 ff
undecim et ~~quadraginta~~ libras - - - -
pro mundatis viis de la bucherie et St jean de 60
beauvais sexaginta libras - - - - - - -

Caput Duodecimum

pro ignibus per totum annum accensis, solvit
Decanus D. Cruchot, centum et novem libras cum 109 10
Decem assibus

Caput Decimum tertium

pro annuis pensionibus

Mo. Desessarts antiquo Decano pro annuo reditu
trigenta septem milliarum sexentarum quinquaginta
quinque librarum cum quindecim assibus et novem
Denariis - - - - - - - - - - - 1882 15 9
Mo Degeviglaud pro reditu annuo summae quatuor
millia librarum, solvit decanus quadringentas libras 400
~~Mo. Rebabergand~~ centum et quinquaginta libras - - 150
virgini de Bubaqudictae centum libras ——— 100
M. vaubertrand in supremo senatu patrono libras
trecentas - - - - - - - - - - 300
viduae Mi Viennert quadringentas libras - — 400
viduae Mi. vieillard, quadringentas libras - - - 400
viduae Mi. paris trecentas libras - - - - - —300
viduae Mi pathiot trecentas libras - - - - —300
Mulieri Brodon centum et quinquaginta libras - - —150

Summa istius paginae est de quatre mille neuf
cent cinquante cinq livres cinq sol neuf deniers

Caput Decimum quartum

Domino tridon cerario pro candelis et cereis per annum suppeditatis, centum sexaginta et octo libras cum octodecim assibus et sex denariis solvit Decanus — 168 | 18 | 6
viduae nourri tegulorum reparatori trecentas et libras quatuor — 304
Dicto Drienne horologii Rectori duodecim libras — 12
Do. Quillau qui per annum schedulas monitorias programmata, Decreta, typis Excudit, solvit Decanus octingentas quinquaginta duas libras cum decem assibus — 852 | 10
viduae lalande et dicto Drou qui per annum valvis affixerunt programmata nonaginta sex libras — 96
pro tributo à duobus apparitoribus debito, capitation quadraginta tres libras, cum assibus octo — 43 | 8
Theodoro petro Couchot propter reditus facultatis acceptos, duodecim libras cum tredecim assibus — 12 | 13
pro tributo annuo pauperibus debito tredecim asses — | 13
pro impensis in Examine M. Bouriat trigenta tres libras — 33
parietum structori sexaginta libras — 60
Accenso qui postridie Divi Lucae vocavit chirurgos novem libras — 9
Theodoro petro Couchot pro annuo Dono à facultate concesso, Ducentas et viginti libras — 220
Notario pro quatuor Electionis Decani testimoniis duodecim libras — 12
uxori dictae Couchot quae simplicisos Lectionem papa et viginti quatuor libras — 24
pro Donis et ceremoniis annuis, prima anni Die, scilicet janitoribus helveticis proto-praesidum et aliorum Ejusdem farinae sexaginta libras — 60
Janitoribus ludovici Magni novem libras — 9
Janitori helvetico facultatis tres libras — 3
servo D. Decani tres libras — 3
Decano, censori et duobus apparitoribus comitatum praebentibus ~~Rectori~~ amplissimo cereos offerenti aurelianensium Duci et aliis duodecim libras — 12
Iisdem versalias Euntibus, cum Rectore, Regi augustissimo et reginae cereos offerente. Decano duodecim libras censori sex et unicuique bidello tres, unde summa viginti quatuor librarum — 24
famulis pedisequis sex libras — 6
scribae qui libellos memoriales descripsit plures viginti quatuor libras — 24

Caput Decimum Quintum

pro impensis variis per annum factis in gratiam concurrentis solvit Decanus nonaginta libras cum decem assibus — 90 | 10

Summa istius pagina est de deux mille soixante dix neuf livres douze sols six deniers

Caput Decimum sextum

pro tributo annuo pauperibus debito . . . . 13.

pro tributo dicto vingtiemes debito pro domum sitam rue de la boucherie, annis 1782, 1783, singulis quinquaginta sex libras cum duobus assibus, unde numerabitur summa centum sexaginta octo librarum cum quatuor assibus . . . 168 tt 6

Caput Decimum septimum

pro honorario concesso theodoro petro Cruchot in computatione Decani, septuaginta quinque libras . . . . 45 tt

Caput Decimum octavum

pro minutis impensis solutis à Mo pourfour Dupetit Decano per anni curriculum, ut demonstratum fuit notis ~~a Rapredilendisante~~ oculos in diversis chartis, numerabitur summa ~~D centeeum~~ septuaginta quinque librarum . . 175 tt

pro schedis vectoriis ad Magistratus salutandos, quas rebus et juribus facultatis invigilans Decanus solvit ducentas quindecim libras 215

pro litteris ad Decanum et facultatem Missis, centum et quinquaginta libras 150

Sex deputatis Examinatoribus rationum et commentariorum posterioris anni Decanus Mr philip, distributi sunt octo calculi argentei, et quatuordecim decano, Ex quibus numerus deducitur sexaginta et quatuor calculorum inde numerabitur summa, centum, duodecim librarum . . 112

Cum in Examinibus diversis, thesibusque, theodorus petrus Cruchot, à sportula cujuslibet Doctoris non sufficientem summam deduxerit, inde Manifestum est dicto Mo Cruchot deberi summam sexcentarum viginti novem librarum, ad solvendum tributum ~~annuum~~ Regi debitum, vulgò dictum Capitation 629

Hic finem imponimus, quoad
partem Numerariam
primi anni
Decanatûs
Mi pourfour Dupetit Decani
pro anno academico
1783

Summa istius paginae est de mille cinq cent
vingt quatre livres dixneuf sols

Hic incipit Commentarius rerum gestarum
a Die octava Mensis novembris anni 1783 ad Eundem
Mensem anni 1784
M. Stephano pourfourdupetit Dum viveret Decano.

Schola Medica

Sic suas lectiones prosequitur hoc anno.
MM. Langlois pathologiae horâ tertia pomeridianâ
Doublet de phisiologiâ, horâ nonâ matutinâ
Leys de chirurgia latinè horâ secundâ
hallot de re herbaria horâ Decimâ
Duhaume de pharmaciâ hora octavâ
Le Roux des fillets de chirurgia hora undecimâ
Duchanoy Matronas Edocebit et duos habebit cursus
Darcet chemiae Medicinalis cursum publicum
habebit tempore opportuno
Bibliothecae praefecturam gerit M Le clerc

Die sabbati octava Mensis novembris anni 1783 horâ
Decima matutina post sacrum Convocati sunt Doctores omnes
1o Decanum, professores et bibliothecae praefectum. 2o unum
ad Comitia prima mensis dicta Electuri.
His in Comitiis postquam Decanus et professores magistratu
decedentes, quid Egerint per totum anni curriculum brevi
sed Eleganti oratiunculâ, Collegas suos participes fecerint
Electores novi sorte ducti sunt MM. Le Clerc, Mordnd,
Mallet, Corvisart et pujo, qui solito devincti sacramento
arduam Decani provinciam M. Stephano pourfourdupetit
prorogaverunt
Remotis iterum Electoribus in sacellum ad professores Eligendos
tunc surrexerunt MM. Darcet, duhaume, Bourru Et
Bartholet, appellati ad Examinandam quandam Compositionem
Dictam, tablettes de bouillon Confectam a D. Bergé, illam
probavit saluberrimus ordo
Tunc Electores E sacello redeuntes ad professoris munus
implendum, proposuerunt ad scholarum professorem
MM. Guillotin Desbois, Mathey, primus M guillotin
palmam arripuit.
chirurgiae latinae professor, inter MM Levacher delafeutrie
et Dufrenay, Electus est M. Baget
Materiae Medicae professor, Electus est M Simonet MM
gentil et Mahon sorte rejectis
et pharmaciae professorem Electus est M Bertholet cui
sors favit potiusquam MM Salin et Solier
chirurgiae gallicae professor appellatus est M Desessart
Rei obstetriciae inter MM Bourru et jumelin Electus
est M Defrasne -

Tum ab Electoribus una voce propositus est M. Delaplanche in bibliothecae praefectum qui quam libenter a facultate fuit acceptus.
Deinde appellatus est Examinator prima mensis M. paulet Loco Mi. Lezurier quadriennii Commissione functi
Illas omnes Electiones Cum universo ordine vigilantissimus Confirmavit Decanus.

Quaestiones Medicae omnes agitatae in scholis inferioribus a novembri 1783 ad novembrem 1784

Die Decima tertia novembris anni 1783 praeside M. thauraux agitata fuit sequens quaestio
An Rheumatismo sudorifica.
Baccalaurei M. Ducos accepta sunt responsa.
Ea in thesi recitantur Decreta facultatem spectantia et appellantur Doctorum nomina in ordine sequenti
Magister pousse parisinus, Ludovicus Maria 7 antiquior scholae.
Hiacinthus theodorus baron parisinus
franciscus felicitas Cochu Sangermanus parisiensis
Claudius Carolus Dejean parisinus
Gaspardus Cochon Dupuy, Rupifortensis
Michael josephus Majault Duacenus
Michael philippus Bouvart Carnutaeus
Laurentius ferret parisinus
Ludovicus guillelmus Le Monnier parisinus
Benjaminus Ludovicus Lucas de Laurenberg Laudunensis
petrus Bercher parisinus
Josephus Maria franciscus Lassone Carpentoracensis
petrus josephus Macquer parisinus
petrus De Lalouette parisinus
Natalis Maria Degevigland parisinus
Joannes Stephanus guettard Senonensis
Carolus Ludovicus Liger altissiodoraeus
franciscus Bernard, Abrincensis
petrus poissonnier Divionaeus
Joannes Carolus Mauvier Laudunensis
paschasius Borie, palensis
Stephanus pourfour Dupetit parisinus
Antonius petit aurelianus
Claudius gabriel Dupre Remensis
Bartholomaeus tassanus Le Clerc Rothomagensis
Natalis andreas joannes baptista Chesnau Cenomanus
Dionisius paultier De labreville inculismensis.

Stephanus Ludovicus Geoffroy, parisinus
petrus augustinus Adet parisinus
Anna Claudius Dorigny parisinus
franciscus thierry tullensis
Joannes Macmahon Laonensis hibernus
Ludovicus alexander Gervaise, ambianus
Joannes franciscus Clemens Morand, parisinus
Claudius franciscus Grandelas pontimussanus
Jacobus Ludovicus alleaume parisinus
Carolus Geille de saint Leger Claromontensis
petrus Maria Maloet parisinus
Ludovicus petrus, felix Renatus Lethieuillier parisinus
Edmundus thomas Moreau senonensis
Claudius josephus Gentil Bisuntinensis
Joannes baptista barjolle salmuriensis
simon antonius Bringaud, pontarlianus
Jacobus Gourlez De la Motte parisinus
petrus abrahamus pajon de Moncets Blaesaeus
Joannes Nicolaus Millin de la Courvault Nivernensis
Henricus Michael Missa Remensis
petrus josephus Moriset Deslandes Catalaunensis
Cleriadus vachier Cluniacensis
Guido Danie Despatureaux Bituricus
Joannes Descemet parisinus
Maximilianus josephus Leys, audomarinus
Marinus jacobus Clarus Robert Cadomensis
Guillelmus fumée Bajocaeus
franciscus Ludovicus thomas Douglée Cenomanus
Natalis Nicolaus Mallet Carnutaeus
Joannes armandus Roussin de Montabourg parisiensis
stephanus grossin Duhaume, Blesensis
petrus joannes Mauduit De la varenne parisinus
Caesar Coste Arelatensis
Achilles guillelmus Le Begue De presle, aurelianensis

Nicolaus jeanroy, tullensis
Cosma Augustinus Lezurier, rothomagaeus
Simon vacher Bisuntinensis
Carolus Sallin, Grayacus Bisuntinensis
Ludovicus Guillbertus Bojvot de Joncheres Bituricensis
Hugo Gouthier Riciacus Lingonensis
franciscus thierry de Bussy, tullensis
Joannes Darcet, Severopolitanus adurensis
Josephus philip, intervallaeus glandatensis
Joannes baptista alexander Maigret parisinus
Carolus Ludovicus franciscus Audry parisinus
Joannes Stanislaus Mitté, parisinus
Josephus jacobus Gardanne Massiliensis
Joannes antonius Elie de la poterie Constantiensis
Edmundus claudius Bourru parisinus
Ludovicus claudius Guilbert parisiensis
paulus Gabriel Lepreux parisinus
Antonius joannes baptista Maclovius Guenet, Rothomagaeus.
Carolus Nicolaus Deslon, tullensis
Henricus Raimond, Augustodunensis
Joannes Baptista langlois Abrincensis
Ludovicus alexander Decezau parisinus.
Joannes Carolus Desesparts lingonensis
Joannes Colombier tullensis
Bertrandus Dupuy Ateensis in valle aurensi
Thomas Levacher Delafeutrie Ebroicensis
Joannes baptista Eugenia Dumangin, Castrotheodoricus
Joannes augustinus Contavoz parisinus
franciscus Maria Le Moine parisinus
Carolus jacobus Ludovicus Coquereau parisinus
Josephus ignatius Guillotin Santo
Claudius Laffisse Lugdunaeus
Benjaminus Michaël Solier De la Romillais Rhedonaeus
Joannes jacobus nollan, parisinus
Antonius Laurentius De jussieu Lugdunaeus
Claudius andraeas Goubelly parisinus
philippus alexander Bacher, thannensis alsata
Claudius antonius Caille Mortuacensis apud sequanos
Santus Ludovicus Guindant Ex virzione apud bituricenses
Joannes jacobus paulet, andusiensis apud occitanos

Joannes franciscus jacobus Roussille de chanseru Carnutaeus
Ludovicus Carolus henricus Marquart, Remus
Bernardus franciscus Maria bosquillon ambianensis
Jacobus franciscus Devilliers sanMaximilianus picto
Carolus Ludovicus varnier parisinus
Theobaldus Mizon sacro Caesareus apud bituricenses
Carolus jacobus saillant parisinus
Henricus joannes Bajet parisinus
Josephus Cotton Gratianopolitanus
Joannes franciscus achilles Delalouette parisinus
Ludovicus Desbois de Rochefort parisinus
Antonius chaumont sabbatier parisinus
felix vicq Dazir valonaeus apud Constantienses
Thomas Letenneur Gavaereus Constantiensis
Joannes jacobus Delaporte parisinus
Joannes Carolus Debrotonne Lauduneensis
Joannes Baptista guenelin Constantiensis
Joannes Matthaeus Defrasne Bisuntinensis apud sequanos
Alphonsus vincentius Ludovicus antonius LeRoi Rothomagaeus
Joannes Baptista baigneres parisinus
Claudius franciscus Duchanoy sequanus
Deodatus jeanroy tullensis
Maria zorobabel Munier parisinus
Augustinus thouret Lexoviensis
Henricus alexander tessier Carnutensis
Joannes thauraux Claromontanus
Joannes Renatus sigault Divionaeus
Christophorus Dejussieu Lugdunaeus
Joannes Natalis halle parisinus Non Regens
Michael franciscus Delaplanche parisinus
Bernardus joachimus Bourdois De la Motte senonensis
Stephanus claudius nicolaus Mavier Catalaunensis
franciscus Doublet Carnutaeus
franciscus Nicolaus simonet parisinus
joannes baptista Claudius jeannet Deslongrois, arcyanus trecensis
Augustinus Roussel de vauzesme altissiodorensis
Joannes jacobus Le Roux Destillets parisiensis
Ludovicus Carolus Hallot lingonensis
Joannes franciscus Marinier Nivernensis
joannes Baptista Josephus thery, atrebatensis

Carolus Ludovicus, Maria, Gabriel Dupré Stenacaeus
Antonius Mathey aeduus
Antonius franciscus de fourcroy parisinus, non Regens
Claudius Ludovicus Bertholet E loco talloires
Stephanus Crochet Cluniacaeus
paulus augustinus olivarius Mahon de houssay Carnutaeus
petrus lasservolle Ex agro petrocoriensi
Henricus herculis champagne Dufresnay Catalaunus
Joannes Grozieux dela Guerenne Bituricensis, non Regens
Nicolaus chambon de Montaux lingonensis, non regens
Jacobus Devenzel, Cameracensis
Joannes Nicolaus Corvisart Desmarets Remensis
Antonius josephus victor Lhdovini Lancour, Mondsiderianus
petrus puso parisinus
Nicolaus franciscus Laverne Catalaunus
Renatus Louiche Desfontaines Rhedonensis
philippus petit-Radel parisinus
Ludovicus Cyprianus Demontaigu trecensis
Stephanus fouignet depellegue Diocesis vasatensis, Licentiatus

Die vigesima Mensis novembris praeside M. Le begue Depresle propugnata fuit thesis, Cujus Erat positio talis.

An alvi Diuturno fluori vomitus

Baccalaurei M. Rose de l'Epinoy probata sunt Responsa

Die vigesima septima novembris, praeside M. Coste ventillata fuit talis quaestio

Suntne Diuretica hidropis remedia?

Baccalaurei M. Bourdier Delamouliere probata sunt Responsa

Die quarta Decembris, praeside M. Mauduit Delavarenne talis fuit proposita quaestio

An dysinteriis anodina

Baccalaurei M. Geraud accepta sunt responsa.

Die Decima octava Decembris praeside M. Duhaume propugnata fuit sequens propositio

An disinteriae hipecacuanha

Baccalaurei M. Demours probata sunt Responsa

Die Decima nona februarii anni 1784 praeside M. Roussin de Montabourg, ventillata fuit sequens quaestio

An Cancri Curatio remediis attenuantibus tentanda

Baccalaurei M. Gille, probata sunt Responsa

Die vigesima quarta februarii praeside M. Mallet, talis fuit proposita quaestio

An Ex negato veneris usu, Morbi

Baccalaurei M. Desmarescaux Responsa probata sunt

Theses Medico chirurgicae

Die vigesima sexta mensis februarii, anni 1784 propugnata fuit thesis, praeside M.° thomas dougle cujus haec fuit positio An post gravem ab ictu violento, vel casu, capitis contusionem etiam mediocriter suspecta cranii fractura vel scissura, cutis una cum pericranio, ad os usque incidenda
Baccalaurei M.i Rose de l'Epinoy probata sunt responsa.
Die vero secunda Martii, praeside M.° fumee fuit talis thesis quaestio
an fracto cranio semper admovenda terebra
Baccalaurei M.° Desmarescaux, admissa sunt responsa
Die quarta ejusdem mensis Martii, praeside M.° Robert, talis fuit agitata quaestio
an Leucophlegmatiae, leves scarificationes.
Baccalaurei M.i Demours accepta sunt Responsa
Die decima sexta ejusdem Mensis Martii, praeside M.° Leys fuit sequens discussa quaestio
an solito frequentius, hepatis abscessus incidendi
Baccalaurei M.i Boudier de la Moutiere probata sunt responsa
Die decima octava ejusdem Mensis praeside M.° Descemet talis fuit thesis positio
an in abscessu Mediastini celebranda sterni terebratio
Baccalaurei M.i Geraud probata sunt responsa
Die vigesima tertia ejusdem Mensis praeside M. Danié Despatureaux talis fuit agitata quaestio
an amputationis prima curatio, ab emollientibus? instituenda
Baccalaureus validas apud facultatem dedit rationes M. Gille
Die vigesima octava ejusdem Mensis Martii, praeside M.° Baget vices gerens M.i Vachier Morbo detenti. fuit autem sequens quaestio
Etiam simplicia pulmonum vulnera acie facta, solis diaeta ac venae sectione curantur
Baccalaurei M.i Sucos probata sunt Responsa.

Obitus Doctorum

Die sabbati vigesima octava Mensis februarii anni 1784 hora nona matutina celebratum sacrum solemne in sacello facultatis pro requie animae M.i Josephi Macquer, decessi die decima octava ejusdem mensis et anni. Nunc in terrâ sacra Sti Laurentii jacet
Die sabbati quinta Mensis junii 1784 more solito vocati Doctores in facultatis sacellum, interfuere sacro solemni quo M.° paschasio Borie parentaverunt, defunctus est die vigesima prima Maii. Illius corpus sacrae terrae fuit commissum in basilicâ Eustachiana

Die autem decima ejusdem mensis junii, sacro solemni parentavit facultas saluberrima, collegae nostro M. Carolo Ludovico gabriello, Dupré, filio, morte praematura erepto. Corpus depositum est in basilicâ sti. saverini
Die decima tertia mensis augusti, moritur, M. joannes franciscus clemens Morand. Exequiae ejusdem habitae sunt die decima quarta; tandem die vigesima octava sacrum pro ejus animâ in sacello facultatis celebratum est. Corpus depositum in terra sti sulpitii
Die vigesima tertia octobris saluberrima facultas parentavit sacro solemni, Mo. francisco Bernard subitanea morte correpto die undecima ejusdem mensis. Cineres jacent in basilica sti Mederici
Die tandem vigesima quarta octobris e vivis ereptus est M. petrus abrahamus pajon de Moncets. Die vero sabbati sexta mensis novembris, sacrum solemne celebratum est in facultatis sacello pro requie illiûs animae
sepultus est in ecclesia sti Mederici. --

orationes publicae

Anno Domini 1783 Die vero Dominica vigesima tertia mensis novembris, horâ post Meridiem quinta, M franciscus Doublet, Doctor Regens, in senatu patronus, scholarum professor pro inaugurationis solemnitate scholarum publicâ oratione dixit
De necessario Medicinae cum jurisprudentiâ commercio, et quomodo ad illud commercium aptior fiat Medicus.
Die autem trigesimâ mensis novembris 1783, M. joannes jacobus, Le Roux Destillets, chirurgiae gallico idiomate professor, publicâ oratione probavit
De la necessité de l'union entre les Medecins et les chirurgiens, et de l'avantage qui en resulte.

Demonstrationes anatomicae
opera chirurgica
operationes galenico chimicae
In amphitheatro facultatis celebratae

Die decimâ novembris anni 1783, M. petit-Radel, cursum suum anatomicum, annuente facultate, inauguravit, oratione de anatome generatim, in scholarum amphitheatro.
Die Lunae octava Mensis Martii anni 1784, M. joannes Baptista langlois, scholarum professor, corporis humani partium, structuram, et usus, super humano cadavere philiatros docuit. partes oculis subjecit M. Claudius andraeas goubelly Doctor regens --

Die vigesima secunda Ejusdem mensis Martii et sequentibus diebus M. Maximilianus josephus Leys chirurgiae professor, operationes chirurgicas Exposuit, et in virili Cadavere perfecit M. Claudius andreas Goubelly Doctor Regens.

Die vigesima sexta aprilis Cursus anatomicus M. Duchanoy de re obstetricia pro Matronis institutus, ob ipsomet celebratus est partes oculis subministrante.

Die octava junii Cursus opthalmologicus à M. Demours filio Baccalaureo Emerito, suscipitur, in amphitheatro facultatis annuente saluberrimo ordine.

Die vero Decima quarta Ejusdem mensis junii. M. Claudius franciscus Duchanoy lectiones suas incepit de arte obstetricandi in gratiam Matronarum

Die autem secunda Mensis augusti incipit in facultatis amphitheatro Cursus pharmaceuticus à M. Duhaume pharmaciae professore, habendus. Encheireses Exercente D. petro Lebel pharmacopaeo parisiensi peritissimo

Tandem Die Decima nona octobris, M. Le Roux des tillets gallicae idiomatis professore coepit Cursum chirurgicum in gratiam tyronum, partibus subjectis ante oculos a M°. Goubelly, nec non ab eo perfectis operationibus chirurgicis

Acta et Comitia facultatis

per juramentum
Convocantur Doctores Medici omnes in scholas superiores die Mercurii vigesima sexta mensis novembris anni 1783 hora Decima Matutina 1° Deputatos de Electricitate medica Dicentes, 2° M. hallot Collegam nostrum dicentem audituri et postea Deliberaturi.

Datum parisiis die sabbati vigesima secunda ejusdem mensis et anni. stephanus pourfour Dupetit Decanus.

his in Comitiis saluberrima facultas decrevit ex Majori suffragiorum numero: 1° observationes factas a quibusdam Ejus Gremio doctoribus, et typis Mandatas inconsulta facultate pro nihilo reputandas esse, nec non improbanda Comitia publica, habita in antiquo R. R. pp Coelestinorum Conventu Die vigesima hujus mensis ad praedicandum D. Le Bru Cognominati Comus, medium tentatorium, quo Contendit Debellare Morbos Epilepticos, aliosque Ejusmodi Generis. 2°. ut satisfaciat pro posse Epistolae ab illustrissimo amelot ipsi facultati Missae, appellavit viginti Doctores, decem ex majori ordine, totidem ex Minori ordine, quos invitavit ad regenda, dirigenda, et perpendenda quaecumque pericula in futurum facta fuerint, ut deinde, de suis observationibus more solito, Coram Doctoribus legitime ad hoc vocatis referant

ut suum possit ferre judicium saluberrimus ordo. 3° cum postulante regni administratore, observantiae gratiâ, saluberrimus ordo annuisset ut supradictus Lebru, cognominatus Comus, physici titulum sub authoritate et regimine facultatis gerere, hunc titulum ipsi conservat, nec tamen concedit quin prius ipse, se sistat coram facultate, ut decreti lati, et publicae securitati accomodati, audiat lectionem, et suas deinde litteras accipiat, quibus obtemperare tenetur. 4° statutum est à saluberrima facultate, nihil ab ipso probandum esse nisi prius probatum fuerit, à suis deputatis qui muneribus tantum suis fungi incipient, ubi prius praesenti decreto D. Lebru cognominatus Comus satisfecerit. Et sic conclusit Decanus M. pourfour Dupetit

Subsignaverunt decretum M. Millin, Lezurier, Gardane baigneres, Le Roi, Le Roux des tillets, et pujo.

M. hallot proposuit facultati, ut nullus renunciaretur baccalaureus nisi adstrictus sacramento, se nec societati Regiae, nec aliis quibuslibet academiis, nisi ex consensu facultatis, nomen daturum. De circa illam petitionem, collectis adstantium sententiis, statutum est, rem immaturam esse, proindeque ad alia comitia mittendam. His in comitiis actum fuit etiam de reclamatione recentiorum doctorum Regentium, sportulam expostulantium, in actu Regentiae MM thauraux, qui tempore et loco gradum regentiae non assumpserat. Benignè auditâ petitione, annuit sal. ordo. Decretum subsignatum cum Decano, à MM Millin, bacher, gardane, Le Roi.

Die vero prima mensis Decembris facultas per juramentum convocata, schedula his verbis expressâ

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die lunae prima mensis Decembris anni 1783 post sacrum. 1° De rebus ad Electricitatem Medicam ultimis in comitiis praecedentibus decretis. 2° De errore circa deputatorum nominationem praecavendo

Datum parisiis die jovis vigesima septima ejusdem mensis et anni. Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Ex longè majori suffragiorum numero statutum est 1° ut irrita habeantur, quidquid in re Electricâ, contra statuta facultatis decretum fuerat. 2° Deputatos de Electricitate Medicâ coram facultate esse citandos. 3° Deputationem amplissimo regni administro D. Debreteuil faciendam annuit ordo saluberrimus Et sic conclusit Decanus; Decretum cum Decano subsignatum a MM. Sallin, Lepreux, bacher, Sigault.

De altera convocationis parte, nihil statutum est, quia nullus visus est deliberandi locus;

Die Martis secunda Decembris iterum convocata fuit facultas modo sequenti per Juramentum

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, die Martis secunda mensis Decembris anni 1783. M. Sigault.

Collegam nostrum, de litteris nominationis DD Ledru concedendis dicentem, et de aliis rebus decanum dicentem auditari et postea deliberaturi
his in Comitiis, audito Collega meritissimo, Mo. sigault unanimi Consensu statutum est, standum esse decreto die prima Ejusdem mensis et anni lato
Die decima quinta decembris in prima Mensi, M. paulet Doctor regens, petiit a facultate deputatos examinatores manu scripti, de fungis cognoscendis. appellati MM. guettard, darcet thierry, desessart, hallot, simonet.
Eadem die legit Epistolam decanus, ab urbanae politiae praefecto ad facultatem scriptam, Cujus hic est tenor

paris le 13 decembre 1783
Mr. Le baron de Breteuil, ma chargé Monsieur, de vous temoigner par Ecrit, ce quil vous a dit lui meme ce matin a son audience. Lintention du Roi, est qu'il n'y ait aucune assemblée de la faculté, au sujet de ce qui s'est passé touchant l'Electricité administrée par les sieurs Ledru, dits Comus, a des malades attaqués d'Epilepsie, folie, et maux de nerfs, que le ministre de sa majesté, n'ait Eté voir l'Etablissement provisoire tenu dans une partie de la maison des Celestins, avec l'autorisation du gouvernement. je vous prie de rendre Compte a Mr Le Baron de Breteuil, ou de me Mettre a portée de l'informer de l'Execution des intentions de sa Majesté.
Je suis avec une parfaite Considération, Monsieur, votre tres humble et tres obeissant serviteur. Le Noir

per juramentum
Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores Die veneris proxima decima nona Mensis decembris anni 1783 hora decima Matutina, Epistolae ab illustrissimo D. M de Breteuil, Regni administratore ad decanum scriptae Lectionem audituri et postea deliberaturi
Datum parisiis die Martis decima sexta Ejusdem mensis et anni
Stephanus pourfour Dupetit decanus.

paris le 12 decembre 1783
Sur le Compte que j'ai rendu au Roi, Monsieur, du traitement que j'ai vu administrer dans la Maison des Celestins aux Malades attaqués, d'Epilepsie, de Catalepsie, et autres maladies nerveuses, par l'Electricité, et de l'utilité de ce traitement attesté par les malades meme, ainsi que de ce qui a Eté arretté par la faculté de Medecine le 20 septembre 1783, suivant les intentions de sa majesté Contenues en la lettre que M amelot vous a adressé, le 31 aout ~~precedent~~. sa Majesté persuadée que la faculté de Medecine ne peut s'ecarter des vües de sagesse qui ont dicté son decret du 20 septembre 1783, ny oublier un seul instant son amour pour le bien

public, et son zele pour le soulagement des malheureux, me charge de vous faire savoir que son intention expresse, est que le decret du 20 septembre soit execute, a l'exception neanmoins du nombre des Commissaires que sa Majeste entend etre limite a douze, savoir six des Docteurs qui depuis dix huit mois ont volontairement suivi le traitement electrique administre par les sieurs Le Dru pere et fils, qui sont les sieurs Cosnier Maloet, Darcet, philip, desessarts et paulet, et six autres aussi Docteurs de la faculte quelle nomera suivant ses usages, trois de l'ordre des anciens du Catalogue et trois de l'ordre des jeunes. Ces douze Docteurs inspecteronts dirigeront par leurs Conseils le traitement electrique administre par les sieurs Le Dru pere et fils visiteront separement et Conjointement le plus souvent possible les malades qui auront Recours, a ce traitement, s'assureront de leur Etat, avant, pendant, et apres le traitement, et adresseront tous les trois mois le rapport qu'ils feront a la faculte, Laquelle prononcera de ce quelle aura juge le plus utile aux malades, et son jugement sera presente a sa Majeste pour etre rendu public s'il y a lieu.

Je suis tres parfaitement Monsieur votre tres humble serviteur. Le Baron De Breteuil —

Hac in Deliberationem missa, in hanc fuit sententia facultas, octo Doctores appellandos esse, qui cum Decano, Regni ministrum D. De breteuil adeant, cum libello memoriali ab iis confecto et Coram facultate lecto, ad Explanandas difficultates quibus implicatur negotium de re Electrica. Ad Confectionem appellavit MM. thierry, sallin, Millin, Bourru, Mallet nollau, hallot, Doublet. Decretum cum Decano subsignatum a MM, Gentil, Mallet, hallot, Laverne.

Die vero Lunae vigesima secunda, per juramentum convocata Libelli Memorialis, illustrissimo DD. De breteuil, offerendi lectionem audituri

Sic se habet

A Monseigneur Le baron de breteuil Ministre et secretaire d'Etat.

Monseigneur

La faculte ne scait qu'obeir lorsqu'elle connoit l'intention expresse de sa Majeste, Mais elle pense qu'elle ne repondroit pas a la confiance dont le souverain l'honore en ce moment, si elle se reduisoit a une obeissance aveugle, puisque, suivant les Expressions memes de la lettre que vous lui avez adressee, elle n'est appellee dans l'affaire de l'Electricite que pour Eclairer le Gouvernement

Il est Donc du devoir de la faculte de ne pas se Croire l'instrument passif de la volonte du Roi, et de mettre en Exercice, toute son

activité, et la sagesse des précautions dictées par ses Loix pour que les vües bienfaisantes du Gouvernement ne soient pas trompées Elles le seroient infailliblement, Monseigneur, si la faculté dans une affaire aussi importante, n'avoit pas droit de s'assurer de la conduitte des Commissaires qu'elle a nommés

Le Roi a demandé a la faculté, Monseigneur, des Commissaires pour suivre l'application de l'Electricité, la diriger et en rendre Compte avec Exactitude et impartialité. Qu'a fait la faculté au moment ou elle a reçu la lettre de Monsieur amelot alors Secrétaire d'Etat au Département de paris. apres avoir pris Connoissance de cette lettre dans une assemblée particulière dite du prima Mensis, elle a Convoqué une assemblée ad hoc ou s'est Empressée de remplir les intentions de sa Majesté En nommant vingt Commissaires parmi lesquels ont été Compris les sept Docteurs qui volontairement et sans mission, avoient suivi précédemment, les Experiences du sieur Ledru

La faculté ferma les yeux, sur ce que présentoit d'irrégulier meme de répréhensible, la Marche qu'on avoit tenu avant qu'elle fut saisie de l'affaire; Elle ne voulut voir que le bien qui pourroit resulter d'un zele qui n'avoit pas Eclairé la prudence Mais l'Enthousiasme qui Commencoit a Gagner, détermina la faculté a former un Comité nombreux, dans l'intention de moderer les impulsions, que les passions humaines sont toujours pretes a donner

Dans la meme assemblée il fut question de donner suivant le voeu du Roi le titre de plusieurs de la faculté aux sieurs Ledru. Cette nomination souffrit des difficultés; il y Eut plusieurs reclamations. une seule suffisoit aux termes de nos statuts pour Empecher que le titre ne fut accordé. L'affaire de l'Electricité Etoit assez interessante pour qu'elle fut traitée dans trois assemblées., Mais ce n'est qu'a la troisieme que les objets discutés, dans les deux autres pouvoient recevoir sanction et force de loi

Dans la seconde assemblée qui fut tenue a ce sujet, Le choix des Commissaires fut Confirmé, ce qui Concernoit le titre accordé aux sieurs Ledru, souffrit Encore de nouvelles oppositions

Les nouveaux Commissaires pleins de zele pour remplir l'objet dont ils Etoient chargés, demandoient avec instance une reunion pour Concerter un plan raisonné, de travail dont les differentes parties seroient Ensuitte partagées Entre les differents membres Leurs demandes furent Eludées a plusieurs reprises. Enfin on les assembla aux Celestins, Le travail Consista a se faire lire le rapport des Docteurs qui avoient Commencé a suivre le traitement, a se faire représenter les Malades dont il Etoit question dans ce rapport, a prendre les dépositions des malades a les signer. En observant toutefois que cette signature ne pouvoit garantir, ni les dépositions ni les Cures alleguées

dont plusieurs paruvent incertaines au plus grand nombre de Commissaires. C'est cependant le travail a peine Ebauché que lancien des Commissaires M. Cosnier, presente huit jours apres au public Comme une suite d'observations faites avec soin. Mr Cosnier n'avoit donné aucune Communication de son memoire aux treize nouveaux Commissaires, il lavoue lui meme par une lettre inserée dans le journal de paris. parmi les six autres Commissaires dont il invoque le temoignage, Mr Lepreux a reclamé et MM. Maloet, Darcet philip, paulet, sont convenus en pleine faculté qu'ils n'avoient eu Connoissance ny du projet de lassemblée, ny des memoires qui devoient y Etre lus, et cette meme assemblée tenue a linscu de Mr Le Doyen de la faculté et de dix huit des autres Commissaires, fut cependant Convoquée en leur nom. Nous ne nous permettrons pas Monseigneur de qualifier cette Conduite, que la necessité de vous instruire nous force a vous devoiler.

Enfin la faculté a tenu sa troisieme assemblée dans laquelle est intervenu le Decret, ayant force de loi. Le Decret porte que les Commissaires nommés dans les deux autres assemblées seront confirmés, mais que leurs fonctions seront suspendues, jusqu'a ce que les sept premiers Commissaires ayent rendu Compte de l'irregularité de leur marche, qu'au surplus tout ce qui a Eté fait contre les Statuts de la faculté demeureroit nul et de toute nullité. Il fut arreté en outre Monseigneur, qu'on vous feroit une deputation solemnelle pour vous presenter avec la plus grande Exactitude tous les details de cette affaire.

La faculté, Monseigneur ayant Cru devoir respecter les premiers moments, ou la france vous felicitoit et se felicitoit elle meme de vous voir Elevé a la place que vous occupez. Nous avons Eté prevenus par votre lettre qui nous annonce que lintention du Roi est que nous ayons a nous Conformer au decret du vingt Septembre, a l'Exception seulement de ce qui Concerne les nouveaux commissaires qu'il faut reduire a six pour joindre a six des premiers.

La faculté, Monseigneur, renouvelle entre vos mains, le voeu qu'elle a formé d'inspecter et de diriger le traitement Electrique. Elle vous proteste du zele de chacun de ses membres. Nous vous avons Exposé notre Conduite, Monseigneur, vous Connoissez les loix qui nous gouvernent, nous vous prions d'observer que la faculté a rempli son devoir En se Conformant aux intentions du Roi, par la nomination des Commissaires. Mais que d'apres les motifs qu'elle vient d'avoir l'honneur de vous representer, Elle pense qu'il importe a la chose publique, que son Comité reste aussi nombreux, d'ailleurs aucuns des Docteurs qu'elle a nommés n'a merité qu'on leur retirat le titre de Commissaire qu'elle leur a donné

Enfin qu'en n'accordant pas aux sieurs Le Dru celui de ses phisiciens

Elle ne fait qu'obeir a ses statuts qu'elle tient du Roi lui meme
et user d'une liberte, a laquelle sa majeste n'a pas voulu donner la
moindre atteinte puisqu'elle ne lui a pas ordonné, mais qu'elle la
seulement authorisé a donner aux sieurs Le Dru un titre contre
lequel reclame le plus grand nombre de ses membres
Vous etes accoutumé Monseigneur, a manier les ressorts
compliqués des grandes puissances de l'Europe, et l'art de les accorder
vous est connu, vous pacifierez aisement une compagnie de
savants, qui au reste ne s'agite que pour le bien general
Ex longe majori suffragiorum numero facultas libellum illust:
D.D. Debreteuil regni administro offerendum decrevit, et sic
conclusit Decanus cum Deputatis facultatis MM Mallet bourru

Baget, Defraine

anno 1784 Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, die
Martis decima tertia mensis januarii 1784 hora decima
matutina. 1o baccalaureorum exercitationibus chirurgicis
tentandorum examinatores electuri. 2o Collegam M sigault
dicentem audituri et postea deliberaturi. 3o Illustrissimi
D. de breteuil regni administri Epistolae ad Decanum scriptae
lectionem audituri.

Datum parisiis die sabbati decima ejusdem mensis
et anni

Sors examinatores sors appellavit, MM Coutavoz Mathey
Dufresnoi et Mizon
M. sigault participem fecit saluberrimum ordinem de prava
et inaudita agendi ratione cujusdam chirurgi dicti Darboval
qui communem apud aegrum rixam et jurgia contra se
moverat
facultas decrevit unanimi consensu has non observandas esse
iniquitates
Lecta deinde fuit Epistola D. Debreteuil, quae sic se habet

A versailles le 27 Xbre 1783

Le compte que j'ai rendu au Roi, Monsieur, du traitement
Electrique, administré depuis plus d'un an par les Srs Le Dru
en presence de plusieurs Medecins de la faculte, et les delais
qui ont ete apportés a la nomination des six autres Docteurs
commissaires de la faculte, ont determiné sa Majeste a
nommer MM. Porie, thierry, Morisot Deslandes Solier de la
Romillais, bertholet et de la planche pour conjointement avec
MM Cosnier, Maloet, Darcet, philip, desessarts, paulet
executer ses intentions suffisament expliquées par la lettre
que je vous ai ecrite de sa part le douze de ce mois. vous
voudrez bien en consequence ne donner aucune suite aux
assemblées de la faculte pour cette nomination, sa majeste
m'ayant chargé de faire connoitre ses ordres aux douze
Medecins qu'elle a jugé a propos de commettre

Je suis parfaitement Monsieur votre tres
humble et tres obeissant serviteur.

Le baron de Breteuil.

Auditis adstantium sententiis, unanimi Consensu statutum est, Ex regis jussu et voto, a negotio Electrico per Dictos Lebru suscepto, prorsus esse abstinendum. Et sic Conclusit Decanus. subsignaverunt MM Lepreux, Desbois, thauraux, Defrasne.

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, Die sabbati vigesima quarta Mensis januarii anni 1784 post sacrum, hora decima Matutina 1o Candidatorum Examinatores Electuri, 2o testimonialium litterarum a Candidatis afferendarum Examinatores Nominaturi

Datum parisiis, Die sabbati Decima septima Ejusdem Mensis et anni Stephanus pourfour Dupetit Decanus.

Cum stadium baccalaureatus Medici, Mox aperiendum esset opportunum visum est facultati Eligendi Examinatores qui votum facultatis adimplerent. primo sorte Ducti ad Electionem MM. Morand, pajon, Bourru, baget, laverne Examinatores Electi MM gentil, Dumangin nollan baigueres Crochet, Mahon. sors rejecit MM gentil et baigueres. Quoad litteras in Examinatores appellati MM. Millin, desbois Defrasne, thauraux Dufrenay, Corvisart.

Die vero septima Mensis februarii et sequentibus Examinati sunt baccalaurei de rebus chirurgicis, quorum responsa probata sunt in Comitiis legitime more solito vocatis Die sabbati decima tertia ejusdem Mensis, ut sequitur,

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, die sabbati decima tertia mensis februarii anni 1784, hora decima post sacrum 1o Clarissimos Examinatores de baccalaureis qui operationes chirurgicas propriis Manibus in virili Cadavere Executi sunt referentes, audituri, suumque judicium per scrutinium laturi. 2o Concurrentium supplicationem audituri et postea deliberaturi. 3o, Chirurgiae gallico Idiomate professorem simul et in Comitiis prima mensis dictis scribam, in locum clarissimi Desesparts, Collegae nostri, munus utrumque abnuentis Electuri

Datum parisiis Die Mercurii undecima ejusdem mensis et anni

Lecta Epistola M. Desesparts, successor in priori, selectus est M. Crochet; in posteriori vero M. sallin nominatus. Decretum chirographo munierunt MM. Morand, Millin.

Stantibus Comitiis, accedit solus M. pinel pro Concursu, qui quamvis unicus admittitur

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores Die sabbati vigesima octava mensis februarii anni 1784 hora decima Matutina, post sacrum, 1o Clarissimorum Doctorum qui ad Examinandas Concurrentium litteras deputati sunt relationem audituri, 2o Candidatorum supplicationem audituri et postea Deliberaturi

Datum parisiis die jovis vigesima sexta Ejusdem mensis et anni.
Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Expositio judicii Doctorum Regentium qui à saluberrima facultate praepositi fuere ad Examinandas litteras testimoniales D philippi pinel pro Concursu Medico anni 1784

ut olim apud athenienses, nullus erat ad gloriae templum aditus, nisi per virtutis aedes; sic Etiam apud vos Decane vigil. viri Medicinae proceres; nulla est Cujuslibet Candidati a illud sanitatis sacrarium admissio, quin prius pura Mente, semper processerit, suamq. probaverit honestatem litteris testimonialibus. Hasce litteras a Concurrente vestro Domino philippo pinel nobis oblatas pro nostrae provinciae munere, quam diligenter tam attente legimus, et recognovimus, nihilq: in illis a nobis observatum fuit Etiamsi scrupulosis disquiratibus, quod Cum votis nostris, Cum expectatione vestra, ipsiusque proposito non recte Congruat

Et vero natus est ille, non novus athleta, in parochia Stae andreae Dalayrac E Dioecesi Castrunae, die vigesima aprilis anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo quinto ... E sacro baptismi fonte susceptus in Eadem parochia die secunda vigesima ejusdem mensis et anni ... Renuntiatus Doctor Medicus in aula Cancellariae tolosanae Die vigesima secunda mensis Decembris anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo tertio. Tandem, vir prudens et honestus vir recte et sapienter, se gerens per chirographum agnitus a Clarissimis Collegis nostris Magistris Doublet, Mathey, Corvisart, ita omnes requisitas a salub: facultate Conditiones adimplevisse, nobis visus est, ut fieri non posit quin a vobis judicibus integerrimis, non benigne ad hunc praesentem medicinae Concursum statim admittatur, quod quidem, nos bona fide testari juvat.

Ne vero nos aliquis in nostro munere vel incuriae vel levitatis insimulare posit, Errorem quemdam silentio praetermittere non debemus; quem in ipsiusmet litteris Doctoralibus observavimus, in quibus scilicet suam dicitur originem ducere Ex loco (st paul) dicto sito in Dioecesi vaurensi; Dum scripta ipsius baptismi testificatione Constat, hunc natum esse, et sacris fontibus ablutum In parochia sti. andreae Dalayrac ex Dioecesi Castrunae uti supra diximus. sed levis hic Error pro nihilo habendus est; siquidem legalem Emendationem receperit instrumento publico jurisque formulis Congruenti, quod attente legimus parisiis die 6a Martii anni 1784. subsignaverunt MM. Millin Desbois, Defrasne, Thaurau Corvisart Dufresnay

Juxta Decretum latum die vigesima quarta Mensis januarii anni 1778

Clarissimi Concurrentes ad praemium ex liberalitate M. joannis De Diest Doctoris Medici parisiensis institutum, obtinendum Doctrinae suae periculum facient per sex dies. prima de anatomia, Cadaver humanum propriis secantes manibus partium figuram, textum, positionem et connexiones demonstrantes secunda, de higieine, tertia de Chirurgia morbos evolvent quorum Medela manus industriam requirit, varias celebrabunt Enkeireses, remediorum externorum, fasciarum, vinculorum et totius apparatus Chirurgici, usus et applicationes exponent nec non disserent de arte obstetricia. Quarta de Materia Medica, pharmacia atque chemia. Quinta de pathologia generali et particulari, de morborum signis therapeutice et diaeta. Sexta autem die quaestiones Medicae, de objectis per quinque dies priores agitatis ab Examinatoribus seligentur et ita distribuentur ut ad sortem revocatae, unicuique concurrenti duae, sed de objectis diversis illico Commentandae proponantur. lectis autem eadem die Concurrentium operibus interse mutuis interrogationibus dimicabunt

Itaque

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die sabbati sexta mensis Martii anni 1784 et diebus Dominica lunae, Martis, Mercurii et veneris proximè sequentibus à quarta ipsissima ad sextam, interfuturi Examini Candidati Concurrentis

Datum parisiis die jovis quarta ejusdem Mensis et anni

jus suffragii iis Conceditur tantum qui per tres dies Examini adfuerint.

Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores, die sabbati decima tertia Mensis Martii anni 1784 hora decima Matutina post sacrum, Clarissimorum deputatorum de Concurrentis Examine relationem audituri, suumque per scrutinium laturi judicium

Datum parisiis die Mercurii decima ejusdem mensis et anni... Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Decane vigilantissime, viri Medici. unius Concurrentis ferme quadragenarius, Dominus pinel, duobus jam abhinc annis notus, doctrinae suae periculum facturus sese vobis obtulit. non adeò tum judicamus, ut si fuisset valentior alter ipsum laurea Concursus donare licuisset. fuitne in intervallo Ejus doctrinae argumentum? non nostrum est. sed nunc parum firmum, non facile in primis inter baccalaureos Collocandum dijudicavimus. in anatomia enim ipsi Curta supellex, in phisiologia Major, nec tamen insignis. in Chirurgia neque theoria praestans, neque Manu peritus in chimicis rebus parum, in Materia Medica et pharmacia Magis versatus. sed plurima desideranda. Quod vero causas signa, Curationem morborum, satis pathologia quâdam generali, instructus ut quaestiones quascumque ad hanc peculiarem pathologiam revocans et responsa varia accomodans

in perpetuo Circulo volvi, visus fuerit.
Nobis sanè V. B. V. M. p ingratum est offerre vobis, his oppressum notis virum, forsan, laboribus, moribus et piâ voluntate Commendandum. Et vero novae et durae ipsi difficultates fuerunt superandae. solus enim Contra omnes, nec quies in responsis nec allevatio ab alterius impari responso. Non Cum athletis, sed Cum ipsâ doctrinâ luctandum fuit. quis autem non Doctrinae impar. his in angustiis spes superat, fore ut in Enucleandis et Evolvendis quaestionibus manu Exaradis, placidâ mente et sui Compos, uberiores artis divitias depromeret, Methodum et perspicuitatem quae in dicendo defuerant, ostenderet. Spem Eheu! fefellit nec minus in scribendo quam in dicendo, levis armaturae Miles. Itaque, viri Medici, quod ad nos attinet, nisi detur indulgentiae locus; Dominum pinel, vobis vix fas est offerre admittendum.
Cum M^o. Dumangin supra dictam relationem subsignaverunt Examinatores alii. MM Mollan, Crochet, Mahon. Decano M stephano pourfour dupetit Consentiente ——————
Denique omnes praesentes Doctores de Doctrinâ M pinel judicium suum tulerunt per scrutinium; inde Manifestum est fere Consensu unanimi Dictum M pinel, non esse Dignum praemiis Diaetae. Cum omnibus Conclusit Decanus Stephanus pourfour Dupetit Decanus
Die decimâ quinta in prima Mensi, fit lectio à decano Epistolae D. abbatis Defontenay, diarium suum vulgo journal de france, offerentis bibliothecae facultatis. Cum grati animi sensu accipit facultas

per juramentum
Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die sabbati vigesimâ septimâ mensis Martii anni 1784 horâ decimâ matutinâ post rem sacram 1° Deputatorum qui a facultate fuerunt praepositi Examinandis Candidatorum litteris relationem audituri 2° supremi senatûs Consulti, facultati per accensum denunciati de Examine novo â bernardo felice Bouriat, pictavo, Doctore Medico Monspeliensi, Coram facultatis Doctoribus tentando lectionem audituri et postea Deliberaturi
Datum parisiis die Mercurii vigesima quarta Ejusdem Mensis et anni Stephanus pourfour dupetit Decanus.
Modo sequenti Examinatores litterarum verba fecerunt.
Ille semper fuit salubessimae facultatis animus, illud semper votum, vigilantissime Decane, viri Medicinae proceres, ut quisquis medicinae Curriculum, a vobis praecellentibus Magistris Calcatum feliciter, ac Emensum ingreditur, ita vestigiis vestris, omnes vestras, tum ingenii, tum animi dotes referendo insistat, ut quod a vobis recepit, Medicina, decus ab illis laudabiliter sustineatur et Crescat. hâc ipsâ ratione solemni quâdam, ac sacratissima lege, tam sapienter â majoribus nostris

instituta; quam a vobis observata semper religiosissime, a Candidatis vestris, qui in hunc praestantissimum Cooptari Cupiunt ordinem, non Candidam vestem, ut olim apud romanos, expostulatis, sed Candidos mores, Eruditionem, scientiam, honestamque requiritis institutionem quae quidem omnia ita litteris testimonialibus, Comprobentur oportet, ut in aliquod discrimen venire non possit, illorum Cooptatio

Hasce litteras testimoniales, nobis obtulere quinque discipuli qui pro licentiae Cursu, vos nuperrime supplicaverunt, scilicet

MM. franciscus henricus theodorus Cozette parisinus
franciscus gaspardus Videron valentinus
Bernardus Nicolaus pluvinet parisinus
franciscus joannes Majou Laemovicensis
claudius Bartholomaeus Le Clerc parisinus.

His omnibus litteris rite et attente pro munere nostro recognitis quidquid in illis probandum aut redarguendum sit, hic palam et bona fide nunc Exponere nostrum est.
ut ita fieri possitis oculatissimi disceptatores quam semper fuistis judices integerrimi.

Franciscus henricus theodorus Cozette parisinus, filius Domini Cozette pharmacopolae parisiensis peritissimi et apud suos Collegas Commendatissimi. Natus est die decima quarta mensis octobris anno domini Millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo; sacro baptismate initiatus est Eadem die in parochia Sti Benedicti. hinc annum aetatis suae vigesimum septimum percurrit. In scholis nostris per quatuor annos fuit alumnus et litteras testimoniales de studiis suis in quinque partibus Medicinae, a quinque professoribus tunc legentibus subsignatas parvoque facultatis sigillo Munitas nobis attulit. Renunciatus est artium Magister in praeclara universitate parisiensi die vigesima sexta mensis februarii hujusce anni millesimi septingentesimi octogesimi quarti. Eandem hunc religionem Catholicam, apostolicam et Romanam profiteri, bonisque moribus esse praeditum testati sunt clarissimi Collegae nostri MM Jumelin, Mollan, Dufrenay. unde omnibus requisitis a saluberrima facultate Conditionibus, hunc Laudabiliter satisfecisse sponte vidimus et lubenter profitemur.

franciscus gaspardus Videron ortum habuit in urbe valentinensi die undecima mensis decembris anno Domini Millesimo ~~sept~~ septingentesimo quinquagesimo octavo; ac proinde nunc annum aetatis suae vigesimum sextum agit. post undecim tantum dies id est vigesima secunda ejusdem mensis decembris, sacris fontibus oblatus est in parochia Sti apollinaris Ejusdem urbis valentinensis. ut Doctor Medicus, pileum accepit in alma universitate valentina in delphinatu die vigesima octava mensis februarii anno Domini Millesimo septingentesimo octogesimo secundo. De suis optimis moribus, et honesta institutione locupletissimos habet testes clarissimos Collegas nostros Magistros philip, Mallet Majault, Mollan et Goubelly. Quid sit de incerto quodam rumore et de integritate vestra timere potest, quisquis horum Doctorum suffragiis munitur, et apud vos accedit.

Bernardus Nicolaus pluvinet parisinus, natus est die quarta
Mensis martii, anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo
primo, et baptisatus est die sequenti in parochia Sti jacobi De
Macello. Annum aetatis suae vigesimum tertium nuperrime
Complevit. Doctoratus Gradum accepit in universitate Medica
Monspeliensi Die septima mensis januarii anno Domini Millesimo
septingentesimo octogesimo secundo. De ipsius honesta agendi ratione
ingeniique Moribus testimonium praebuere Clarissimi Collegae
nostri, Magistri Nizon, hallot et thery. non dubitamus igitur
quin à vobis jamdudum acceptus, Etsi nondum maturus, nunc
benigniori vultu Excipiatur, solidioris Doctrinae periculum facturus.

franciscus joannes Majou, viginti novem annos natus
ortum habuit in urbe brivensi apud lemovices die vigesima
quinta mensis Decembris anno Domini Millesimo septingentesimo
quinquagesimo quinto. sacris immersus est fontibus die sequenti
in parochia Sti. Martini ejusdem urbis. Nobis litteras Exhibuit
quibus Constat, hunc Doctorem Medicum renunciatum fuisse
in praeclara facultate Medicâ Monspeliensi, die octava mensis
augusti anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo
sexto... sed nullam hactenus nobis Exhibuit schedulam a
Collegis nostris subsignatam, qua, Ex statutorum mente, de
recta illius vivendi norma, Constare possit. haec incuria
Difficultatem parit, quae Etiamsi levis sit, attamen solvenda
necessario priusquam Ex Minori Cathedra solitum principium
Dicat.

Claudius Bartholomaeus Le Clerc parisinus, Clarissimi Collegae
nostri Domini Le Clerc, filius. Natus est die Decima sexta mensis
novembris anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo
secundo, et baptismatis sacramentum Eadem die Recepit in
parochia Sti. Gervasii. hinc Constat quod non adhuc annum
aetatis suae vigesimum secundum attigerit. Gradum Magisterii
adeptus est in praeclara facultate artium parisiensi die decima
nona Mensis januarii anno Domini Millesimo septingentesimo
octogesimo quarto. Mores et honestam ipsius institutionem
Confirmant Clarissimi Collegae nostri Magistri petit, Maigret
Et Lepreux. Nullas nobis Exhibuit litteras testimoniales
de suis Medicinae studiis, sed filius est Doctoris, filius facultati
charissimus, filius a juventute sic informatus, ut ipse particeps
Doctrinae, Eruditionis, Sagacitatis, Scientiae, probitatis, virtutumque
omnium quibus tam juste, meritoque Commendatur ipsius
pater dilectissimus. Non omni tantum favore, sed Etiam
omni plausu Excipiendus sit, felix Enim surculus qui sanis
defixus est radicibus, brevi Crescit tempore, Mox fructus ~~qui~~
uberrimos et praetiosissimos Daturus
subsignaverunt M Millin, Defrasne, Mollau, thauraux
Dufresnay, Corvisart.
Re in Deliberationem missa relative ad Magistrum Majou
statutum est Eum non admittendum esse Donec litteras testimoniales
requisitas, afferat
Aliis Dies Dicitur ad Examen propugnandum.

His in Comitiis, semper tenax M. Bouriat, participem fecit facultatem arresti novi per accessum significati, de altero Examine coram facultate iterum tentando.

Re attente perpensa, fuit in ea sententia facultas, patronos in Consilium appellandos de hoc negotio. Decretum cum Decano subsignaverunt, Le Clerc, Dumangin

Stantibus Comitiis fit Denunciatio libelli a Mro. Mittie Confecti de morbis venereis tractantis. Ad Examen appellantur Deputati MM. Guettard, Le Clerc, Morand, Laverne, Thauraux Montaigu qui de hac re coram facultate referant.

Doctor Sapientissime

Monitum te velim 10 Candidatos suae Doctrinae periculum esse facturos Coram facultate diebus lunae Martis, Mercurii proximis hujusce mensis et anni, ab hora prima pomeridiana; Die vero veneris sequenti legendas esse in aphorismum Commentationes a quarta pomeridiana ad sextam et semis usque. 2o jus suffragii Et Emolumenti pro more antiquo ad Eos solos doctores Regentes pertinere, qui ter audient Candidatos respondentes

Datum parisiis Die sabbati vigesima septima mensis Martii anni 1784 Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die sabbati tertia mensis aprilis anni 1784 hora decima matutina post sacrum, clarissimorum virorum qui Candidatos Examinarunt relationem audituri et suum postea judicium per scrutinium laturi

Datum parisiis die Mercurii trigesima prima mensis Martii 1784 Stephanus pourfour Dupetit

Sic Coram facultate allocuti sunt Examinatores.

Vix fuerat Concursus vigilantissime Decane, viri Medicinae proceres, nec permiserat appollo, sibi sacram Defraudari vel minima fronde arborem quam temeraria Manu Carpere tentaverat athleta unicus non felici Lucta paratus. Deterruit ne generosum chorum. tristis pugnae fama, aut potius intra templi sacraria divi Civilis Belli longus rumor? fas ita sit Candeque frigido impii factum reponant. utut sit, pauci admodum vestem induere Candidam ausi sunt sed alacres, se se vobis offerunt laurea Coronandi. Esses hujusce scholae alumnos in alma universitate nostra praeclaris artibus instructos ingenio et Doctrina praepollentes salutare possumus

Hos inter, viri Medici primus Eminet, Domestico Cultu bene politus patriisque lucens radiis Dominus Le Clerc, spes dulcis, non haetenus per longos annos defuturum nobis optimum patrem. hinc ingenio Doctrina, Eloquio, non impar aemulatur Dominus Cozette, Elegantia in scribendo distinctus ipsos prope pede sequitur aequali Doctrina clarus in dicendo Minus facilis Dominus pluvinet. tribus hisce quod faustum, felixq: illis fuit, ab ortu per totius tenerae vitae Decursum propitii adfuerunt Dii hujus urbis facile omnium scientiarum principis

Stantem in recessu, fronte modesta et voce submissa ut Extraneos Decet Dominum Dideron vobis praesentamus, quem in rebus Medicis bene versatum univoce profitemur, et in scribendo facilem ac nitidum

quamvis mala timiditate larvatus, aliquoties vivâ voce impeditus visus fuerit
hos itaque quatuor viri Medici quod ad nos attinet unanimi consensu omnes admittendos esse existimamus.

Datum parisiis 3a idus aprilis 1784

pourfour dupetit decanus, dumangin, nollan

Crochet, Mahon

Aperto deinde scrutinio inde manifestum est eos omnes quatuor esse admissos ad baccalaureatus gradum accipiendos in scholis inferioribus dummodo eos esse adstrictos conditionibus sequentibus chirographo suo constiterit

Nos infra scripti juramus et sub sacramenti fide promittimus quod si licentiae cursum forte deseramus, medici parisiensis nomen minime usurpabimus, neque alio titulo utemur nisi titulo baccalaurei facultatis medicinae parisiensis. subsignavimusq: in scholis superioribus facultatis medicinae parisiensis die tertia mensis aprilis anni 1784: Cozette, Le Clerc, pluvinet, videron

Quo peracto descenderunt in scholas inferiores, ubi audito cujuslibet principio, baccalaurei renunciati sunt praesente facultate

Eadem die manu mittuntur baccalaurei veterani supplicante nomine collegarum, M. Desmarescaux, promittitur eos ad practicum examen esse admittendos, solutis solvendis.

Die prima junii, in primâ mensi, M. Levacher de lafeutrie rogat saluberrimum ordinem, ut non nulli deputentur e gremio suo, ad chimicè indagandum fontem mineralem quemdam situm in loco vaupereux entre bievre et igny. facultas petitioni annuit deputatq: M.M. Desessart, Duhaume, Darcet, bourru solier, bertholet, secundum expostulantis votum.

Eadem die decanus offert facultati pictam effigiem M. Guillelmi de farcy, annis 1700 et 1701 facultatis decani, cujus numisma non fuit percussum.

Convocentur doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati decima nona mensis junii anni 1784 horâ decima matutinâ post sacrum 1o examinatores baccalaureorum de materie medica electuri, 2o decanum de rebus ad comitia publica pertinentibus dicentem, 3o libelli memorialis ab amplissimo Rectore ad decanum missi lectionem audituri et postea deliberaturi

Datum parisiis die Martis decima quinta ejusdem mensis et anni stephanus pourfour dupetit decanus

Electores sorte ducti fuerunt M.M. Gentil, Coutavoz, Dumangin, jeannet, hallot, qui quinque, in examinatores proposuerunt M.M. Le Clerc, baget, desbois, simonnet, lapervolle, corvisart. sors non favit M.M. Desbois et simonnet

praeterea verba fecit decanus de comitiis publicis habendis. facultas ad illud negotium appellavit M. Leclerc, gentil, desbois lavirne, thauraux, crochet

Insuper facta fuit lectio libelli memorialis ab amplissimo Rectore ad decanum missi, in quo agitur de collegiis publicis

sub jure academiae, in remotis lutetiae locis constituendis.
postulaturq: de hac re facultatis sententia. Nominantur qui
rem perpendant, scilicet M. gentil, pajon, lezurier, coutavoz
Millin. Decretum cum Decano subsignaverunt MM. lezurier
nollau, Defrasne

per juramentum
Convocentur Doctores Medici omnes, in scholas superiores die
mercurii vigesima tertia mensis junii anni 1784 hora decima
Matutina. 1o Epistolae a facultate medica nannetensi de Doctore
medico petit-Radel nannetis, jam versante illico ad Decanum
Missae, tum facultatis ejusdem rogationis de ea, quam de Magnetismo
foveat facultas medica parisiensis, sententia, lectionem audituri
2o de irregulari plurium doctorum agendi ratione, in praxi
medica clarissimum collegam nostrum millin de la courvault dicentem
audituri et postea deliberaturi.

Datum parisiis die sabbati decima nona ejusdem mensis
et anni. Stephanus pourfour dupetit Decanus

Heis in comitiis, accepit facultas oblationem paginarum periodicarum
vulgo Gazette de santé, facultati per Epistolam D. Duplain bibliopolae
missam, nomine novorum ejus authorum, quorum nondum
cognoscerentur nomina.
Audita lectione Epistolae facultatis Medicae nannetensis et
petitione M. Millin. Censuit facultas, Rem adhuc immaturam
esse, nihil inconsulto, nihil praecipitanter, in tali momenti negotio
esse perpendendum. Digniorem esse medicorum ordini, Moderatam
expectationem, sapientius, utilius, honestiusque sibi, tunc demum
agendum esse, ubi per deputatorum a rege virorum observationes
quid reale, quid fictitium in Doctrina tali sit habendum, clare
innotuerit
Die vigesima quinta, ad Examen appellantur bursarii Medici
Collegii ludovici Magni, Numero quatuor, scilicet M. vacherot
corisopitaeus, M. gringoire Rothomagaeus, Michel, Rothomagensis
M. Rigolot Bisuntinensis.
Examinatores cum Decano fuerunt Mell. Doublet, langlois
duhaume, Leys, hallot, facultatis professores. Ex auditis constat
M. gringoire perfecte ignarum linguae latinae. M. Rigolot ante
Examinis Diem, fugit, erupit, evasit. quod spectat ad MM. Michel
et vacherot, Milites levis armaturae se se ostenderunt.

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die
Lunae vigesima octava mensis junii anni 1784, et diebus Martis
Mercurii et veneris ejusdem hebdomadae, novos baccalaureos de
omni Materia Medicinali interrogandos audituri et, si libuerit
interrogaturi, ab hora quarta ad sextam

Datum parisiis die jovis vigesima quarta mensis
junii ejusdem anni. Stephanus pourfour dupetit
Decanus

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die
sabbati tertia mensis julii anni 1784 hora decima Matutina
1o clarissimorum virorum qui novos baccalaureos de omni Materia

Medicinali Examinaverunt, relationem audituri suumque postea judicium de iis per scrutinium laturi. 2o Emeritorum Baccalaureorum de praxi medica tentandorum Examinatores Electuri. 3o Clarissimorum Deputatorum de libello memoriali ab amplissimo Rectore misso, relationem audituri et postea Deliberaturi

Datum parisiis die Lunae vigesima octava Ejusdem Mensis et anni

Stephanus pourfour Dupetit Decanus.

Sic se habet relatio Examinatorum.

Quos in institutionibus Medicis sufficienter versatos, non ita pridem renunciavistis, Decane vigil: viri Medici. Baccalaurei vestri in periculo Doctrinae suae circa Materiem Medicam universam, mox facto, Conceptam de se spem non fefellerunt. Immensus profecto disserendi Campus: praelibatis hujusce disciplinae prolegomenis, si non omnes substantias medicamentosas perlustravimus, saltem notatu digniores et Majoris efficaciae leviter attigimus. De historia naturali, Medicamentorum agendi modo, viribus, Dosi, et Cautelis, in administratione requisitis diximus Nec nimis faciles, nec nimis rigorosae fuerunt interrogationes nostrae. Baccalaurei in responsis, non divagantes, ut plurimum non balbutientes, interrogatis, Modeste satisfecerunt omnes. attamen indicamus sincere, quod Res est, quatuor respondentibus non est aequalis Cognitionum suppellex; non est Eadem pariter in dicendo facundia. Quapropter illos, duas in Classes distribuendos aequum et necessarium Duximus, tum ut unicuique reddatur suum jus, tum ut in posteris, honesta futura sit Certatio. In priori Classe nominabimus Magistros Corette, Le Clerc et pluvinet. super Erit in posteriori Magister Diveron qui licet a Comilitonibus aliquo distet intervallo, non rudis non novus hospes in arte nostra habendus, non imperitiae tabe notandus unde Cum assiduo labori, indefessoque studio per licentiarum Cursum strenue incumbentem, Medicinae faciendae aliquando non fore imparem Conjicere licet. Itaque responsa quae illi quatuor Dederunt baccalaurei in Examine de Materia medica Rata et grata habenda esse opinamur

Referebamus Coram facultate die tertia julii anni 1784

pourfour Dupetit, Decanus... Leclerc, Desessartz, Baget

Lasservolle. Corvisart.

Singuli adstantes Doctores Comprobaverunt, more solito, relationem Examinatorum de Materia Medicinali

postea sorte ducti sunt Electores MM. Macmahon, millin Bourru, Dumangin, Dufresnay ad Eligendos Examinatores Emeritorum baccalaureorum in praxi medica tentandorum. Sors Designavit inter propositos, MM. Morizot, duhaume Le tenneur, thauraux

Iisdem in Comitiis Clarissimorum deputatorum de libello Memoriali ab amplissimo rectore. Audita relatione

Decrevit facultas supersedendum esse. Ea Enim in petitione agebatur de Collegiis Extra pontes instituendis.

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die lunae Duodecima mensis julii anni 1784 hora decima matutina de scholis Medicorum via Dicta De la Bucherie cito Citius fulciendis Decanum Dicentem audituri et postea deliberaturi

Datum parisiis die sabbati Decima Ejusdem mensis et anni. Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Dixit Decanus, veteres scholas via dicta De la Bucherie, Ruinam Minari, Ex relatione, Expertorum in Ea Materia Examinatorum. Statuit facultas, cito Citius fulciendas, ex impensis D. pankouke Bibliopolae, qui onus Maximum in illis Deposuerat. Decretum Cum decano chirographo Munierunt MM. De Laurenberg, laverne thauraux, Dumangin

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die lunae vigesima sexta mensis julii anni 1784 hora decima Matutina 26 Juillet
1o clarissimum Collegam nostrum M. Millin de la Courvault, in gratiam D. Gerard Baccalaurei Emeriti. 2o Epistolae a facultate Medica nannetensi, de rebus gravissimi Momenti ad Decanum missae, tum facultatis ejusdem rogationis, lectionem audituri et postea deliberaturi

Datum parisiis die veneris vigesima tertia Ejusdem mensis et anni. Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Quaesivit a facultate, M. Millin, ut ad meliorem fortunam M. Gerard, baccalaureum Emeritum, acciperet. Collectis sententiis doctorum praesentium, Constat Eum tantum admittendum solutis solvendis. Decretum subsignatum a Decano, Millin, Contavoz Baget

Relative ad Epistolam facultatis nannetensis, in Ea agebatur de Duobus licentiatis scilicet MM. Blin et Laenec qui litem intenderant facultati, quae occubuit apud judices rhedonenses. facultas illa praeterea postulat opem facultatis parisiensis et intercessionem apud regiorum sigillorum Custodem. Cui petitioni annuit saluberrimus ordo et rem Committit Commissariis ad id appellatis, scilicet MM Morand, Millin, Lezurier, Mizou Defrasne, Ea Conditione ut adeant apud patronos facultatis quibus Cum agant et Coram facultate referant.

Die Eadem et sequentibus admissi sunt baccalaurei Emeriti ad Examen practicum ut Constat schedula More solito Conscripta

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die trigesima prima mensis julii anni 1784 hora Decima Matutina
1o Clarissimorum Deputatorum qui baccalaureos Emeritos de praxi Medica publico Examine tentaverunt, relationem audituri et suum postea judicium per scrutinium laturi
2o Bursarum partitionem Definituri
3o clarissimos deputatos de lite Nannetensi dicentes audituri et postea Deliberaturi

Datum parisiis Die vigesima octava Ejusdem mensis et anni. Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Sic alloquuti sunt Clarissimi Candidatorum Examinatores . . . -
ultimus ad quem universae artis appolinaris cognitio collimat
venerande decane viri medici praestantissimi, scopus ille sane est
ut mortalium salus, sarta, tectaque conservetur
verum quam immensum illud sit, totum quod medicina
complectitur; ii norunt soli qui medecinam rationalem sectantur
empiricam perosi.
si igitur magnetismus animalis tantopere decantatus foret
quid aliud, quam nuda, atque sine re, vox, si non fallit, aut
saltem non fallitur, qui eam artem, quam longam dixerat
hippocrates, fecit ipse compendiosiorem, ita ut sexdecim lectiones
ejus assequendae et complectendae doctrinae sufficiant, si
magnetismus, mille morborum speciebus, subvenire posse
et cuilibet individuo eandem competere medicinam, verum
sit, spreta eximia artis iatricae lege, qua clinico jubetur
bene dividere, ut variis indicationibus providendo, bene curet
oh! nos insanos fateri necessum est, qui medicinae hipocraticae
vindices et asseclae, per totum vitae nostrae curriculum labore
improbo comparare satagimus. Ne quid temere, ne quid
intempestive, ne quid naturae contrarium in morborum curatione
moveamus! quam damnandi praeceptores qui juniores athletas
in palaestra medica per biennium et ultra, tot examinibus
tot, certaminibus, torquemus iniqui!
verum enim vero non diu pergent in his conviciis, nostrae
disciplinae osores, et quos vanus delusit error, cito citius doctorum
virorum luce praeeunte, tot hominis figmenta, tot videnda
portenta, quibus tamen novi artificii tota stat fortuna
fugabuntur, explosa atque repudiata: et quem aura popularis
taumaturgum dixit, brevi ejusdem aurae popularis vento
ut fieri solet ludibrium erit; dum mirabile illud medicinae
dogmaticae aedificium, cujus firmam basim posuit hipocrates
et quod per vigenti saecula, auxerunt omnium fere gentium
sublimioris ingenii viri; manebit inconcussum
Nos ergo animose ex saluberrimae facultatis mente atque jussu
pulcherrimas quantum in nobis fuit, medicinae dogmaticae, de
praxi, quaestiones, baccalaureis emeritis proposuimus, atque ex
eorum responsis, judicare libuit eos verae et genuinae medicinae
non defuturos, imo sperare nos juvat aliquid de suo adjecturos
Inter eos autem sublimis eminet M. Desmarescaux facile
caeterorum princeps, portentosa rerum medicarum doctrina
nulli aequiparandus.
sequuntur tres alii, maximo quidem, sed minori quam
eorum fert aetas intervallo; Bourdier, Demours, Losse de l'Epinoy
claris sine ambage, responsis commendandi
Agmen claudunt aequatis quasi frontibus, et eo quo nominamus

ordine, Ducos, Gerand, et Gille, Magno quidem artis salutiferae
proventu divites, quas tamen ventura aetas et tempus perficient.
Dulce Erit laboris nostri praemium, venerande Decane, viri Medici
si benè Excipere nondedignamini, novos athletas, quorum ne unus
quidem in hâcce arenâ, ingloriosè decertavit, si demum in argumentum
favoris, responsa Eorum omnium probet ordo saluberrimus. Dixi
pourfour Dupetit Decanus, Morisot deslandes Grosjean duhaume
Le tenneur, thauraux.
Deinde facta est bursarum partitio.
Insuper Dixerunt deputati ad negotium facultatis nannetensis
litem Eandem esse, ac anno 1740 in qua judicium contradictorium
fuerat obtentum. Ea in praesenti Circumstantiâ, offerendum Regi
Libellum supplicem, et cum constiterit Eum benigne fuisse acceptum
tunc coram judicibus officium conferendum, in gratiam facultatis
nannetensis
praeterea facultati offeruntur opera ab ipsomet authore M. Retz
scilicet ... precis d'observations sur les maladies qui regnent tous les
ans a rochefort
Meteorologie appliquée a la Medecine, a lagriculture
Traité d'un nouveau higrometre comparable
Cum grati animi sensu accipit facultas
Aliud Etiam opus offertur â M. thouret, cui titulus, Doutes
sur le Magnetisme
Ex longe majori suffragiorum numero, facultas rejicit opus
oblatum â M. thouret, ut pote filio ingrato, et multas ob
rationes ab omnibus notas Doctoribus
Decretum subsignatum cum Decano, â MM. Millin
Mollan, Desfrasne.
Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores, die
mercurii quarta mensis augusti, anni 1784 hora Decima
Matutinâ 1° Clarissimos deputatos de negotio universitatis circa
collegiorum quorumdam translationem dicentes. 2° Decanum
Epistolae ab amplissimo Rectore, missae lectionem auditurI et postea
deliberaturi
Datum parisiis die trigesima prima Ejusdem Mensis
et anni; stephanus pourfour Dupetit Decanus.
His in Comitiis iterum agitur de commodo et incommodo translatis
collegiorum Extra pontes. Quam libenter omnis ordo adhaeret
conclusioni sapienter deductae â Deputatis in gratiam translationis
Insuper facta fuit lectio Epistolae ab amplissimo Rectore
ad facultatem missae. In Ea Enim agebatur de collegio Dicto
Stæ Barbe, concedendo Regi pro summa annua solvenda. annuit
facultas, dummodo cautelae tali in circumstantiâ serventur
et ita ut nullum universitatis rebus detrimentum accidat
et peragatur negotium juxta universitatis leges et laudabiles
consuetudines ...

per juramentum
Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores die Martis vigesima quarta mensis augusti anni 1784 hora Decima matutina 1o Clarissimos Collegas nostros MM. Majault, sallin, darcet, guillotin, ad Examen magnetismi animalis, A Rege, deputatos dicentes audituri. 2o de postulatione à D. Borie pro jubilaeo obtinendo facta, Decanum dicentem audituri et postea deliberaturi

Datum parisiis Die sabbati vigesima prima Ejusdem Mensis et anni pourfour Dupetit Decanus.

Illi Deputati, liberum et integrum obsequium Coram facultate, offerunt. Benigne Dictos Collegas Excipit ordo universus suamque, re plane innotescente, de Magnetismo animali sententiam Consignat Decreto, quod utroque statim idiomate Expressum typis Mandandum jubet singulisq: tum Magistratibus tum Doctoribus viritim esse distribuendum; Cujus relationis hic tenor

Extractum E Commentariis saluberrimae facultatis parisiensis —

saluberrima facultas legitime Convocata die 24 augusti anni 1784 juxta schedulam ab apparitoribus ad singulos Doctores Regentes Delatam; postquam audivit relationem Clarissimorum Collegarum MM. Majault, sallin, darcet, guillotin, à Rege nominatorum, de Magnetismo animali Examinando. 1o unanimi Consensu et summo Cum plausu, horum laudat labores industriam, et aliis viris E Regia scientiarum academia, Doctis DD. franklin, Le Roi, Bailly, de Borie, Lavoisier, pro suorum Doctorum voto, à Rege pariter nominatis, Contextam simul et subsignatam amplectitur, eo lubentiori animo, quod Eam Eleganter et fortiter Explicet, Doctrinam quam semper, haud eadem methodo quae apud Complures, sub non minus falso quam ridiculo Magnetismi animalis nomine, Celebrari atque Exerceri Coeperat fovit, Docuit, praedicavit ordo saluberrimus

Et sic Conclusi pourfour Dupetit Decanus.

subsignaverunt MM. Le Clerc, Maloet, Grepin, Duhaume, Desessarts, Dumangin, Mathey

Ex Decreto facultatis, typis Mandetur, pourfour Dupetit Decanus.

Iisdem in Comitiis, Nonnulli Doctores, Dicunt penuriam esse baccalaureorum, Medicorum, proindeque aperiendum esse jubilaeum in gratiam Nepotis M. Borie postulantis. votis annuit saluberrimus ordo

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores Die jovis vigesima sexta mensis augusti anni 1784 hora decima Matutina, interfuturi sacro solemni ex transactione M. pourfour Dupetit, nunc Decano, pro Rege, Regno et universitate parisiensi Celebrando

Datum parisiis die sabbati vigesima prima Ejusdem mensis Et anni .. pourfour Dupetit Decanus.

More solito fuit Celebrata haec Missa.

per juramentum

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die sabbati vigesimâ octava mensis augusti anni 1784 horâ decimâ Matutinâ juxtâ Decretum die vigesimâ tertia mensis junii Ejusdem anni latum, De irregulari plurium Doctorum agendi ratione in praxi medicâ, Eorum scilicet qui magnetismum ut aiunt practitant, Decanum Dicentem audituri et pro secundâ vice Deliberaturi.

Datum parisiis die Martis vigesima quarta Ejusdem mensis et anni. pourfour Dupetit Decanus

pro secundâ vice, audivit Decretum latum die vigesimâ tertia junii Existimavitq: illam Doctrinam insidiantem hominum sanitati Moribus ac honestati quae Medicum Decet repugnare. voluitne nullus è suis, hoc artificii genere Commacularetur. Appellatis ideo, quot quot è suis virorum sic practitantium aedes frequentarant Quaesivit inquam, scripto deponerent, se Magnetismi fautores scriptis et praxi, nullatenus futuros. Illi fere omnes, Exceptis paucissimis subsignaverunt. Moerens sensit alma parens poenam à Contumacibus, si ulli subsisterint, sibi fore Exigendam.

Haec est series Magnetismum practitantium, facta à M. Dumangin.

Thierry de Bussy, thomas donglée, Mittie, Deslon Lassise, varnier, Chanseru, sabbatier, delaporte, baigneres halle Bourdois de la motte, Le Roux des tillets, Mahon Dufrenay Delaguerenne, devenzel, petit Radel, Coquereau.

sequens fuit totiùs ordinis sententia primo ut nullus doctor, neque scriptis neque praxi, animalis Magnetismi, ut aiunt, fautorem sese Declaret, indicta Expunctionis poenâ. 2° renunciationem Coram facultate Lubenter oblatam et liberè factam à Doctoribus MM. Lasise, baigneres Mahon Le Roux des tillets, Chamseru, Dufrenay, petit-Radel, Excipiendam esse. 3° Coram facultate Etiam Citandos esse, tum supradictos tum et alios denominatos in praesentibus Comitiis absentes scilicet MM thomas donglée, Mittie, Deslon, varnier, sabbatier Delaporte, thierry de bussy, Coquereau, halle, bourdois de la motte, La guerenne, Devenzel, ut de illis pro tertia vice deliberaretur. sic Cum Decano Decretum subsignaverunt MM gentil, Millin, Mollan Mizon.

Convocentur Doctores Medici omnes Cappati Die Dominica vigesima nona mensis augusti anni 1784 hora post Meridiem tertia in aulam Exteriorem illustrissimi parisiensis archiepiscopi, Comitatum praebituri Decano, Baccalaureos Emeritos offerenti Meritissimo Ecclesiae parisiensis et academiae Cancellario..

Datum parisiis Die sabbati vigesima prima Ejusdem mensis et anni..

In aulâ archiepiscopali, hic solemnis ritus fuit celebratus. Concionem primo habuit elegantem vigilantissimus Decanus tum ad Cancellarium et alios adstantes canonicos, tum ad alios Doctores et viros celeberrimos. Cui etiam respondit Cancellarius

Saluberrima facultas invitatur a pharmacopaeis, ad theriacae confectionem peragendam, diebus decima tertia et vigesima septima septembris. facta fuit inauguratio, oratiuncula, eleganti à Domino Duhamme pharmaciae professore.

per juramentum
Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die sabbati quarta mensis septembris anni 1784 hora decima matutina; juxta decretum die vigesima octava mensis augusti ejusdem anni latum, de irregulari plurium Doctorum agendi ratione, in praxi medica, eorum scilicet qui magnetismum ut aiunt animalem praestitant, Decanum dicentem audituri et pro tertia vice deliberaturi

Datum parisiis die Mercurii prima mensis septembris.

Stephanus pourfour Dupetit Decanus.

Iteratur denunciatio a Magistro Dumangin, eorum qui jam appellati die 28 mensis proxime elapsi à praesentibus confirmatur abnegatio Magnetismi, scilicet ab iis qui jam denegaverant die dicta 28 augusti.

unanimi consensu, statuit facultas, M. Deslon juxta decretum latum die vigesima mensis augusti 1782 ex albo Doctorum Regentium in perpetuum expungendum esse.

secundo decrevit etiam unanimi consensu M. thomas donglée, varnier, Delaporte, Regentiae honoribus et emolumentis orbandos esse, donec saluberrimae facultatis decreto die 28 mensis augusti 1784 adhaeserint.

tertio censuit longe ex majori suffragiorum numero M. M. Lafisse licet decreto supra dicto chirographo suo adhaeserit ita tamen in toto magnetismi ut aiunt animali negotio ita se gessisse, ut Regentiae honoribus et emolumentis sit privandus per sex dies

Quarto unanimi consensu saluberrimus ordo in ea fuit sententiâ decretum latum die 28 mensis augusti 1784 cum adhaesione M. M. Mitte, Baigneres, Le Roux Destillets grozieux de la guerenne, petit Radel, typis impressum, singulisque Doctoribus esse tribuendum.

Quinto tandem statuit quàm primùm à vigili Decano, M. Sabbatier, ex urbe absenti, esse mittendum decretum, ut illi adhaereat et chirographo muniat, ut deinde facultas de illius agendi ratione et normâ deliberare possit

facta deinde fuit lectio Epistolae à Domino varnier ad Decanum Missae, facultati Medicae Minantem, de qua non Deliberatur

Cum Decano subsignaverunt Decretum MM Maigret Dumangin, baget, Millin.

Convocantur Doctores Medici omnes in scholas inferiores Die Dominicâ quinta Mensis Septembris anni 1784 hora post meridiem tertiâ, publicis paranimphi actionibus interfuturi

Datum parisiis die lunae trigesima mensis augusti 1784. Stephanus pourfour Dupetit Decanus

His in Comitiis publicis versa fuit M Bourdier de la Moulière Die vero sexta ejusdem Mensis, Comparentes in aulâ archiepiscopali Baccalaurei omnes, per Dei Gratiam licentiae gradum et benedictionem apostolicam receperunt Manu Domini Chevreuil Ecclesiae parisiensis et academiae Cancellarii.

Suffragiis Doctorum in urnâ Missis, et Computatis, sequens ordo licentiandorum Descriptus est, Cujus Exemplar unum a Cancellario subsignatum in Manu Decani traditum est, alterum vero a decano chirographo munitum, Meritissimo Cancellario Redditum est

ordo Licentiandorum in saluberrimâ facultate parisiensi

A Antonius placidus franciscus josephus Desmarescaux.
B.. josephus franciscus Bourdier de la Moulière.
C.. joannes Baptista Rosé de L'Epinoy
D.. Antonius petrus Demours
E.. joannes jacobus Hieronimus Ducos
F.. joannes Josephus Gille
G.. Matthaeus Geraud

primo a licentiatis scilicet M Desmarescaux, proposuit Cancellarius, ut mentem suam aperiret, de imperio solis et lunae in Corpus humanum

Deinde licentiati omnes procedentes in Ecclesiam parisiensem una Cum Cancellario et Decano, ibique manum altari imponentes S.S. Martyrum Dionisii ac Sociorum, juraverunt se religionem Catholicam et apostolicam, romanamque usque ad effusionem sanguinis esse tuituros.

Supplicant licentiati pro vesperiis et Doctoratu, cui petitioni annuit ordo saluberrimus, salvo jure Cujuslibet

Per juramentum

Convocentur doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati decima mensis septembris anni 1784 hora decima Matutina post sacrum, de decreto die sabbati quarta Ejusdem mensis lato, de iis Eodem decreto pro prima vice judicatis, qui Magnetismum ut aiunt animalem praetitant, decanum dicentem audituri et pro secunda vice deliberaturi

Datum parisiis die Mercurii decima quinta Ejusdem mensis et anni.

Stephanus pourfour dupetit decanus

Quamvis de hac re jam plurima lata fuerint decreta, ne laevissima praecipitantiae umbra facultati improbaretur voluit rem inchoatam tantum esse die quarta Ejusdem mensis et confirmandam duobus sequentibus decretis ab omnibus doctoribus ad hoc legitime convocatis. porro hac die pro secunda vice statuit M. deslon in perpetuum esse expungendum

Subsignaverunt MM. Gentil pajon, hallot simonet, thauraux

Relative ad M. varnier, dela porte thomas douglee, esse standum decreto eos spectanti.

Tandem statutum est unanimi consensu doctores denunciatos in decreto lato die 28 augusti 1784, typis impresso, singulis doctoribus esse distribuendum munitum chirographo suo, scilicet MM. Mittie, lasipe, baigneres, le Roux des tillets Grozieux de la guerenne, petit Radel. Cum decano subsignaverunt MM. Gentil, pajon thauraux, simonet, hallot

Convocentur doctores Medici omnes in scholas superiores die sabbati secunda Mensis octobris anni 1784 hora decima Matutina post sacrum, candidatorum supplicationem audituri et postea deliberaturi

Datum parisiis die ultima mensis septembris ejusdem anni... Stephanus pourfour dupetit decanus

Deputati appellati ad Examinandam compositionem cujusdam Cosmetici D. sevin, coram facultate referunt, scilicet MM. pajon, nollau, millin, simonet. judicium deputatorum in gratiam authoris, fuit confirmatum.

Deinde supplicat solus philibertus Borie, illius litterae Committuntur deputatis doctoribus ad illud implendum negotium.

Non Multis Elapsis diebus, M. beauvais depreaux adit decanum et litterarum deputatos, supplicat ut de suis litteris et de Ejus petitione, coram facultate referant, loco Et tempore opportuno.

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die Lunae undecima mensis octobris anni 1784 hora Decima matutina 1° Clarissimos Examinatores de novi Candidati litteris testimonialibus referentes. Secundo Epistolae à dilectissimo Clarissimi nostri Collegae Magistri Adet filio ad Decanum scriptae, quâ pro praeterito Concursu in ipsius gratiam iterum aperiendo, saluberrimum ordinem supplicare ambit, lectionem. Tertio Clarissimorum Deputatorum de Negotio Nannetensi, relationem audituri et postea deliberaturi

Datum parisiis die jovis septima ejusdem mensis et anni

Stephanus pourfour Dupetit Decanus.

Sic se habet Oratio litterarum, Examinatorum.

Ut sustineatur semper constans ac vegeta scholarum vestrarum dignitas, quae nunc baccalaureorum vestrorum paucitate laborat aliquatenus, vigil. Decane, viri Medici. Nihil in praesenti Convenientius à vobis fieri posse Existimavistis, quàm si quadam peculiari indulgentiâ, licitum à statutis nostris jubilaeum Concedendo, Decurrenti licentiae, nova seges adderetur.

Qui se se offert illa seges, non Certè Luxuriosa, siquidem ex Duobus tantummodo Componitur Candidatis, quorum alter omni vestra benignitate et indulgentiâ dignus est, ut nepos Clarissimi nostri Collegae D. Borie, quem ex sinu facultatis, mors improvisa nuperrimè sustulit. Alter vero, vir Clarus, Eruditus et in arte Medicâ, jam à pluribus annis Exercitatissimus. Eo Commendabilior nobis visus est, quò Majora sint illius in saluberrimam facultatem et in vos omnes, studium, reverentia, et obsequium

Utriusque litteras testimoniales recognovimus, de Quibus ad vos referre nostrum est, ut de Eorum ad licentiam admissione statuere possitis, judices integerrimi

primus de quo Diximus, philibertus Borie, natus Lainonensis Castri, in provincia Arvernensi, die secunda septembris anni millesimi septingentesimi quinquagesimi septimi. Baptisatus est postridie in parochia ejusdem urbis, sancto romano Dicta: hinc annum aetatis suae vigesimum septimum nunc percurrit

In scholis nostris per quatuor annos fuit alumnus et litteras testimoniales de studiis suis, in quinque Medicinae partibus à variis professoribus tunc legentibus subsignatas, parvoque facultatis sigillo munitas, nobis obtulit

Renunciatus est artium Magister in praeclarâ facultate parisiensi die secunda mensis augusti anni millesimi septingentesimi septuagesimi septimi

Eundem hunc omni Morum integritate esse instructum, sunt testati, Magistri Bouvart, Maloet et Mathey

Secundus de quo Mentionem fecimus, Carolus Nicolaus

Beauvais Despreaux, natus aureliae die primâ augusti anni Millesimi septingentesimi quadragesimi quinti; sacris immersus est fontibus die secunda ejusdem mensis, in parochia sanctae Catharinae ejusdem urbis; annum proinde aetatis suae trigesimum nonum nuperrime complevit

Magister artium in facultate bituricensi renunciatus die nona decembris anni millesimi septingentesimi septuagesimi tertii

Doctor Medicus in eadem universitate promulgatus die vigesimâ Maii, anni millesimi septingentesimi septuagesimi quarti

Censor Regius ab anno millesimo septingentesimo octogesimo secundo

Tandem collegii regii Medicorum Nanceianorum, necnon academiae scientiarum artium et litterarum divionensi a relatione, socius. Ingenuis Moribus, honestaque vitae institutione praeditus et ornatus; quod ipse testatus sum, cum Magistris nollan, et Boudier

Utrumque igitur virii Medici ad baccalaureatus Examen pro jubilaei favore, admittendi posse Existimamus, siquidem nihil in Eorum litteris testimonialibus observavimus quod non sit rectum ac regulare; Exceptis tamen Eorum scriptis Baptismi testificationibus, quae nulla authoritate publicâ muniuntur.

Referebant Coram facultate MM. Millin, thouraux Desbois de rochefort.

praeterea auditâ lectione Epistolae M. Adet, quâ Expostulat â facultate ut ad meliorem fortunam accipere velit. Re in Deliberationem Missa; primo statutum est, Mos. Borie, et beauvais depreaux esse ad baccalaureatûs Examen admittendos, favore jubilaei Eâ Conditione, ut principium non dicant, nisi prius de litteris baptisterii instrumento publico Munitis, coram facultate constiterit Aliunde, M Adet ad Examen baccalaureatus Esse admittendum Ex beneficio, D. Vasse hujus scholae Doctoris munificentissimi. Caeteros licentiarum actus, ab ipsomet Adet, esse persolvendos cum ad meliorem fortunam Devenerit. subsignaverunt cum Decano Decretum M. Le Clerc, Maigret, Lepreux, baget

Deputati ad negotium facultatis Monspeliensis coram facultate retulerunt, M. Desessart solum rogatum fuisse â deputatis facultatis Monspeliensis, ut sua officia conferre vellet apud judices saluberrimo ordo, nec probavit, nec improbavit Eam mutuam agendi rationem, sed siluit

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores die Martis duodecimâ Mensis octobris anni 1784 et diebus Mercurii, jovis et veneris proxime sequentibus horâ ipsissimâ quarta pomeridianâ, novos candidatos, qui jubilaei gratia, decurrenti licentiae adjungendi sunt, de rebus naturalibus non naturalibus et praeter naturam, sigillatim â Decano et Examinatoribus ex articulo 110 statutorum interrogandos.

et unum hippocratis aphorismum sorte ductum commentaturos
audituri
Datum parisiis die undecima ejusdem mensis et anni
Stephanus pourfour Dupetit Decanus.
Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores
die sabbati decima sexta mensis octobris anni 1784
hora decima matutina post sacrum, clarissimorum virorum
qui candidatos jubilaei examinaverunt, relationem audituri
et suum postea judicium per scrutinium laturi
Datum parisiis die Mercurii decima tertia ejusdem
mensis et anni
Stephanus pourfour Dupetit Decanus
Cum propter temporis angustias non facta fuerit relatio
litterarum testimonialium M. Adet, antequam ad examen
admitteretur. his in comitiis facta primo fuit, ante relationem
examinatorum et sic alloquutus est M. Millin.
Decane vigilantissime viri Medici
petrus augustus Adet, clarissimi collegae nostri filius, quem
ad ultimum baccalaureatûs examen, quod, jubilaei favore
indulgenter hoc anno renovavistis, pro vestrâ benignitate
ac munificentia, admittere dignati estis; suas nobis obtulit
litteras testimoniales de quibus haec est nostra renunciatio
Natus est parisiis die decima septima mensis Maii anni
millesimi septingentesimi sexagesimi tertii
Baptisatus est die sequenti ejusdem mensis et anni in parochia
Sti pauli
per tres annos scholas nostras frequentavit et publicas lectiones
circa quinque Medicinae partes à professoribus tunc legentibus
traditas accepit. Quod quidem constat ipsius studiorum
litteris parvo facultatis sigillo munitis
In universitate parisiensi lauream Magistralem in artibus
consecutus est die duodecima mensis octobris hujusce anni
millesimi septingentesimi octogesimi quarti
Ipsius tandem ingenuos mores et honestam institutionem
ipse testatus est M. Millin cum MM. Leclerc et Bourdier
Relationem cum M. Millin subsignaverunt MM.
Desbois de rochefort et Desfrasne
Candidatorum examinatores.
Deinde sic verba fecerunt candidatorum examinatores.
Decane vigilantissime viri Medicinae proceres. Res angustae
domi, male succedebant, concursus quae facultati honori impar.
Quatuor tantum laureali jurium scholarum arenam pede
pede prementes, virtutibus certe dignitatem artis sustinere
valebant, sed ~~numero~~ pauci: Jam spes laetitiarum data fuit
appolinarumque: campum iterum aperiri promulgatum est.
Jubilando exultavit vivida athletarum progenies, dimicaturos

tres vidimus generosos dimicantes fortes, hosque ingenuos in sinu facultatis fovendos, scientiarum in recessum ducendos gloriae insigniorum decorandos judicamus. Quod si aliquid peculiare curiositas de alterutro horum desideraverit. M. Beauvais Depreau militem jam factum omnibus artis Momentis instructum arma quandoque rude sed certo ictu dimicat. Mum Borie vires suas in ipsas reflectendo duplicantem, firmo insistentem pede omnibus paratum ictibus agnoscimus, Mum Adet, facilem et amoenum, viribus pro aetate claris, pugnam taire prospeximus hos itaque D. V. V. M. P. admittendos unanimi consensu censuimus. subsignaverunt MM Dumangin, Mollau, Mahon Crochet

His auditis a facultate unanimi voce accepti fuerunt ad principium, cum chirographo suo munierint formulam jam à collegis munitam, scilicet MM. Leclerc Lozette Sideron, die tertia mensis aprilis 1784, quae sic se habet Nos infra scripti et jubilaei favore admissi, supra scripto adhaeremus, die decima sexta mensis octobris 1784. subsig: MM. Borie, Beauvais=depreau, Adet..

Doctor sapientissime

Die Lunae decima octava mensis octobris anni 1784 proximo, qui sancto Lucae orthodoxorum Medicorum patrono dicatus est, in scholarum sacello, celebrabitur sacrum solemne hora nona Matutina, et post sacrum de rebus ad facultatem pertinentibus, agetur, statis in comitiis

Die vero martis proxime sequenti, aderis per juramentum Missae pro defunctis, hora ipsa nona matutina, et â sacro solita habebuntur comitia

Datum parisiis die Lunae undecima ejusdem Mensis et anni

Stephanus pourfour Dupetit Decanus.

post sacrum apparitores facultatis, suas supra mensam in aula comitiorum deposuerunt fasces, quae statim illis pro optima erga facultatem agendi ratione restitutae sunt praestito solito sacramento fidem suam astrinxerunt.

solitum pariter dixerunt sacramentum baccalaurei

Die vero sequenti, post missam pro defunctis doctoribus, Non nulli doctores, postularunt, judicium facultatis posset ne consummari, de Magnetismo animali. Censuit salub. facultas comitia ad hoc rei talis momenti peragendae, esse necessaria

Deinde requirente M. Sallin, multisque una Exoptantibus sequens fuit Latum decretum

Die decima nona mensis octobris anni millesimi septingen=
=tesimi octogesimi quarti, saluberrima facultas solemniter Ex statutis, post sacrum convocata, clarissimo collega

nostro, Magistro Sallin, postulante, Decrevit, instaurandum esse atque in perpetuo tenendum esse decretum, olim â facultate latum, ut omnes ac singulae Conclusiones in singulis Comitiis habitae, Comitiorum proximè sequentium initio, essent â Decano legendae. Decrevit insuper, Codicem Decretorum Dictum, de novo esse instituendum, et in ipsâ facultatis arcâ sedulo Conservandum, in quo post singula Comitia Conclusiones habitae, statim inscriberentur, et â decano subsignarentur, ita ut omnia et singula facultatis Decreta ipsi Continuo et facile essent obvia Et sic Conclusit Decanus - subsignaverunt MM. Desessarts, Dumangin thaurauz, Ducos

Iisdem in Comitiis actum est de agirtis et aliis ejusmodi farinae, requirente Mo Desbois de Rochefort. et sequens Latum fuit Decretum.

Die Decima nona mensis octobris anni 1784 saluberrima facultas post sacrum solemne pro Defunctis Doctoribus ritè Convocata, Decrevit Nominandos esse Doctores nonnullos qui de illicitè practitantibus pro suo posse inquirerent, et de iis eorumq: agendi ratione, singulo trimestri Coràm facultati ritè Convocata referrent. Atque nominavit ad illud officium implendum, MM. Sallin, Maigret, Dumangin, Solier, desbois et Mathey, Cum Decano Decretum subsignaverunt MM. Desessarts, Defrasne, thauraux.

Relative ad aliam facultati petitionem factam, sequens Decretum Latum et typis impressum fuit.

Doctor sapientissime

Noverit prudentia tua, quod stantibus Comitiis post sacrum pro Defunctis Doctoribus die Martis decima nona mensis octobris anni 1784 in Eâ fuit sententia unanimi Consensu saluberrimus ordo, ut nullus Doctor suum Commodet nomen quo auspice, Eo absente, Cursus sive publicus, sive particularis possit institui

Decrevit insuper, hocce Decretum typis esse Mandandum et singulis Doctoribus esse Distribuendum et sic Conclusit Stephanus pourfour Dupetit Decanus.

Convocentur per juramentum Doctores Medici omnes in scholas superiores Die sabbati vigesimâ tertia Mensis octobris anni 1784 horâ Decimâ Matutinâ post sacrum De irregulari plurium Doctorum agendi ratione in praxi medicâ, eorum scilicet qui Magnetismum ut aiunt, animalem practitant, Decanum dicentem audituri et pro re natâ et ultima vice Deliberaturi

Datum parisiis die Martis decima nona Ejusdem mensis et anni Stephanus pourfour Dupetit Decanus

Recitari jussit Decreta, Circa Magnetismum ut aiunt animalem, et de Magistro Deslon, aliisque Doctoribus Lata praecedentibus in Comitiis.

Decima octava Mensis septembris anni 1780
septima octobris Ejusdem anni
vigesima augusti anni 1782
vigesima tertia junii 1784
vigesima quarta augusti
vigesima octava Ejusdem mensis
Quarta septembris
Decima octava Ejusdem mensis et anni

Litterae Etiam ad Decanum Missae, â MM. Deslon varnier, thomas Donglée, Delaporte, Coquereau, Sabbatier

Quibus omnibus auditis nimium Eheu! Compertum est, Magistrum Deslon, et quosdam hujusce saluberrimi ordinis, Doctores, jurisjurandi ac virtutum quae Medicum Decent, immemores, Dedisse nomen, novae et formidolosae Circulatorum Militiae, quae facile Credulos, vana tuendae sanitatis spe delusos Mortales detinens, Civium saluti, bonis moribus, et fortunis, Delusas et obstrusas molitur insidias

Saluberrima facultas non minus publicae Civium saluti, quam suae dignitatis retinendae, suorumque in officio Continendorum studio Ducta. I° unanimi Consensu Censuit, M. Deslon, pluries jam admonitum et facultatis indulgentiam Expertum, jurisjurandi oblitum, gravius ac gravius peccasse, scriptis et factis, quod in praxi Medica, indecore et agirtarum more se Gerens, arcana et mysteria, jactitaverit, quod non medica tantum Consilia sed societatem inire, Cum viris, illicite Medicinam parisiis factitantibus, tum medicis, tum Chirurgis, tum Etiam aliis in arte medica prorsus peregrinis, ausus fuerit Quod Collegas, plurimos, ordinem saluberrimum, artem ipsam medicam, Conviciis lacessiverit

Quod Decreto die vigesima octava augusti anni 1784 Circa magnetismum ut aiunt animalem lato, adhaerere Contumaciter renuerit

Ideoque Concurrentibus omnium Doctorum suffragiis

Statuit et Decrevit ordo saluberrimus, nomen M. Deslon Ex albo doctorum Regentium esse Expungendum. Et sic Cum omnibus Conclusit Decanus Stephanus pourfour Dupetit et Cum Eo subsignaverunt Decretum M.M. Duhaume, Dumangin Bourru, Coutavoz. — radiation de M. Deslon

Stantibus iisdem Comitiis, Ex longe Majori suffragiorum numero, statuit saluberrimus ordo, M. thomas Dongleé Decreto die vigesima octava mensis augusti Lato anni 1784, verbis duntaxat adhaerentem, verbaque sua chirographo Confirmare et munire renuentem, Regentiae honoribus et Emolumentis privandum esse, Donec, mox supra dictum Decretum subsignaverit, et de illius Erga facultatem studio et reverentiâ obsequioque Constiterit. Et sic Conclusit Decanus: subsignarunt M.M. Grosin Duhaume, Bourru, Dumangin, Coutavoz — M. thomas Dongleé

Stantibus iisdem Comitiis, Ex longe Majori suffragiorum numero statuit facultas, M. varnier, Cum illicite Medicinam practitantibus publicè factitantem, aliunde verbis, scriptis et praxi, Magnetismo ut aiunt animali pertinaciter affixum Ex albo doctorum regentium esse expungendum donec Decreto die vigesima octava mensis augusti 1784 Lato Chirographo suo adhaeserit et de irregulari illius in praxi medicâ agendi normâ Constiterit — M. varnier

Et sic Conclusit Decanus et Cum Eo subs: M.M. Duhaume Bourru, Coutavoz, Dumangin

Stantibus iisdem Comitiis, Ex longe Majori suffragiorum numero, statuit saluberrimus ordo, M. Delaporte, in toto Magnetismi negotio ita se gessisse ut per unius anni stadium, Regentiae Emolumentis et honoribus, sit privandus, Et sic Conclusit Decanus. Cum Eo Decretum subsignaverunt M.M. Grosin Duhaume, Dumangin, Coutavoz Bourru. — M. Delaporte

Stantibus Comitiis: De Delicto sponte Confitentem, Erroresque suos Circa Magnetismum ut aiunt animalem, ultrò Ejurantem M. Delasisse, indulgenter habens saluberrimus ordo, Ex longe Majori suffragiorum numero, Censuit et Decrevit, Eum à Decano, facultatis nomine, seriò admonendum, ut juramenti non immemor à regulari in praxi Medicâ agendi ratione non Deflectat in posterum. Et sic Conclusit Decanus. subs. Decretum a M.M. Grosin duhaume, Dumangin Bourru, Coutavoz — M. Delasisse

Stantibus iisdem Comitiis, unanimi Consensu statutum est Decretum die vigesima octava Mensis augusti 1784 latum typis Mandandum et singulis doctoribus Distribuendum Cum

adhaesionis actu. Magistrorum, Mittie, Lafisse, Delaporte baigneres, Le Roux des tillets, petit-Radel, Grozieux de laguerenne Magnetismum animalem Ejurantium.
Et sic Conclusit Decanus, Stephanus pourfour Dupetit, Bourru Grossin Duhaume Dumangin Coutavoz.

Stantibus iisdem Comitiis, Ex longe Majori suffragiorum numero Censuit salub. ordo, adhaesionem decreto die vigesima octava mensis augusti 1784 Lato, à M. sabbatier litteris datam esse Excipiendam, et sic Conclusit Decanus Stephanus pourfour Dupetit, Grossin Duhaume Bourru Dumangin Coutavoz

Convocentur Doctores Medici omnes in scholas superiores Die Lunae vigesima quinta mensis octobris anni 1784 et Diebus martis, mercurii et veneris ejusdem hebdomadae Baccalaureos favore jubilaei admissos, de omni Materia medicinali interrogandos audituri, et si libuerit interrogaturi, ab hora quarta ad sextam

Datum parisiis die martis decima nona mensis octobris ejusdem anni

Stephanus pourfour Dupetit Decanus.

Convocentur doctores Medici omnes in scholas superiores Die sabbati trigesima mensis octobris anni 1784 hora decima Matutina post sacrum, Clarissimorum virorum qui Candidatos jubilaei de omni materia Medicinali Examinaverunt, audituri relationem, et suum postea judicium per scrutinium laturi

Datum parisiis die Mercurii vigesima septima Ejusdem mensis et anni

Stephanus pourfour Dupetit Decanus.

Haec est Examinatorum Relatio

Jubentibus vobis et annuentibus vigilantissime Decane, viri Medicinae proceres. Novos baccalaureos jubilaei favore admissos de re medicinali interrogavimus. Eo Dulcius fuit nobis Commissum munus, quod illos, si unquam fuit indulgentiae hanc meruisse, sua in respondendo peritia, Cum modestia non mediocri Conjuncta, vobis asserere non Dubitamus. Hi generosi athletae, primo Examine vix Defuncti, nec inglorie, adhucdum sudore nobili madentes, et ad illud Certamen animose sese accingunt, Doctrinae Circa materiem Medicam periculum facturi. Immensus profecto disserendi Campus. at propter temporis angustias, Selectiores tantummodo substantias è triplici regno desumptas perlustravimus. Nec nimis faciles, nec nimis rigorosae fuerunt Quaestiones

talis autem fuit quaestio negativè conclusa

an ex eudiometricis experimentis gradus salubritatis aeris aestimandus?

eodem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei

Die mercurii decima quarta mensis 7bris anno 1785 M.er joannes d'arcet chemiae professor regius disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo M.o nicolao beauvais de préau aureliano

talis autem fuit quaestio affirmativè conclusa

utrum aquae ligeris haustus morbis apud aurelianos praecaveat?

eodem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei.

orationes inauguratoriae

die dominica duodecimâ mensis decembris anni 1784 M.er josephus ignatius guillotin doctor medicus parisiensis et scholarum professor medicinae stadium auspicaturus, felicem medicinae cum philosophia conjunctionem publicâ oratione exposuit.

Dieu ai Dant

M.e jean baptiste claude jeannet des longrois docteur régent de la faculté de médecine en l'université de paris, professeur de chirurgie en langue françoise ouvrit ses leçons par un discours qu'il prononça le

Dimanche 26 Décembre 1784 à cinq heures après midi et par lequel il prouva la nécessité d'une union subordonnée de la chirurgie à la médecine

Cursus Publici

Die lunae Decimâ tertiâ mensis xbris anni 1784 et sequentibus horâ Decima matutinâ M.er henricus joannes Baget saluberrimae facultatis Doctor regens et chirurgiae professor operationes chirurgicas publicè exposuit et in civili cadavere perfici curavit, manuum industriam praestante M.o claudio andraeâ goubelly saluberrimae facultatis parisiensis Doctore regente

Die lunae Decima septima mensis januarii anni 1785 horâ undecima matutinâ et sequentibus Diebus M.er franciscus Doublet Doctor medicus parisiensis scholarum professor, corporis humani partium structuram et usus super humano cadavere publicè exposuit, partes oculis subjiciente M.er claudius andraeas goubelly Doctore regente parisiensi.

Dieu aidant

le mardi 15 février 1785 a dix heures et demi précises du matin et les mardi, jeudi et samedi suivant, M.e jean Baptiste claude jeannet Des longrois Docteur régent de la faculté de médecine de paris, professeur de chirurgie en langue française, a fait gratuitement et en français un cours d'opérations de chirurgie qui ont été pratiquées par M.e claude andré goubelly Docteur régent de la dite faculté.

Dieu aidant

le mercredi 18 mai 1785 a quatre heures précises du soir et les jours suivant M.e jean mathieu De fasne Docteur régent de la faculté de médecine de paris, professeur d'anatomie et de l'art des accouchements a fait gratuitement et en français un cours d'anatomie relatif à l'art des accouchements dont les démonstrations ont été faites par M.e claude andré goubelly Docteur regent &

Dieu aidant

le mardi 7 juin 1785 a midi et les mardi, jeudi et samedi suivant M.e antoine pierre De mours Docteur régent de la faculté de médecine de paris a fait des leçons sur l'anatomie de l'oeil et sur les maladies de cet organe.

Die lunae 1.a mensis augusti anni 1785 horâ ipsâ undecimâ et Diebus

sequentibus M.ro claudius Ludovicus Berthol.t Doctor medicus parisiensis, utriusque pharmaciae professor, pharmaciae specimen exposuit, operationibus pharmaceuticis manuum industriam praestante jacobo francisco de machy pharmacopaeo parisiensi peritissimo.

Dieu aidant

le lundi 3 8bre 1783 à quatre heures précises du soir et les jours suivant M.e jean mathieu Defrasne Docteur régent de la faculté de médecine de paris, professeur d'anatomie et de l'art des accouchements a fait opératoirement et en françois un cours pratique relatif à l'art des accouchements, les demonstrations ont été faites par M.e claude andré goubelly docteur régent de la dite faculté.

Examen anatomicum

conveniunt Doctores Medici omnes in scholas superiores die sabbati duodecimo mensis februarii anni 1783, hora decima matutina post sacrum, examinatores qui baccalaureos de anatomia interrogaturi sunt, electuri

electi sunt baccalaureorum examinatores de rebus anatomicis M.i Dahaume, Desilliers, Chaussure, guyo. et sic censuit saluberrima facultas

j. carolus h. Sallin

juxta statutorum articulum XVI exercitationum anatomicarum primo et secundo die, abdomen ipsiusque viscera demonstrentur. 3.io die de pectoris partibus agatur, 4.o de capite tractetur, 5.o omnes corporis musculi exponantur, sexto vasorum et nervorum distributiones explicentur, septimo ossa examinentur, de situ, connexione, structura et usu partium interrogati Baccalaurei demonstrando respondeant.

itaque conveniunt Doctores omnes medici in scholas superiores, die sabbati vigesima sexta mensis februarii et diebus dominicae, lunae, martis, mercurii, jovis et veneris proxime sequentibus, anni 1783, ab hora post meridiem tertia ad sentiam baccalaureos lectiones et demonstrationes anatomicas super humano cadavere, propriis manibus exercentes, a decano et clarissimis examinatoribus interrogatos auditum et si libuerit interrogaturi.

statuit saluberrima facultas jus suffragii et emolumenti iis solis pertinere quibus examini interfuerint

Datum parisiis die sabbati decima nona ejusdem mensis et anni

j. carolus henricus Sallin

Convocentur Doctores omnes medici in scholas superiores, Die sabbati quintâ mensis martii anni 1785, horâ Decimâ matutinâ post sacrum, clarissimos examinatores De baccalaureis qui sectiones ac Demonstrationes anatomicas super virili cadavere propriis manibus executi sunt, referentes audituri, et postea suum judicium per scrutinium laturi
Datum parisiis Die martis primâ mensis martii ejusdem anni

joannes carolus henricus Sallin Decanus

Renuntiatio Examinatorum

Cum notitia corporis humani sit principium sermonis in arte medica, cumque etiam Doctrina anatomicâ semper incaluerint medici parisienses, qui primi post renovatam bonarum artium Disciplinam, anatomiae studium antehac penitus sopitum, in lucem excitaverunt, silvio nostro Duce atque authore et presso pede subsequente gualtero de andernaco silvii Discipulo. a quibus acceptum filum anatomicum e Digitis elabi non passi sunt eximii viri, immortalia quoque hujusce lycaei ornamenta, Riolanus, Littreus, Duverneius, Winslovius, hunaldus, fereinus, bertinus, aliique non nulli collegae clarissimi hic et nunc Demonstrationibus anatomicis multa cum laude incumbentes, quos sequendo Duces ex intricatissimo machinae humanae labyrintho egressi sunt vestri baccalaurei, Divitiis anatomicis, auro pretiosioribus, onusti. haec est illa peritia anatomica quae constituit medicos vere hippocraticos, illosque secernit a circumforaneis et agyrtis, hinc et quoque Distinguit ab audaci illo novorum japetorum genere qui fluidum nescio quod, fluidum invisibile, atque prorsus imperceptibile, a sole aut lunâ, e stellis cometisve Derivantes, illudque intra corpus humanum Dirigere fingentes suis gesticulationibus imaginationem tantum movent, nec ultra operantur. hisce rationum momentis adducti Demandatam nobis baccalaureos vestros super anatomen examinandi provinciam eô lubentius suscepimus eôque alacrius illam adimplevimus quod illos omnes et singulos in anatome apprime versatos invenerimus. igitur juxta statutorum vestrorum articulum XVI De exercitationibus anatomicis primo et secundo Die abdomen ejusque viscera Demonstrata sunt, tertio Die De pectoris partibus actum fuit, quarto De capite et sensuum organis tractatum est, quinto omnes corporis musculi expositi sunt, sexto vasorum et nervorum Distributiones explicatae fuerunt, septimo tandem ossa examinata sunt. De situ connexione et structura partium, De earumdem usu atque mechanismo interrogati baccalaurei Demonstrando responderunt et ita quidem nobis satisfecerunt ut omnes illos et singulos existimemus ac medicorum parisiensium Dignitati pares judicaverimus.

quapropter septem baccalaureos vestros examine anatomico tentatos pariter et unanimi consensu laudamus probamus et admittimus, illosque simul tum aequitati tum benevolentiae vestrae commendamus. Die 5ª mensis martii anni 1785

Grosset Duhamme Devilliers
Chaussier Pujo

audita relatione Deputatorum examini anatomico praepositorum, saluberrimus ordo cum interrogata tum responsa Baccalaureorum probavit unanimi consensu

et sic conclusi j. carolus henricus Sallin Decanus

De Solemnibus

Die vigesima septima mensis martii anno 1785 horâ sextâ serotinâ, quod cunctarum galliae regionum interest, natus est felici augustissimae reginae partu, ludovicus Carolus, neustriae Dux, ab optimo parente rege, nominatus.

Die vigesima prima mensis aprilis anni 1785 ad solemnes gratiarum actiones Deo rependendas, ob recens natum principem, majores ac extraordinariae universitatis supplicationes habitae sunt in Basilicâ Divi andreae ab arcubus

Die vigesima sextra mensis aprilis anno 1785 sacrum solemne in sacello facultatis ob serenissimi principis neustriae Ducis natalia, celebratum.

De Mandato
joannis - Caroli - henrici Sallin
saluberrimae facultatis medicae parisiensis
Decani
et MM Doctorum regentium ejusdem facultatis
ob serenissimi principis ludovici Caroli Ducis neustriae
natalia

Quam gallicae genti laetitiam attulerat augustissimi Delphini tot votis optata nativitas, eam hodiè instaurare imò et cumulare velle videtur deus optimus maximus, cum neustriae ducem alterum galliae totius precibus annuit.
en alter liliorum surculus efflorescit qui cùm adoleverit, ramos fraternos umbramque hospitalem popularibus indulgeat. ille quasi novum inter borbonidum et austriae Domos vinculum intercedit, inconcussae pacis omen faustissimum, columbi illius instar, qui subsidentibus aquis, oleae ramum ore praetulit.

Cum verò tantum gaudii vim exultanti galliae, tum non minores europae atque adeo terris omnibus utilitates invehit, quoniam ea est ejus conditio ut illa bellum aut pacem agitare non possit, quin utrumque ad orbem latè pertineat, is ordo rerum a natura constitutus ut, beneficio pacis et ope commercii, ex universorum felicitate oriatur gentis cujusque prosperitas.

Viris autem quae vivendi primordia ante aperuit, quot et quanta ex augustissimo puello licet ominari! nascenti arridet pacatus regii parentis consilio uterque orbis, plaudit mare jam tutum ac sui juris, exultat america, ludovico favente libera. ex eâ stirpe oriundus qua clariorem nullam sol in decursu videt, ex illis ortus parentibus qui tenello animo unà cum aura vitali virtutum omnium semen ingenerarunt, in eâ gente quam suo in regem amore nobilitatam, suo Domino caeteri semper invidere, eo potissimum aetatis flexu nascitur, quo mutua jura melius dignovere populi populorumque duces, quo plurimi principes verae laudis amantiores magisque gnari, suorum felicitati unicè consulunt, eam ut in perpetuum stabiliant, ex communi omnium utilitate pendere volunt, supremi numinis instar, humanum omne genus beneficâ quâdam voluntate complexi.

plaude tibi optima parens, augustissima puerpera, triplici jam accincta sobole, triplici lilio superbiens, felici foecunditate toties amantissimo conjugi accepta, tot nominibus jam tam cara galliae, novo nunc etiam si fieri possit, hoc munere carior.

plaude tibi, gallia, quae cum anxia praegnabas, cum anxia peperisti, et festis induta vestibus, coeleste Donum, Donum pacis pignus memori prece aris affusa prosequere.

plaude et tibi potissimum, felix neustria, proprio regii principis praesidio tot abhinc annis fraudata. laetare, tu quondam bellici tumultus, caedis, incendii vastitatisque deforme theatrum, solo galliae regum tutamine et auspicio secura tui et aucta divitiis. laetare faustissimo illo eventu qui nunc tibi ducem quondam tuum revocat et pollicetur, carolum x cujus consilio et armis ex britanni pardi faucibus erepta ac vindicata vexisti aliquando conquiescere; laetare inquam, peculiarem nacta patronum et tui propugnatorem, qui tuis usque commodis juncta solium invigilet, qui avitis et domesticis edoctus exemplis, hujus tanti nominis expectationem summa cum laude quondam adimplebit, quique veritatis haud minus amans quam primus (1) ille e regia stirpe princeps normanniae titulo insignitus, qui justitiam et veritatem si eterris exulasset, in corde regum perfugium nancisci debere dictitabat, sapientissimi ejus (2) sibi ac successoris adjutus, litterariae non minus quam gallicae rei vindices et assertoris, litteras atque

(1) jean II
(2) charles V, dit le sage

adeo parisiensem academiam non pausto minus patrocinio tuebitur ac promovebit. prolis impertitis, pro tanto munere, velis optimi regis pietatem aemulati, solemnes illi Deo gratias agamus qui cum solus vitam et mortem in manu habeat, proprium hoc nobis munus unumque donum potest efficere, atque adeo spem in animis nostris fovere dulcissimam, nos eam liberis felicitatem proditurus quam dulcissimi, sub optimis principibus ipsi experti fuerimus.

itaque saluberrima facultas medica parisiensis, in scholarum nostrarum sacello, solemne sacrum celebrari decrevit, a quo hymnus eucharisticus Te Deum cantabitur, die sabbati vigesimâ tertiâ mensis aprilis, anni millesimi septingentesimi octogesimi quinti, horâ ipsâ decimâ matutina

Datum parisiis die sabbati nonâ ejusdem mensis et anni

joannes carolus henricus Sallin Decanus

subscripsit et promulgavit die mercurii vigesimâ mensis aprilis 1785

theodorus petrus Cruchot major saluberrimae facultatis apparitor et scriba

Conveniunt Doctores medici omnes in scholas superiores, die sabbati vigesimâ septima mensis augusti, anni 1785, horâ decimâ matutinâ, interfuturi sacro solemni ex fundatione clarissimi collegae nostri M. poirier Dupetit, ex decani et academiae censoris, pro rege, regno et universitate parisiensi, celebrando.

Datum parisiis, die sabbati vigesimâ ejusdem mensis et anni

joannes carolus henricus Sallin decanus

Doctor Sapientissime

Die martis decima octava mensis octobris anni 1785 proximâ, quae sancto lucae orthodoxorum medicorum patrono dicata est, in scholarum sacello celebrabitur sacrum solemne, hora nonâ matutinâ, et post sacrum de rebus ad facultatem pertinentibus agetur statis in comitiis.

Die vero mercurii proximè sequenti, ad eris per juramentum missae pro defunctis, hora ipsâ nonâ matutinâ et a sacro solita habebuntur comitia

Datum parisiis, die mercurii duodecima ejusdem mensis et anni

joannes carolus henricus Sallin decanus

De comitiis Prima mensis Dictis

Variae Renuntiationes

quae a variis legatis de diversis rebus ad medicinam pertinentibus fuerunt recitatae intra saluberrimae facultatis parisiensis comitia prima mensis dicta a mense novembris 1784 ad mensem novembris 1785.

Rapport de MM les commissaires nommés par la faculté de médecine, pour examiner un nouvel ophtalmostat proposé par M Demours fils.

Die 1.a xbris relatio MM sallinet goubelly de super recens instituto a M Demours, novi ophtalmostatii ad globum oculi quando extrahitur cataracta, tuto stabiliendum propositi.

Messieurs

vous nous avés chargés M sallinet moi d'assister à la premiere opération de la cataracte que feroit M Demours fils notre confrere, afin de constater l'utilité de l'instrument qu'il vous a presenté dans votre assemblée du 1.er novembre dernier.

nous nous sommes transportés en conséquence le 10 du même mois à onze heures du matin dans la rue des postes où nous lui avons vu opérer à l'oeil gauche M.de la comtesse de longueval. il auroit été difficile de rencontrer un sujet qui put mieux convaincre de l'utilité du nouvel ophtalmostat de M demours. en effet quoique la malade fut bien convaincue que l'operation de la cataracte n'étoit nullement douloureuse, elle ne put dissimuler la plus grande frayeur aux approches de cette opération. quelques instants auparavant elle fut attaquée de palpitations de coeur effrayantes, et lorsqu'il fallut l'opérer, elle perdit presqu'entierement la tête. ses yeux furent continuellement agités par des mouvements convulsifs si précipités que l'opération eut été impraticable sans le secours du nouvel ophtalmostat. ces mouvements convulsifs de l'oeil qui dénotaient l'extrême inquiétude de la malade n'ont nullement embarassé M Demours. dans le même tems qu'il introduisoit le bistouri, à l'extremité externe du diamètre horisontal de la cornée, il implanta la pointe de son instrument vers l'extrémité interne de ce même diametre, a une ligne de distance de la sclérotique, afin que le bistouri put sortir entre cette membrane et la pointe, de sorte que l'oeil fut fixé dans le même instant. la malade alors ne fut plus la maitresse

De lui faire exécuter aucun mouvement. à l'aide de ce point d'appui, l'incision de la cornée a été faite en six secondes avec la plus grande sécurité. la pointe de l'ophtalmostat nous a paru n'avoir pénétré que la moitié de l'épaisseur de la cornée. il nous restoit a constater que cette légere piquure n'étoit suivie d'aucun accident. la tranquillité avec laquelle Mlle de Lanqueval a passé les jours suivants nous en a fourni la preuve la plus satisfaisante. la seze nuit elle dormoit d'un sommeil et ne se plaignit jamais de la plus légere douleur à l'oeil opéré enfin l'appareil ayant été levé le dixieme jour nous n'apperçumes aucunes traces de la legere piquure faite par l'instrument de M Demours, à peine même la cicatrice de l'incision faite à la cornée par le bistouri est-elle sensible il faut examiner l'oeil avec attention pour l'appercevoir.

Mlle de Delanqueval qui voit aussi parfaitement de l'oeil opéré qu'il est possible de voir apres l'opération de la cataracte, a désiré que son nom ne fut point passé sous silence et nous a parue flattée de cette occasion de rendre un témoignage publique de sa reconnoissance a M Demours.

apres avoir comparé le nouvel instrument de M Demours avec ceux qui ont été imaginés dans la même intention, nous avons reconnu qu'il avoit sur les autres une supériorité marquée, surtout en ce qu'il est tenu très près du point où il agit. en effet il n'y a que trois lignes de distance entre la pointe qui pique la cornée et l'extremité du doigt qui la détermine a entrer dans cette membrane. nous croijons que cet instrument rendra l'opération de la cataracte beaucoup plus facile, spécialement entre les mains de ceux qui n'ont point une habitude journaliere de cette opération et nous pensons en consequence Messieurs que ce nouvel ophtalmostat peut mériter à son inventeur de nouveaux encouragements de la part de la compagnie.

Die 1a Xbris 1784 a. goubelly Doctor med. parisiensis
sj. charles h. sallin

et sic conclusit saluberrima facultas

joannes carolus h. Sallin Decanus

Rapport concernant quelques opérations chimiques de M le Blanc.

Monsieur Le Doyen Messieurs

le sieur le blanc chirurgien à paris a soumis à votre jugement les résultats d'un travail chimique qu'il a fait, et dont vous nous avés confié l'examen.

nous nous sommes à cet effet transportés chés le sieur leblanc qui nous a communiqué ses vues et nous a instruit de la nature des substances sur lesquelles il s'agit de prononcer.

les différents procédés de l'auteur ont pour base une 1ère préparation de mercure, bien connue, mais dont l'auteur obtient en peu de tems une quantité assés considérable.

la combinaison de cette substance avec un acide doux lui fournit en abondance et avec facilité un sel neutre également connu, mais qu'il sait manier de différentes manieres pour l'usage interieur et dont il fait la base d'un topique particulier qui mérite l'attention des praticiens; l'usage exterieur de ce remede promet des effets supérieurs à ceux de la pomade mercurielle ordinaire, et il serait a coup sûr beaucoup moins désagréable.

M le blanc propose en outre comme médicament aperitif et antivénérien tout ensemble un résultat des combinaisons salines de mercure et de fer dissouts par des acides doux; mais la nature de ce composé nouveau n'est pas assés déterminée et ses propriétés médicales ne sont pas encore munies du sceau de l'expérience.

au reste le sel neutre mercuriel que nous a presenté le sieur le blanc, tient ainsi que les differentes formes sous lesquelles il propose de le faire administrer à une suite de procédés chimiques bien conduits et qui font honneur à la sagacité de l'auteur.

nous estimons que des experiences faites en grand sur des malades suivant le voeu de l'auteur dans un endroit et avec les précautions convenables avec le sel neutre mercuriel, le sel mercurial martial, mais surtout avec la pomade salino mercurielle pourront devenir fort utiles.

à ces titres Messieurs le travail du sieur le blanc considéré comme chimique et comme médical nous paroit mériter des éloges et de l'encouragement.

paris ce 13 avril 1783 — Millin — De la planche — thaurau — Berthollet

La faculté de médecine apres avoir entendu dans son comité du 13 avril 1783 le rapport de MM. millin, de la planche, Berthollet et thaurau qu'elle avoit nommés ses commissaires pour examiner et lui rendre compte des opérations chimiques du sieur le blanc, a non seulement adopté le dit rapport mais encore la conclusion; d'où elle a été unanimement d'avis que le travail du sieur le blanc considéré comme chimique et comme médical paroit mériter des éloges et de l'encouragement.

ce que j'ai conclu — jean charles henri Sallin Doijen

Die 1ª aprilis, cl.M.M. millin, thaurau, de la planche, berthollet a facultate nominati ut quae ab D. le blanc chirurgi prae paratione chemicas examinarent, de illis notis retulerunt quod in salubres esse vix possunt, atque experimentis publica autoritate muniti submitti

Die 14.a maii M.

M. contavoz pujo, Candies Die 15.a marti nominati et pnum de programmate quodam d. casport proponentis methodum infantes lacte vaccino nutriendi, retulerunt nihili utali methodo sperendi quae plurios et frustra tentata fuerit. tale ergo consilium facultati probatum nonfuit.

Rapport sur la nourriture des nouveaux nés

Monsieur le Doijen Messieurs

vous nous avés chargés d'examiner un projet qui vous a été presenté pour la nourriture des enfants nouveaux nés avec le lait de vache seul. nous ij avons reconnu que l'auteur après avoir exagéré les inconvénients des nourrices mercenaires, promet des avantages nombreux de la méthode qu'il veut employer; que cette assertion n'est appuijée par aucun fait, aucunes traces de la moindre connoissance de chimie et de Médecine; nous nous souvenons qu'il recite lui même verbalement pour exemple du succès de sa méthode et qu'il avance que dans sa contrée on l'emploie communément, enfin il ignore ou feint d'ignorer les tentatives faites sur cet objet. lorsque vous avés assés félicités de plus en plus des succès de vos conseils et que vous voijés les mères se rapprocher de l'ordre de la nature en allaitant leurs enfants, nous ne craignons pas que l'auteur puisse ni vous éblouir, ni vous séduire par ses belles promesses, nous nous bornons a vous citer ce qui peut seul vous déterminer, l'experience.

un citoijen dont le Zèle éclairé a souvent concouru au bien de l'humanité, M. chamousset a fait a paris l'essai que propose de renouveller l'auteur du Mémoire, le succès n'a pas répondu au vœu de cet homme estimable. la consultation que vous avés faite Messieurs au sujet des enfants trouvés de l'hopital d'aix vous rappelle les dangers de tout autre lait substitué á celui de femme. en 1781 M.de Nékes qui ne respiroit que pour soulager les malheureux, fit une tentative semblable sous la direction des officiers de santé, elle eut un si mauvais succès qu'elle fut abandonnée aussitot,

nous scavons qu'on est forcé quelquefois á l'hospice de Vaugirard de nourrir avec du lait de vache les enfants infectés du mal vénérien et que tres rarement ce moijen réussit. M. Doublet notre confrere nous a affiré la vérité de ces deux articles d'apres lesquels M. nekes dit dans son livre sur les finances

l'usage reconnu généralement pour le meilleur est de faire nourrir les enfants dans les campagnes; les lieux où on les réunit en trop grand nombre deviennent de véritables tombeaux et par l'insuffisance d'une tutelle trop étendue et par les dangereux effets de la contagion de l'air. notre avis unanime est que la faculté ne peut donner aucune approbation á un projet semblable. aux écoles ce 14 mai 1785.

Contavoz pujo Bourdier
la faculté a été unanimement de l'avis des commissaires
jean charles henri Sallin Doijen

Rapport sur quelques préparations du sieur Renault

Monsieur le Doijen Messieurs
le sieur renault nous a présenté une fécule retirée des pommes de terre, qu'il dit venir d'une des provinces méridionales de la france, et d'autres préparations qu'il nomme aussi farines ou fécules. vous nous avez chargés MM gentil, gérard et De la planche d'examiner ces différentes substances.
les pommes de terre tant rouges que blanches du sieur renault cuites dans l'eau ont été trouvées un peu moins fades que d'autres venant d'ailleurs et préparées de la même maniere. la fécule est blanche, brillante, fine, douce au goût et au toucher, elle forme une colle avec l'eau, et avec le lait ou le bouillon des mucilages alimenteux agréables s'ils sont assaisonnés convenablement. les autres préparations du sieur renault sont uniquement des poudres de racines séches, telles que la carotte, le panais, le navet, le raifort, la guimauve, le chardon rolland, la scorsonére et la brijone soumises à l'action de l'eau bouillante, ces poudres lui communiquent les ppés et mucilagineux et sucrés qu'elles contiennent, mais elles ne font pas corps avec elle comme la fécule de pommes de terre, le sagou, le salep & celles de carotte, panais et navets mises sur la langue y impriment une sensation de doux, de muqueux et de sucré, ce qui se rapporte à l'observation des chimistes qui ont retiré du sucre de ces différentes substances. la poudre de guimauve ne différe en rien de celle qui se trouve dans les pharmacies, elle est fade et non sucrée. celle de brijone est d'un blanc jaunatre et d'une saveur fort amére, différente de la vraie fécule de cette racine qui est une espece d'amidon insipide. le s.r renault a retiré des autres racines deux poudres distinctes, l'une de leur partie extérieure, l'autre de leur moijenne appellée coeur ou Meditullium. les deux poudres du chardon rolland se ressemblent assés par la couleur qui est jaunatre et par la saveur qui est acre et sucrée. celles de la scorsonere dont la couleur est d'un jaune d'ocre et la saveur piquante amére différent peu l'une de l'autre. pour le raifort il y a de la différence entre ses deux poudres, celle de l'intérieur est d'un blanc terne, elle est muqueuse sur la langue, d'une saveur foiblement piquante et sucrée, l'autre est jaunatre peu muqueuse, peu sucrée mais

Die 14 maii MM gentil, Delaplanche, gerard qui hos Die aprilis 11.a feculae solanorum tuberosorum e plagis septentrionalibus adductorum ... et pulverum tenuissimorum radicibus oleraceis confectorum examen commiserat, coram facultate dixerunt feculam quidem ... simillimam, pulveres vero ex ... confectos, nonnisi salubriter esse accomodandos atque ita declaravit ... saluberrimos.

Die 14 maii MM paulet, simmonet berthold Deliquere quidam spiritus ... D. Dauvrijani nomen ... salis vegetalis de ... sanitatis sub ... ... Dictum liquorem stomachicis ... ... ideo minus esse improbandum at ... saluberrimam ... facultas ... conclusit.

... hoc non ...

très piquante. celle-ci mêlée à la gelée de fécule de pommes de terre, en relève le goût d'une manière qui n'est pas désagréable; il y a des provinces où l'on emploie habituellement la rapûre fraiche de la même racine et on la sert sur les tables comme assaisonnement.

on voit 1.° qu'il éxiste une différence peu sensible entre les pommes de terre employées par le s.r venault et les autres qui se vendent à paris communément 2.° que la fécule ressemble à toute autre préparée avec soin et propreté 3.° que les poudres de racines conservent des principes salutaires 4.° qu'on peut employer avec avantage celle de navet, panais, carotte, et raifort pour relever la saveur des potages mucilagineux, des bouillons et leur ajouter quelques vertus 5.° enfin que les poudres des autres racines sont dépourvues de principes actifs dont on peut tirer parti comme médicament suivant la nature de chacune; de là on peut conclure 1.° que la fécule du sieur Venault est de bonne qualité 2.° que ses préparations de racines ont été faites avec soin et qu'elles peuvent être employées utilement par le conseil des Médecins 3.° que l'auteur mérite des encouragements

Geulit De la planche

Gerard

unanimi consensu saluberrima facultas admisit conclusiones deputatorum Die 14 maii 1783 et sic conclusit joannes carolus henricus Sallin Decanus

Die 1.a augusti M M Baget, crochet, Berger, et Dance bona referentibus de libro methode pour guérir toutes les maladies quinque 1.a morborum classes continente, approbationem facultatis obtinuerunt ejus auctori experientissimi ac quem amantissimi M Vachier

Rapport sur un traité de médecine pratique

Monsieur le Doijen Messieurs

l'ouvrage de M Vachier dont la faculté nous a chargés de lui rendre compte est un traité complet de ce qu'on nomme ordinairement la pratique de la médecine. tout y est relatif à l'exercice de cet art et s'il y est traité de ses autres parties, ce n'est que pour rappeller au lecteur tout ce qu'il est essentiel d'en connoître pour entreprendre avec succès le traitement des maladies qui dans cet ouvrage sont toutes rangées méthodiquement en vingt trois classes.

l'auteur commence par une introduction dans laquelle il rapporte toutes les causes des maladies à trois genres principaux qui sont 1.° les abus et les mauvaises qualités des six choses non naturelles 2.° les virus 3.° les causes externes.

il indique des procédés pour connoître et distinguer ces causes et pour rapporter chaque maladie à sa classe. il trace un plan général de traitement pour toutes les especes de maladies. D'après ses observations et son expérience, il expose les regles qu'on doit suivre à l'égard des crises, les conditions necessaires pour faire un sage pronostic, ensuite il fait une analyse succinte des diverses parties de la médecine dont il conclut avec raison que la pratique est certaine étant fondée entierement sur des connoissances de fait et sur l'observation.

Dans chaque classe, l'auteur donne la description et le traitement des maladies qui s'y rapportent; il les analyse en praticien, les spécifie, les caractérise, il en fait connoître les causes et prescrit les remedes les plus appropriés pour les combattre. les trois volumes qui vont être publiés ne renferment que les cinq premieres classes qui sont traitées de maniere à nous faire desirer que l'auteur mette au jour le plutot qu'il pourra les autres classes de sa méthode.

nous pensons que l'ouvrage de M. vachier doit être fort utile aux jeunes médecins à qui il est spécialement destiné et nous espérons que les gens charitables qui exercent la médecine dans les campagnes, que l'auteur a aussi en vüe d'instruire, y prendront de bonnes idées de médecine, qu'ils apprendront a se défier d'un zéle qui ne seroit pas éclairé et qu'ils deviendront plus circonspects.

P. Berchez Danie Despatureaux
Baget Crochet

MM. Berchez, Danie, Bagel et crochet que la faculté avoit nommés pour lui rendre compte de l'ouvrage de notre très honorable confrere M. vachier, intitulé Méthode pour traiter ~~toutes~~ les maladies, ayant lu leur rapport à l'assemblée du prima mensis; la compagnie l'a accueilli d'une maniere distinguée en a adopté les conclusions et la faculté consent que le dit ouvrage soit imprimé.

Donné aux écoles de médecine ce 1.er aout 1783

jean charles henri Sallin Doyen

Rapport des commissaires nommés par la faculté

de médecine de paris pour examiner un ouvrage sur la cataracte composé par M. le baron de Wenzel docteur de la même faculté

l'ouvrage sur la cataracte composé par M le baron de Wenzel notre confrere, dont la faculté nous a confié l'examen commence par une apologie

Die 3.a 7bris MM. majault, thierry, pourfour, desessarts, Desbois de libro a M. de Wenzel mox edendo relatores declaraverunt factis et observationibus totum hoc opus innixum esse judicium de libro librumque imprimi probavit facultas

Des moyens que l'art a employés pour la guérison de cette maladie; l'auteur en effet pouvoit-il se refuser à donner des éloges aux diverses tentatives imaginées pour rétablir l'altération des fonctions d'un organe si nécessaire à l'homme et à l'opération de la cataracte qu'il pratique avec succès d'après la méthode de M. Imperé. sans s'appésantir sur cet objet M. de Wenzel passe aux simptomes de la cataracte, il expose ensuite le sentiment des anciens sur cette espèce de cécité qui depuis longtems est reconnue pour être due à l'opacité du cristallin ou de sa capsule ou même à l'opacité des deux. il examine les causes de cette maladie qui lui paroissent fort peu connues, il dit enfin que les médicaments tant internes qu'externes ayant été employés avec succès, il fut évident qu'il ne pouvoit exister d'autres moyens pour laisser le passage aux rayons lumineux, que d'écarter le corps opaque qui y mettoit obstacle. on imagina donc de déprimer le cristallin; cette manière de faire l'opération de la cataracte fut ainsi pratiquée depuis celse jusqu'à notre siecle; alors un chirurgien nommé Daviele reconnut qu'il étoit possible d'inciser la cornée et d'extraire par ce moyen le cristallin. notre auteur après avoir fait le paralelle des deux méthodes par la dépression et par l'extraction, répond aux reproches qu'on fait à cette dernière et démontre sans réplique les avantages qu'elle a sur celle pratiquée par dépression, puis il fait mention des diverses instruments imaginés pour l'exécuter et décrit le sien. après avoir dit quels sont les signes et les simptomes qui indiquent les espèces de cataracte qui sont présumées pouvoir être operées avec succès, il passe aux moyens préparatoires qu'on emploie communément; il les regarde en général comme inutiles il excepte cependant de cette règle des cas particuliers qui peuvent en éxiger, il a la même opinion sur le choix des saisons. il n'approuve pas les divers instruments inventés pour rendre l'oeil immobile pendant l'opération après en avoir donné la raison, il rapporte diverses observations qui servent à prouver que ces instruments pourroient même nuire parceque la main destinée à les tenir, devient nécessaire pour pratiquer avec un des doigts un léger frottement et par ce moyen empêcher la lézion de l'iris. on laisse à ceux qui font journellement l'operation de la cataracte par l'extraction à juger de la validité du sentiment de l'auteur enfin M. de Wenzel après avoir exposé sa méthode de faire l'opération de la cataracte, fournit des observations qui démontrent 1.° les difficultés qu'elle présente lorsqu'il y a opacité de la capsule du cristallin et adhérence avec l'iris 2.° les accidents qui résultent des opérations faites lorsque

Die 3ª Aprilis nominati sunt DD. Malouet, Berches, dicti ad examinandum scriptum quoddam a D. Gentil mox evulgandum de nova potus caffé praeparandi methodo —

De hoc relatio non facta fuit

les vaisseaux de la rétine ou de la choroïde sont variqueux; il survient alors une hémorragie qu'il dit n'être pas suivie de dangers, cependant il ne conseille pas l'opération dans ce cas, parcequ'il regarde le succès comme impossible. 3.° l'opération de la cataracte suivant la méthode de l'auteur se pratique ordinairement en faisant passer l'instrument diagonalement dans la partie supérieure moyenne de la cornée, du coté du petit angle, à la partie inférieure moyenne du coté du grand angle, puis il incise en descendant vers la partie inférieure moyenne du petit angle. Mais il est des cas dans lesquels cette section se fait en sens contraire surtout lorsqu'il y a à craindre que l'humeur vitrée ne s'échappe; la nécessité d'opérer de cette manière est appuyée d'observations qui indiquent des circonstances dans lesquelles il faut faire l'opération de bas en haut 4.° M de Wenzel passe ensuite aux maladies des capsules du cristallin soit antérieures soit postérieures, il rapporte des observations qui tracent la conduite qu'on a à tenir dans ces sortes de cas 5.° l'auteur parle dans cet article des cataractes secondaires qu'il nomme lymphatiques, il dit qu'elles exigent une seconde opération, cequ'il confirme par l'historique d'une maladie de cette espèce. 6.° il trace des préceptes sur les pansements qui doivent suivre l'opération, il les réduit à des moyens très simples, si des cas particuliers mais rares n'en exigent pas de plus compliqués. 7.° il fait mention d'un cas extraordinaire qui est le décollement de l'iris dans une partie de sa circonférence, lorsque cet accident eut empêché le malade de voir. 8.° avant de terminer son ouvrage il parle d'une maladie nommée staphylome, il fait le tableau des divers moyens employés tant par les anciens que par les modernes et dit qu'il a toujours été d'avis d'abandonner ceux de l'iris aux soins de la nature, et propose d'en faire l'incision, lorsque le staphylome est produit par la membrane de l'humeur aqueuse, surtout lorsque cette maladie est de longue durée. 9.° enfin l'ouvrage est terminé par un moyen de faire une pupille artificielle lorsque la pupille se referme à la suite de l'opération ou à raison de quelque maladie de l'organe; l'utilité de cette invention est prouvée par des faits. l'ouvrage de M le baron de Wenzel est rempli d'observations qui confirment la doctrine qu'il établit, nous jugeons conséquemment que la faculté peut y donner son approbation.

Majault, Poissonnier Du perret Desbois de rochefort
Desessarts Thierry, médecin consultant du roi

oui le rapport de Mrs Majault, poissonier du petit thierry & commissaires nommés par la faculté de médecine de paris, pour examiner l'ouvrage de M le baron de Wenzel notre très honoré confrère intitulé observations sur la cataracte & la faculté a cru devoir louer le travail de l'auteur en accueillant d'une manière distinguée les conclusions de Mrs les commissaires et consent que le dit ouvrage soit imprimé

Donné aux écoles ce 3 7bre 1785

jean charles henri Sallin Doyen

Rapport sur des lunettes perfectionnées par M De la Bretinière

Die 1a 8bris Mrs poissonier, millin, de Wenzel, Demours super specillos noros vulgaribusque dicens pro positos a D. De la Bretiniere machinarum confectore

Monsieur le Doyen Messieurs

la perfection des lunettes qui se distribuent au public est une chose qui mérite l'attention de la faculté, parceque les mauvaises lunettes fatiguent les yeux et souvent les altèrent, bien loin de les aider dans leurs fonctions. nous avons examiné par ordre de la compagnie les lunettes que lui a presentées le sieur De la Bretinière opticien, et nous avons trouvé qu'elles étoient très soignées, tant pour la qualité du verre que pour le poli et qu'elles doivent être mises au nombre des meilleures lunettes qui se distribuent dans paris.

fait a paris le 17 7bre 1785 Millin

poissonier Du petitz ex doyen et censeur

Demours le baron de Wenzel

Mrs poissonier & que la faculté avoit nommés pour lui rendre compte des differentes lunettes que le Sr De la Bretinière avoit soumises au jugement de la faculté, ayant lû leur rapport à l'assemblée du prima mensis, la compagnie en a adopté unanimement les conclusions

Donné aux écoles de médecine le 1er 8bre 1785

jean charles henri Sallin Doyen

De Negotiis, Litibus ac rebus gestis Saluberrimae facultatis

Vix mihi detuleratis honorificum illud munus et facultatis jura

tuendi et ejusdem rationibus jam meis prospiciendi complendique; ecce nuntiatum est impendere nobis quam validissimam tempestatem adversariorum opibus conflatam, non prius equidem illorum mentem sui assecutus, occultasque eorundem artes, quam omnes illorum ingressus vestigiis diligentissimus odoror. adeo astutos homines dolos commoliri ardere vidissem, eoque protervitatis devenisse ut instantissime et sine intermissione ulla apud administros regios efflagitaverant concilii regis decretum quo saluberrimi ordinis statuta et leges rescinderentur. quin imo non dubitarant stolidi et vesani homines regium edictum expostulare quo et saluberrima facultas abrogaretur et facultatem societas exciperet. huc res ceciderant cum apud comitem de Vergennes admissus fui. huic sedulo exposui quodnam internum nostrum regimen, exposui in quo tunc temporis statu versaretur facultas quae tot ac tam putidis calumniis fuerat apud ipsum impetita. neque hoc mihi e memoria excidet, scilicet cum intra colloquium quod per horam et amplius protractum est cum acrius et saepius sermo meus vehementius assistet, cumque facultatis commoda non remissiori oratione propugnavissem, veniam de eo roganti, benignissime retulit vir benignissimus, "je n'ai vu que du zele et soyez assuré que j'estime particulierment votre compagnie".

alterum colloquium totum fuit de insignibus beneficiis quae ab ortu suo ad nostra usque tempora conferre non destiterat saluberrima facultas. saecula quaeque interrogavi, memoravi celeris illustrissimo comiti aedes illas via dicta de la bucherie a facultate emptas, medicinae gratuito edocendae causa, memoravi primas illas omnium lectiones anatomicas ibi decimo quinto saeculo traditas; memoravi amplissimum auditorium saeculo decimo sexto apertum, anatomicum amphitheatrum suis impensis institutum, regente celeberrimo Riolan qui silvium et gauthier d'andernac exceperat, quos audiisse se gloriabatur clarissimus Vesale. aperuerunt illi scholam anatomicam quae prima omnium in europa umquam floruisset, primaque ab alexandrina schola in universo terrarum orbe. memoravi exsuscitatam et reviviscentem continuis facultatis laboribus artem medicam, fugatas omnino ejusdem opera et barbaras voces et barbariores etiam opiniones. memoravi graecorum scripta in vernaculam linguam versa, ipsam denique naturam scientia medica quasi adaequatam. neque eorum plus nomina erga quos quisque tam gratum tamque bene memorem animum gerere debet, appellari quorum non minus perscripta series quam nostra in eos gratitudo ab ipsorum temporibus ad nostra usque crevit continuo aucta et amplificata. quae facultas umquam per totam europam tot tantosque exantlavit labores? quae facultas privatae rei tam obliviosa, publicae tam studiosa? caeterae gallorum facultates regum gentisque liberalitati de origine sua grates rependunt, monspelliensis auctore gaudet henrico secundo; massiliensis

amphitheatrum regiis impensis extructum, sed quid plura? decimo quinto saeculo gallias quater invasit teterrima pestis; quis dicat quanto animo quanto ardore cives omnes omnium imperii regionum adjuverit facultas, testes commentarii nostri, quot grati animi pignora a civibus data fuerint! ineunte eodem saeculo cum voluisset saluberrima facultas incitante cl.o Winslow restitui ligneum Riolani amphitheatrum temporibus destructum, nostrum hoc hodiernum aedificandum curavit: cujus sumptibus non studium quidem facultatis, non civica pietas, bene vero opes victae sunt. neque tamen propositi minus tenacem putaveris saluberrimum ordinem; aes alienum contrahitur, surgit amphitheatrum, totusque in eo ablueno versatur ut et contracti aeris alieni reliquias et mutuatam pecuniam persolvat. verbo dicam adeo munifica, adeo liberalis fuit saluberrima facultas ut non solum mercedi quâ praesentes donabantur nuntium miserit vir quisque medicus, sed et singulis tributum irrogaverit, quo felicius ista publici documenti pars impleretur. neque satis habuit, adeo fervente rerum publicarum studio ardebat, sed et proprio sumptu lectiones chimicas easdemque gratuitas instituit. haec, haec, illustrissime comes, haec facultati debet gallorum gens. quis igitur nunc, quis gallorum regi suadere audeat ut ejus immemorem se praebeat, quae de toto imperio tam bene tam generose merita fuit. non suadebis profecto, ô tu optime administer neque hanc sibi injuriae notam rex inuret qui te tam prudente rerum aestimatore, tam aequo viro, moderatore et duce utitur.

tertium colloquium habitum fuit de obicibus quos objicerent continuo et opinio communis et variae societates quarum jura calcanda forent. jura quidem nec facili opera erui possunt, quae vero inde sequantur, accurate expendit vir civilium rerum callidus; qui enim facultatem parisiensem subverteret, is caeteras per imperium diffusas labefactaret, labefactaret academiam parisiensem cui affinitatis conjunctione devincta est saluberrima facultas, impugnaret supremam regni curiam quae jura in facultatem exercet; quot vero exinde appellationes! ut aestuarent animi, ut turbarentur omnia miscerenturque, ut denique impedimenta enascerentur quibus tanquam obscurissimo Daedalo undique implicitum haereret regium concilium; ista autem omnia quorsum? ideo solummodo ut huic faveas societati quae nedum aliquid utilitatis procreat, maximum contra et documento publico et arti medicae affert detrimentum: quibus memoratis varia retulit acceptaque comes de Vergennes. Sallin

Historia
Magnetismi animalis

Cum rex scire voluisset quodnam esset Magnetismum animale, appellati sunt a D. Barone de Breteuil tres e saluberrima facultate viri medici, nempe MM D'arcet, guillotin et ego, ut sibi ipsi explorata accuratissimé recentiori hoc methodo, quam invenisse se praedicat D. Mesmer, quamque in curandis morbis adhibet D. Deslon ut inquam de eadem ipsi diligentissimé referremus.
haec mihi ideo scripta est epistola die martis 12ª 1784

M Deslon Docteur de la faculté qui emploie le Magnétisme animal pour le traitement de bien des malades, Monsieur, ayant desiré de soumettre ses connoissances à l'examen de plusieurs médecins, M le baron de breteuil après en avoir rendu compte au roi, m'a chargé de vous prier de vous charger de cet examen, conjointement avec MM Darcet et guillotin et de lui en rendre compte pour être mis sous les yeux de sa majesté
J'ai l'honneur d'être Monsieur avec &c

scripsit administro regali M Darcet, ab eoque postularit ut vel ab alio exciperetur, vel alter in ipsius vices appellaretur, propterea quod pluribus jam rege jubente, destineretur negotiis
nullum equidem responsum dedi, quippe qui animo persuasum haberem futuram nunquam fuisse hanc commissionem.
quaesivit a me M guillotin, vir rerum ad facultatem pertinentium studiosissimus quid ego de re praesenti egissem. tunc inter quamplurimos obices, eosdemque saltem ut mihi videbatur, insuperabiles, hos potissimum objeci, quod nempé nobis debellanda foret opinio publica quae jam in magnetismi animalis gratiam efferverebat, quaeque nec tam cito nec tam facile imminuenda videbatur, quod deinde in nostram relationem malé habentes magnetismum animale, innumeri undique debaccharentur, quod demum qualecumque judicium a nobis esset proferendum, ab iisdem identidem praedicaretur et ab occupatis mentibus et a vi peculiaris studii ortum duxisse. unde ego existimabam nullatenus suscipiendam esse a nobis demandatam provinciam, propterea quod praesens commissio, cum non tanta valeret gratia et autoritate ut posset, et malas artes superare et calumnias diluere; insuperque in temporibus cum difficillimis tum facultati molestissimis versaretur, nisi et ipsa

magnetismi animalis partes amplexaretur. momento a me allata totus impugnavit M. guillotin, rogavit que ut simul adirendus alterum e nostris collegis qui cum saluberrimae facultati addictissimus esset, et in procedendo prudens et in rationibus enucleandis sagax evitebat.

Convenimus igitur ad M. Maloet, statuimus que colloquium nobis inveniendum esse. quo colloquio factum est ut Deputati impositum munus susceperint, decreverint que in M. Darcet vices appellandum esse M. Borie qui cum collegarum voto non renuisset, protinus in mentem nobis incurrit rogandum esse administrum regium ut deputatos appellaret in regia scientiarum academia. electos qui in nostris laboris partem venirent. scripta itaque D. Baroni De Breteuil haec epistola fuit.

Monseigneur

Mo baget chirurgiam latino idiomate docenti ex aere facultatis nonaginta libras	90		
ex aere academiae ducentas libras	200		
pro honorario professoribus a rege concesso et a partarum quaestore soluto trecentas libras	300		
pro jure retentionis duas libras	2		

Summa istius paginae est de trois mil huit cent vingt deux livres sept sols onze deniers

vérifié 3,822 l. 7. 11
Thiery

M jannet chirurgiam gallico idiomate docenti ex aere facultatis nonaginta libras	90	
ex aere academiae ducentas libras	200	
pro honorario professoribus a rege concesso et a portarum quaestore soluto trecentas libras	300	
pro jure refusionis duas libras	2	
M bertholet utriusque pharmaciae professori ex aere academiae ducentas libras	200	
pro honorario professoribus a rege concesso et a portarum quaestore soluto trecentas libras	300	
pro jure refusionis duas libras	2	
M simonnet materiae medicae professori ex aere facultatis nonaginta libras	90	
ex aere academiae ducentas libras	200	
pro honorario professoribus a rege concesso et a portarum quaestore soluto trecentas libras	300	
pro jure refusionis duas libras	2	
M pousse antiquiori scholarum Magistro quatuor libras	4	
M bourdin Decano quatuor libras	4	
M° saltin exdecano duas libras	2	
Caput tertium		
pro Demonstrationibus in amphitheatro solvit decanus		
M Doublet pathologiae professori pro anatomia in amphitheatro celebrata triginta libras	30	
pro impensis hujus cursus centum et sexdecim libras octo assibus	116	8
M bagot chirurgiae latino idiomate professori pro operationibus expositis et celebratis triginta libras	30	
pro impensis hujus cursus nonaginta octo libras cum duodecim assibus	98	12
M jannet des langrais chirurgiae gallico idiomate professori pro operationibus expositis triginta libras	30	
M gourdelly qui partes fecit et [illegible] triginta libras	30	
pro impensis hujus cursus octoginta et sex libras cum octo assibus	86	8
M Defrasne qui matronas edocuit quinquaginta libras	50	
eidem pro altero cursu quinquaginta pariter libras	50	

Summa istius paginae est de deux mil deux cent dix sept livres huit sols

2217tt 8s

vérifié Thiery

pro impensis utriusque capsis centum et ad... quinque asses	109	7
pro impensis ... pharmaceutica a M. ... celebrat. quadraginta et septem libras	27	

Caput quartum

pro rectorem amplissimum toto praecedente ... mentaculi comitantibus doctoribus solvit decanus die 17a decembris anni 1780 ... doctoribus decano et apparitoribus decem calculi argentei unde ... summa decem et septem librarum cum decem assibus	17	10
pro offertorio viginti et quatuor assibus	1	4
die 11a martii anni 1781 ... doctoribus decano et duobus apparitoribus rectorem comitantibus ad ... praecedentem decem calculi argentei distributi fuere unde ... summa decem et septem librarum cum decem assibus	17	10
pro offertorio viginti quatuor assibus	1	4
die vigesima junii 1781 doctoribus decano et duobus apparitoribus rectorem comitantibus praecedentem ad ... decem calculi argentei distributi sunt unde ... summa decem et septem librarum cum decem assibus	17	10
pro offertorio viginti et quatuor assibus	1	4
die 6a ... 1781 ... doctoribus decano et duobus apparitoribus rectorem comitantibus ... praecedentem ad ... jacobinum ab alto passu decem calculi argentei distributi sunt, unde ... summa decem et septem librarum cum decem assibus	17	10
pro offertorio viginti quatuor assibus	1	4
die undecima aprilis 1781 pro ducis ... ac natalitiis, aliam universitate ad ... praecedente, ... doctoribus decano et duobus apparitoribus distributi sunt viginti et novem calculi argentei, unde ... summa quinquaginta librarum cum quindecim assibus	50	15

Caput quintum

Pro Rebus sacris solvit Decanus

pro anniversario M. guillelmi ... viginti quinque libras	25	
pro anniversario M. michaelis de ... octo libras	8	
D. de la grange facultatis capellano pro missis et obitibus in scholarum ... per annum celebratis centum viginti novem ... septem assibus		

Summa istius paginae est de trois cent quatorze livres dix huit sols

verifié 314# 18s
Thiery

et sex denariis	129	7	6
apparitoribus per hoc tempus ad sacra ministrantibus viginti septem libras cum sex denariis	27		6
D.° trudon cerario pro candelis cereis per annum suppeditatis ducentas septuaginta libras	270		
in sacro solemni celebrato die dissolutae facta in scholarum sacello Doctoribus decano et apparitoribus distributi fuere centum et novem calculi argentei unde exurgit summa ducentarum et octo librarum cum quinque assibus	208	5	
D.° cruchot pro offertorio et ramis die dissolutae facta decem libras	10		
pro bajulis ornamenta afferentibus unam libram cum quatuor assibus	1	4	
Doctoribus funera M. de bretonne comitantibus decano et apparitoribus distributi fuere sexdecim calculi argentei unde exurgit summa viginti et octo librarum	28		
pro requie aeterna illius animae in facultatis sacello doctoribus decano et apparitoribus novem calculi argentei distributi fuere unde exurgit summa quindecim librarum cum quindecim assibus	15	15	
Doctoribus funera M. gauthier comitantibus decano et apparitoribus distributi fuere sexdecim calculi argentei unde exurgit summa viginti et octo librarum	28		
pro requie aeterna illius animae in facultatis sacello doctoribus decano et apparitoribus novem calculi argentei distributi fuere unde exurgit summa quindecim librarum cum quindecim assibus	15	15	
Doctoribus decano et apparitoribus adstantibus missae pro natalibus ducis normanniae quadraginta et septem calculi argentei distributi fuere unde exurgit summa octoginta duarum librarum ~~cum~~ cum quinque assibus	82	5	
pro requie aeterna animae M. capmajor in scholarum sacello postulata quindecim libras et quindecim asses	15	15	
pro requie aeterna animae M.i buyon in scholarum sacello postulata quindecim libras et quindecim asses	15	15	
pro requie aeterna animae M.i lieutaud in scholarum sacello postulata quindecim libras cum quindecim assibus	15	15	

Caput sextum
pro facultatis bibliotheca

Summa istius paginae est de huit cent soixante deux livres dix sept sols

verifié 862 + 17 s
Thiery

Solvit Decanus M° Delaplanche facultatis bibliothecae praefecto pro annuâ pensione trecentas libras	300		
M° Sallin qui libros emerat ad usum bibliothecae pro summâ quingentarum et unius librae cum decem assibus, quorum quidem librorum catalogum praebuit bibliothecae praefecto, Decanus solvit summam centum et quinque librarum cum sex assibus, siquidem jam accepisset M. Sallin a D° prieur du petit pont idem libras summam trecentorum nonaginta et sex librarum cum quatuor assibus	105	6	
Theodoro petro cuchot pro annuo ministerio ad bibliothecam pertinente quinquaginta libras	50		
Caput septimum pro annuis pensionibus			
M° de Gévigland pro reditu annuo summae quatuor millia librarum quam ab illo accepit facultas, solvit Decanus quadringentas libras	400		
Viduae M. Viellard quadringentas libras	400		
Viduae M. Dienert quadringentas libras	400		
Viduae M. paris trecentas libras	300		
D.ae Bodin filiae M. Vasse centum et quinquaginta libras	150		
filiae M. pathiot centum libras	100		
M° Desessarts antiquo Decano pro annuo reditu summae triginta et septem millium sexcentarum quinquaginta quinque librarum et quindecim assium, summam octingentarum octoginta duarum librarum supra mille cum quindecim assibus et novem denariis	1882	15	9
D.ae bureau pro reditu annuo summae centum et undecim librarum supra mille quam facultas ab ea accepit, summam centum librarum	100		
D.ae Velaij pro reditu annuo summae quinquentarum librarum supra mille quam facultas ab eâ accepit, centum et quinquaginta libras	150		
curatori testamenti D. De Cursay, quadraginta octo libras	48		
D° Vaubertrand pro reditus annui sex mensibus centum et quinquaginta libras	150		
Caput octavum pro tributis annuis			
pro pauperibus juxta senatûs consultum asses tredecim		13	

Summa istius paginae est de quatre mil cinq cent trente six livres quatorze sols neuf deniers ——— verifié 4535. 14. 9d

Thiery

theodoro petro couchot ob reditus facultatis acceptis octodecim libras	18		
Caput nonum			
pro impensis annuis ad comitia, scholas inferiores et aedificia pertinentibus solvit Decanus D° guilleau facultatis typographo qui per annum schedulas monitorias, programmata, chartas invitatorias, libellos memoriales typis commisit sexcentas et septuaginta cum una libras	671		
abbati Hae quadraginta et novem libras cum uno asse et octo denariis	49	1	8
pro actis scriptis diversorum novem libras	9		
D° Dieu qui programmata valvis affixit centum et decem libras	110		
D° de lespine pro papyro et aliis ad eosdem memoriales pertinentibus triginta cum una libra	31		
D° Dubois pro libris pelle vitulina ac impressis obductis quinquaginta et octo libras cum octodecim assibus	58	18	
D° couchot pro stipendio a facultate concesso summam ducentarum et viginti librarum	220		
Viduae nourry tegulorum reparatori quadraginta et quinque libras cum septem assibus	45	7	
D° Dumenne qui horologium pendulum in scholis superioribus per annum curavit duodecim libras	12		
D° couchot pro ignibus per annum accensis centum et octoginta libras	180		
eidem D° couchot pro aulaeis per annum tum in sacello tum in scholis inferioribus parietibus affixis centum et undecim libras	111		
eidem D° couchot pro pane, azimo, vino, lintris, calamis suppeditatis et reparatio viarum dictarum la bucherie et st jean de beauvais sexaginta libras	60		
Caput Decimum			
pro donis, caeremoniis et aliis impensis juxta libellum a petro theodoro couchot suppeditatum eidem octingentas et viginti sex libras cum decem septem assibus solvit Decanus	826	17	
Caput undecimum			
De comitiis			
pro viginti et quatuor comitiis dictis prima mensis, Decto			

summa istius paginae est de deux mil quatre cent deux livres trois sols huit deniers

verifié 2402 – 3s 8d
Thiery

-ribus qui relationes fecerunt Decano et apparitoribus distributi fuere trecenti octoginta et octo calculi unde emergit summa sexcentarum septuaginta et novem librarum 679

Caput Duodecimum

D.º Sallin pro oblitis et nonnumeratis ducentas et quadraginta libras 240

Caput Duodecimum

De litibus

Decanus solvit centum calculos D.º Siran cubiculario ministro D.ⁱ Séguier pro lite cum D.º Varnier, unde emergit summa centum et septuaginta quinque librarum 175

D.º De Bonnieres pro eadem lite centum calculos unde emergit summa centum et septuaginta quinque librarum 175

D.º Coutault procuratori facultatis in eadem lite quinquaginta calculos unde emergit summa nonaginta et septem librarum cum decem assibus 97-10

In eadem lite legatis facultatis MM. Millin, Le Zurier, Mollan, Desbois, Jumnoznet, Thallot, unicuique sex calculos, Decano duodecim, unde emergit numerus quadraginta et octo calculorum, ideoque summa octoginta et quatuor librarum 84

Finis tabulae expensi

Summa istius paginae est de mil quatre cent cinquante livres dix sols ——— verif. 1450# 10s
Thiery

21 Nov. 1791.

Anno Domini millesimo septingentesimo nonagesimo primo, die vero Veneris vigesima quinta mensis novembris, hora post meridiem tertia Saluberrima facultas parisiensis convocata ut audiret rationes primi anni Decanatus magistri Sallin, ratas et gratas habet unanimi consensu dictas rationes, salvo articulo qui legitur inferioribus lineis ++ vide pag. 826 ubi clarius hic error +
paginae 817 in quibus error est sive in numero ~~[illegible]~~ studiosorum vel in summa 2850#. Concedit dicto magistro Domino Sallin quinquaginta et centum libras, majori apparitori triginta libras et minori centum

Comptes d. Nov. 1784 à Nov. 1785, Chap. 211 [illegible]

et quinquaginta libras. juxta statuta distribuendas esse singulis doctoribus praelationibus dulciis et cansariis duas cedulas argenteas, antiquiori et Decano quatuor unicuique bidello unum agnoscitque tiam expensam superare acceptum de trois mille deux cent cinquante neuf livres, treize sols, huit deniers et six centimes

Approuvé l'écriture. Desjean Bercher. E. C. Baulie, Decanus.
Thiery major. Morisot. Daniel. Leys. Robert
Donglée. Voussin de Moncabourg. Pro Mo Des Essarts et Mahaut. 1750
Duhamme. Certe. Maignet. Le Veux. Dumangé
Nollan. Bosquillon. Guilbert. Jolie. Girson
Lezennec. Jumelin. Chaucaux. Defrasne
Baget promus et pro Vachier. Mallet. Montaigu et pro D. 1750
Thiery et pro D. Cosnier. Demours. Darce. Lauby. Laverne
M. A. Petit et pro D. Dorigny. Gévaudy. Petit-Radel
Calmés. B. J. Borie promus et D. J. J. Le Roy. Bourbon de la Hanelle. Lanigan
Pro D. Desgrigland. pro domino dela Breuille et maloue. Gallien. Lafitte. Dalton
Cowilare. Cochu. Baudier. Guilotin
C. Alezurier. Mariniau
N. Jeanroy. Bourru. Thouvenel

Favente Deo

Commentarius rerum in Saluberrimâ Facultate Medicinae Parisiensi Gestarum, cúm Tabulis accepti et expensi

a Die Sabbati quintâ mensis novembris anni 1785 ad diem Sabbati quartam mensis novembris anni 1786

Magistro Joanne Carolo henrico Sallin Graiaco iterúm Decano

anno domini 1785 die sabbati quinta mensis novembris a decano facultatis rite convocata per sequenti schedula ab apparitoribus ad singulos doctores delata convocentur doctores omnes medici in scholas superiores die sabbati 5a mensis novembris anni 1785 hora decima matutina post sacrum, decanum et professores et bibliothecae praefectum electuri. datum parisiis die lunae 31 8bris anni 1785 joannes carolus henricus Decanus

congregatis doctoribus, decanus deposuit et munus et decanatus insignibus eorumque quae per annuum magistratus sui gesta fuerant rationem exhibuit deinde emeriti professores gestae suae provinciae rationem pariter reddiderunt, egeruntque gratias saluberrimo ordini.

mox sorte ducti sunt pro more solito quinque electores decani et professorum tres scilicet de majori ordine, duo de minori

de Majori ordine fuerunt MM. p.j. Macmahon.
j.j. millin
steph. duhaume.

de minori ordine MM. bern. nich. solier
p. franc. bourdet

hi quinque electores praestito inter manus decani solito sacramento in sacellum secesserunt ad decani et professorum electionem peragendam. ad comitia reduces ex sacello electores facultati dixerunt M.o Macmahon suo aliorumque electorum nomine verba faciente quod M. joannem carolum henricum sallin decanum in alterum annum prorogabant et hoc probavit unanimi consensu saluberrima facultas. mox retulerunt se in professorem scholarum elegisse

ex majori ordine M. joan. nicol. millin la courvault
ex minori ordine M. M. j.j. paulet
j.j. lerouse des tillets

sorte ductus est M. j.j. paulet

in professorem chirurgiae idiomate latino docendae

De Majori ordine M. nat. nicolaum mallet
de minori ordine M. j. franciscum marinier
M. j.j. rolland

sors favit j. francisco marinier

in professorem rei herbariae

de majori ordine M. stephanum pourfour du petit

de minori ordine M thomam leracher de hautoutre
M lud. carolum hallot
sors fuit M.o stephano pourfour du petit
in professorem pharmaciae
de majori ordine M stephanum guspin du lanne
M maximil. josephum bijs
de minori M benj. michel solier de la romillais
sors fuit m.o benj. mich. solier de la romillais
in professorem chirurgiae idiomate gallico docendae
de majori ordine M j. b. alexand. maigret
de minori M theobaldum ni Zon
M jos. franciscum bourdier
sors fuit M jos. francisco bourdier de la moulière
electoribus deinde in bibliothecae praefecturâ M de la planche
prorogandum postulantibus, benigne annuit ordo saluberrimus. hi porro
quinque professores et bibliothecae praefectus solito praemiserunt sacramento
inter manus decani se diligenter suo officio functuros esse et sic comitiis
concludit joannes carolus henricus quod decanatus insignia receperat.

Quaestiones Quodlibetariae Pathologicae

pro solito scholarum more die 17.a novembris 1785 post matutinalia de quodlibetaria quaestione pathologicâ disputavit inordinatus M mich. henr. chifra respondente franc. gasp. dido. in Valentino in delphinatu doctore medico Valentinensi necnon facul. med. parisiensis baccalaureo et talis fuit quaestio affirmative conclusa

an hydropi Venae sectio

eodem die circa horam undecimam major facultatis apparitor attulit quaedam facultatis decreta tum nomine et cognomine doctorum parisiensium actu regentium. sequuntur nomina honorandorum magistrorum nostrorum in saluberrima facultate parisiensi actu regentium anno domini 1785

Magistri

ludovicus maria Louse
hyacinthus theodorus baron
franciscus felicitas cochu
claudius carolus de jean
michael josephus mazeault
michael philippus benvant
laurentius ferret
ludov. guill. le mounier
benj. lud. lucas de laurembert
petrus bercher
josephus maria franciscus laffome
petrus de lahouette
natalis maria de gérigland
joannes stephanus guettard
carolus lud. lizet
petrus poissonier
joannes claudius meunier
stephanus penefons du petit castel
antonius petit
ludovicus gabriel dupré
bartholomaeus tussanus le clerc
nat. andreas j. b. chesneau
dionisius peautier de la breuille
stephanus ludovicus geoffroy
petrus augustus adet
ludov. j. b. cosnier
anna claudius dorigny
franciscus thiziri
joannes macmahon
ludov. alexander gervaise
claudius franciscus guiand das
jacobus ludo. albeaume
carolus guille de st leger
petrus ludovicus maria madoët

petrus josephus morisot deslandes
ciriacus vadier
guido danié des patureaux
joannes desemet
camille josephus leijs
marinus jacobus clerasimbert
guillelmus françée
fr. lud. thomas douglée
natalis nic. mallet
joannes armand. soupin de montabour
stephanus grossin du haume
p. j. claudius mauduijt de la varenne
Caesar costé
achilles guillelmus lebegue de presle
nicolaus jeaureij
cosme augustinus le zuire
simon vacher
j. carolus stallin decaens
ludovicus gil. alex. boijrot de ponchereij
hugo guthier
franciscus thijeri de bussij
joannes dosset
josephus philip
j. l. a. maigret
car. lud. franç. audrij
joannes stanislaus mittié
josephus jacobus gardanne
joannes antonius elie de la poterie
edmundus claudius bourdier
ludovicus claudius queilbert
paulus gabriel le preux
ant. j. b. maclorius guenet
henricus raimond
joannes baptista langlois

ludovicus alexander de césan
joannes carolus desessarts
joannes colombier
bertrandus dupuij
thomas levacher de la feutrie
j. bap. eugenius du mangin
j. augustinus coutavoz
franciscus maria le moine
carolus j. lud. coqueseau
josephus ignatius guillotin
claudius de la sippe
benj. mich. solier
j. j. rolland
antonius laurentius de jussieu
claudius andreas goubellij
philippus alexander bacher
claudius ant. caille
sanctus ludovicus grandant
j. j. paulet
j. j. franciscus marsille de chanseru
lud. carolus henricus macquart
eduardus fran. maria bosquillon
jacobus franciscus de villiers
theobaldus mi zon
carolus jacobus saillant
henricus joannes bajet
josephus cotton
j. fr. achilles de lalore
lud. desbois de rochefort
antonius chaumont sabbattier
felix vicq d'azir
thomas le teneur
j. j. de la porte
j. b. jumelin

joannes mathaeus de fraque
Vincentius Ludovicus alph. levi
j. b. baiquerez
cl. franciscus du clauxy
deodatus jeauroy
maria Zorobabel meunier
augustinus thouret
henri alexander tessier
joannes thouvaux
joannes renatus tigault
christ. nicolaus de jussieu
j. natalis hallé non regens
michael fran. de la planche
edm. joachimus bourdois de la motte
tussanus franciscus nicolaus nasier
franciscus doublet
franciscus nicolaus simonnet
j. b. claudius jeannet des Longrois
augustinus roussel de Vauzesme
j. j. Le roux des tillets
Lud. carolus hallot
j. franciscus marinier
j. b. josephus théry
antonius mathieu
ant. franciscus de fourcroy non regens
claudius Ludovicus berthollet
stephanus crochet
paulus aug. olivarius mahon
petrus lassusolle
henricus her. champagne du fresnay
j. ego Zieum de la guerenne non regens
nicolaus chambonde montaux non regens
jacobus baro de Neuzel
j. nicolaus corvisart desmarets

ant. jos. Victor Léndormy lancourt
petrus pujo
nicolaus franciscus La Verne
renatus louiche des fontaines
philippus petot radol
Lud. cyprianus Le montaign
ant. ph. fr. j. des marescaux
j. franciscus boudier de La mouliere
j. b. adrianus rozé de Lépinoy
antonius petrus de mons
j. j. hieronimus Ducos
j. j. gilles
matthaeus gérard
eodem die probata sunt per scrutinium responsa quae fecerat baccalaureus
M.^{es} franciscus gaspardus Piderou in sua thesi quodlibetaria
Die vigesima quarta novembris disputavit in ordine suo quodlibetaria quaestione M.^{es} simon ant. bringaud, respondente philiberto borne nivernensi baccalaureo; talis autem erat quaestio affirmative conclusa
an phthisis ultimum gradum sanet usus aquae cautericalis?
eodem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei
Die vigesima secunda decembris anni 1785 M.^{es} j. nicolaus millin de La courveault disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo respondente carolo nicolao beauvais de préau aurelio baccalaureo
talis autem fuit quaestio affirmative conclusa
an congestioni abdominali Lacteae puerperarum mantre, vulgo, febris puerperalis dictae, ipecacuanha?
eodem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei
Die nona mensis februarii anni 1786 M.^{es} petrus josephus morisot des landes, disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo respondente baccalaureo claudio bartholomaeo joanne Le clerc parisino. talis autem fuit quaestio affirmative conclusa
an morborum, cessante menstruum fluxu, therapeia, quae difficillima, rationali medicinâ duce felicior?
eodem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei.

die vigesima prima februarii anni 1786 M. jacobus gourlez de lamotte disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo bernardo nicolao plumet parisino, talis autem erat quaestio affirmative conclusa

an detur dysenteria cui kina sit specificum?

eadem die probata fuere per scrutinium responsa baccalaurei

die vigesima tertia februarii M. jacobus franciscus couturier disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo francisco theodoro henrico coutte parisino. talis autem erat quaestio affirmative conclusa

an statibus lacteis drastica?

eadem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei

die vigesima octava mensis februarii M. edmundus thomas moreau disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo petro augusto adet parisino; talis autem fuit quaestio affirmative conclusa

an inter spasmodicos affectus plures intermittens?

eadem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei

Quaestiones Medico chirurgicae

die 7a mensis martii 1786 M. l. p. f. renatus lethieullier disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo francisco gaspardo dideron valentino in delphinatu. talis autem fuit quaestio affirmative conclusa

utrum in actionibus manu medica impenda neotericorum timiditas an veterum audacia

eadem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei

die nona martii M. lud. maria maloet disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo philiberto borie parisino. talis autem fuit quaestio affirmative conclusa

an ad extrahendum calculum dissecanda ad pubem vesica.

eadem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei

die 14a martii M. carolus gille de st leger disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo francisco theodoro henrico coutte parisino. talis autem erat quaestio affirmative conclusa

utrum ani fistula ferro tutius quam causticis aut ligatura curetur?

eadem die probata sunt per scrutinium responsa baccalaurei

die 16a martii M. jacobus ludovicus alleaume disputavit de quodlibe-

-laria quaestione in ordine suo, respondente petro augusto adet parisino
talis autem fuit quaestio affirmative conclusa
an Vulneribus et ulceribus succus gastricus
eodem die probata fuit per scrutinium responsa baccalaurei
die 21.ª martii M. claudius franciscus grandclas disputavit de quod libe-
taria quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo carolo nicolao beauvais
de spéau, talis autem erat quaestio affirmative conclusa
an simplicia pulmonum Vulnera acie facta, solis diaeta et Venae-
sectione curantur?
eodem die probata fuit per scrutinium responsa baccalaurei
Die 23.ª martii M.er lud. alex. gervais disputavit de quod libetaria
quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo claudio barth. Leclerc
talis autem erat quaestio affirmative conclusa
an Legitimae Vulnerum suppurationi promovendae certior peruvianus?
eodem die probata fuit per scrutinium responsa baccalaurei.
Die 28.ª martii M. joannes macmahon disputavit de quod libetaria
quaestione in ordine suo, respondente baccalaureo bernardo nicolao
plannet parisino
talis autem erat quaestio affirmative conclusa
an noxiae sint Vulneribus turundae?
eodem die probata fuit per scrutinium responsa baccalaurei:

Quaestiones Disputatae
in utramque partem
pro Vesperiis et Doctoratu. anno 1783

die 7.ª 7.bris pro Vesperiis M. claudii bartholomaei joannis Leclerc, praeside M. bartholomaeo tussano Leclerc
an sanitati tuendae | Victus tenuis?
| exercitatio?

Die 16.ª pro doctoratu ejusdem
an morbi frequentiores et curatu difficiliores apud | divites?
| pauperes.
Die 9.ª 7.bris pro Vesperiis petri augusti adet, praeside petro augusto adet
M. Le Vacher de La feutrie Vices gerente
an aer Vitalis inspiratus pulmonem fovet? purget?

die 18.ª pro doctoratu ejusdem an lumen solare utile plantis? hominibus?

Die 11.ª 7.bris pro Vesperiis M. francisci lennii theodori corette, praeside M.º stephano poncher du petit. an longior felicior que vita, temperantia? intemperantia?

Die 19.ª 7.bris pro ejusdem doctoratu, an in mania salubrior musica viris? foeminis?

Die 20.ª 7.bris pro Vesperiis M. philiberti borie, praeside joanne baptista eugenio du mangin

an spasmorum causa causae? effectus? libidines.

die 22.ª 7.bris pro ejusdem doctoratu

an paralyseos causa? effectus? apoplexia

die 21.ª 7.bris pro Vesperiis M. caroli nicolai beauvais de préau, praeside M.º joanne nicolao millin de la courvault

an aer plurimum confert sanguinis circuitui? alimentorum digestioni?

die 23.ª 7.bris pro ejusdem Doctoratu

an considerari possint tanquam morbi salutares coriza fluxus hemorrhoidalis

Die 26.ª 7.bris pro Vesperiis M. bernardi nicolai plurinet, praeside M. joanne augustino contavoz

an somnus post prandium utilis? noxius?

die 28.ª 7.bris pro ejusdem doctoratu

an rheumatismi acuti eadem ac arthritidis indoles? curatio?

Die 10.ª 8.bris pro Vesperiis francisci gaspardi dideron, praeside M.º josepho philips

an caro assa praestet elixa? vegetabilibus pejor?

die 21.ª 8.bris pro ejusdem Doctoratu

an offa salubris? post offam meri scyphus

orationes inauguratoriae

Die dominicâ vigesima mensis novembris anni 1785, horâ ipsâ post meridiem quartâ M. Ludovicus Desbois de rochefort scholarum professor pro scholarum solemnitate inaugurationis, de officiis medicorum publica oratione dixit

Die dominica vigesima 7.ª mensis novembris horâ ipsa post meridiem quartâ M. stephanus crochet ~~chirurgiae~~ professor gallico idiomate pro scholarum chirurgicarum inaugurationis sollemnitate dixit de naturâ et arte consideratis sub aspectu duplici Medicinae et chirurgiae.

Cursus Publici

M. stephanus crochet die lunae duodecima decembris 1785 operationes chirurgicas idiomate gallico edocuit et diebus sequentibus, demonstrante claudio andreâ goubelly salub. facultatis medicae parisiensis doctore

Die mercurii vigesimâ secundâ mensis martii, anni 1786 hora decimâ matutina et diebus sequentibus M. josephus ignatius guillotin scholarum professor corporis humani partium structuram et usus super humano cadavere publicatus edocuit et partes oculis subjecit.

Die Lunae vigesima quarta aprilis 1786 hora ipsâ post meridiem quarta et diebus sequentibus M. joannes mathaeus de frasne anatomes et artis obstetriciae professor, in gratiam matronarum, cursum anatomicum ad artem obstetricium pertinentem perfecit, demonstrante claudio andreâ goubelly sal. fac. med. parisiensis Doctore medico

Die Lunae octavâ mensis maii 1786 horâ decimâ matutina et diebus sequentibus M. joannes jacobus nollau chirurgiae professor operationes chirurgicas publicè exposuit, manuum industriam praestante M. claudio andreâ goubelly f. f. med. paris. doctore regente

Die Lunae secunda octobris 1786 horâ post meridiem tertia et sequentibus diebus M. joannes mathaeus de frasne artis obstetricidae professor in gratiam matronarum theoricè et practicè artem obstetricium exposuit, manuum industriam praestante joanne nicolao corvisart desmarets sal. facul. med. parisiensis doctore regente

Die Lunae decima quarta mensis augusti anni 1786 horâ ipsâ undecimâ matutinâ et diebus sequentibus M. natalis nicolaus mallet pharmaciae specimen exposuit, operationibus pharmaceuticis manuum et industriam

praestitit M. joannes baptista pia de grand champs pharmacopaeus parisiensis peritissimus.

Acta et comitia facultatis Medicae Parisiensis.

Die mercurii vigesimâ tertiâ mensis novembris anni 1785, facultas saluberrima rite convocata fuit per schedulam omnibus doctoribus ab apparitoribus delatam et sequentibus verbis expressam.

convocantur doctores omnes Medici, in scholas superiores die mercurii vigesima tertiâ mensis novembris anni 1785, horâ decimâ matutinâ post sacrum 1.° de saluberrimae facultatis codice inscriptionum deliberaturi, 2.° artis obstetriciae professorem electuri. datum parisiis die sabbati decimâ nonâ ejusdem mensis et anni.

J. Carolus henricus Decanus.

igitur eadem die duplicem registrum philiatrorum inscriptorum nomina continentem, diligentiâ et curâ vigilantissimi M. sallin decani, renovatum et regularissimum accepit saluberrima facultas, atque in decreto unanimi voce lato grates persolvit decano saluberrimus ordo. artis obstetriciae autem professor appellatus fuit M. nicolaus franciscus La Verne.

Die mercurii vigesimâ primâ convocata fuit facultas per schedulam sequentem convocantur doctores medici omnes die mercurii vigesima prima mensis decembris anni 1785, horâ decimâ matutinâ, examinatores qui baccalaureos de chirurgiâ interrogaturi sunt, electuri. datum parisiis die sabbati decimâ septimâ ejusdem mensis et anni. J. carolus h. Decanus

eadem die pro examine chirurgicarum operationum in virili cadavere sorte ducti sunt electores MM. gentil, baget, de La planche, corvisart montaigu, electi verò MM. thauraux, mahon, champagne, bourdier.

Convocentur doctores omnes medici in scholas superiores die sabbati vigesimâ primâ mensis januarii et diebus dominicae, lunae, martis, mercurii, jovis et veneris proximè sequentibus, anni 1786, ab horâ post meridiem sextâ ad septimam, baccalaureos operationes chirurgicas, super virili cadavere exercentes propriis manibus, a decano et clarissimis examinatoribus interrogatos audituri et si libuerit interrogaturi. datum parisiis die lunae decimâ sextâ ejusdem mensis et anni

J. carolus h. decanus

convocantur Doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati vigesimâ octava mensis januarii anni 1786 horâ decimâ matutina post sacrum, candidatorum examinatores electuri, de comitiis publicis a clmo Malouin institutis pro tertia et ultima vice deliberaturi et ad comitia mense junio hujusce anni habenda deputatos electuri. 3° clarissimos examinatores de baccalaureis qui operationes chirurgicas propriis manibus executi sunt in viri li cadavere referentes audituri et postea suum judicium per scrutinium laturi

Datum Parisiis die jovis vigesimâ sextâ ejusdem mensis et anni.

f. carolus li . Decanus

eodem die, convocato saluberrimo ordine, electores deputatorum examinis candidatorum baccalaureatus sorte ducti sunt MM. Lourseur du Petit, Le clerc, gentil, roze de l'épinoy, géraud, electi autem examinatores fuerunt MM bourdu, contavoz, mizon, La verne.

eodem die MM. millen, Le clerc, boudois, poulet, de La planche, corvisart electi fuerunt ad examinandas res ad publica comitia spectantia.

eodem die examinatorum in chirurgicas operationes relationem audiit facultas saluberrima, et cum iis grata et rata sunt baccalaureorum responsa sequitur relatio deputatorum ad examen chirurgiae.

juxta mandatum nobis commissum vigilantissime Decane, viri medicinae proc.; novam baccalaureis vestris aperuimus palestram, examen chirurgiae; inde nova illis gloriae seges, inde nova triumphi pompa. unum enim quemque et omnes per intima hujusce artis penetralia curiose interrogatos deduximus, omnes apposite respondentes, nodos quaestionum intricatissimos recte dissolverunt, alii doctrina et scientia, alii simul et eloquio et sermone ita praestantes astitere, ut ad hanc difficillimam artem exercendam informatos potius et instructos judicaveritis. itaque vestro dixerimus, omnes ad unum, illaesa vestrum judicii libertate, ad medicinae incrementum et ad coetus saluberrimi honorem, gratos et bene acceptos admittimus.

Maloens Lhauseur

Dubosquoy bourdois

convocata fuit saluberrima facultas die sabbati quarta mensis februarii anni 1786 horâ decimâ matutinâ post sacrum schedulâ sequenti.

convocantur Doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati quarta

mensis februarii anni 1786 horâ decimâ matutinâ post pacem, in locum clarissimi collegae nostri M. desbois de rochefort, fato functi scholarum professore electuri. datum parisiis die mercurii primâ ejusdem mensis et anni   j. carolus li   Decanus

igitur eadem die in locum M. desbois professor scholarum M. goubelly et pro acclamationem M. corvisart in locum M. goubelly appellatus fuit

et sic conclusi j. carolus li fallier Decanus

Gentil   Le Zuriez   challot
simmonnet

Die decimâ octavâ mensis martii ritè convocata fuit facultas saluberrima per schedulam sequentem cuicumque doctori ab apparitoribus delatam.

convocentur doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati decima octava mensis martii anni 1786, horâ decimâ matutinâ, ut testimonialium litterarum a candidatis afferendarum examinatores nominaturi et eorumdem supplicationem audituri et postea deliberaturi. datum parisiis die sabbati undecima ejusdem mensis et anni   j. carolus li   Decanus.

eadem igitur litterarum testimonialium candidatorum nominati sunt examinatores MM. Le Zuriez, bosquillon, le tenneur, baget, mahon, lenidier et audita fuit candidatorum supplicatio.

convocentur doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati prima mensis aprilis anni 1786, horâ decimâ matutinâ post rem sacram, deputatorum qui a facultate praepositi fuerunt examinandis candidatorum litteris, relationem audituri datum parisiis die sabbati vigesimâ quintâ ejusdem mensis et anni

j. carolus li   Decanus

eadem igitur die ritè convocata saluberrima facultas audivit deputatorum relationem.

Vigilantissime decane, viri ... proceres, decreto vestro die 18â mensis martii lato, nobis commissi ... litterarum candidatorum qui vestris benignis sub auspiciis, ardenti ... desio, baccalaureatus gradum assequendi in ordine vestro saluberrimo. usque ... ... litteras:

... ... antonius bottman ut testantur litterae legitimi ortus et baptismi natus est ... ..., in parochiâ s.ti joannis baptistae ex legitimis parentibus d.o antonio bottman et annâ mariâ baptea, die eadem baptizatus in ... parochia in domo illustrissimi ... privatum ex necessitate per d.um perron obstetricatorem et chirurgum regium. signatum ...
vicarius 18.a ... anni 1769.

huic subjunxit litteras testimoniales antonii stanislai episcopi subsigna
tam Varsoviae die 27.ª mensis aprilis 1769 quae confirmat testimonium supra
memoratum. ut indicet suam in patria bonam famam prioribus testimoniis
addidit litteras consiliarii aulici illi concessas a poloniarum rege die 7.ª mensis
januarii 1783. renuntiatus est M.er in artibus in alma universitate parisiensi
die 19.ª mensis augusti anni 1785 et doctoratus gradum ex litteris illi concessis
adeptus est remis die 20.ª xbris anni 1785. de bonis moribus ejusdem antonii
bottman testantur clarissimi collegae nostri MM. mahon, crochet, La Verne
secundus se offert gerardus Lanigan Waterfordiensis hibernus die 13.ª junii
1760 natus quod demonstrabunt litterae baptismi quas bene suppeditabit.
offert litteras testimoniales lectionum quas excepit sub ill. Le lehreur
de chirurgia latina, solier de pathologiâ, Langlois de physiologiâ, hallot
de materia medicâ, duhamme de pharmacia a remigialibus anni 1781 ad festum
ss. petri et pauli anni 1784. baccalaureatus gradum obtinuit in universitate
medica remensianâ die 16.ª mensis martii anni 1786. ex litteris illi concessis
quae mentionem faciunt illum artium liberalium et philosophiae esse
magistrum. die sabbati 18.ª ejusdem mensis et anni Licentiatus gradum obtinuit
die martis 21.ª ejusdem mensis et anni ad lauream doctoralem promotus est.
litteras illo testimoniales honorificentissimas concesserunt et suo sigillo proprio munierunt
collegae nostri clarissimi MM. doret, duchanoy, paulet.
die 17.ª januarii 1762 natus est et sacris fontibus renovatus in parochia sti martini
suessionis urbis maria antonius* filius nicolai petit hujus civitatis pharmacopaei et
elisabeth emiliae barbereux quod testatus est papillon pastor sti martini die 14.ª
mensis martii 1779 suoque chirographo composuit cujus pastoris signum de
cabaret consiliarius regis in sede praesidiali suessionensi die aprilis [illegible] anni 1785
offert litteras testimoniales physiologiae D. solier a 1781-1782. pathologiae M.
sallin a remigialibus 1781-1782. pharmaciae M. dusnauzin 1781-1782, M
bosquillon materiae medicae a 1781 ad 1782. chirurgiae latinae M. cantaroz
a 1782 ad 1783. idem M leys a 1783 ad 1784. pathologiae M. vicq d'azir pro duplici
trimestri, M. berthollet pharmaciae pro triplici trimestri 1785, M guillotin physio
logiae a 1784 ad 1785. gradum Magisterii in praeclara artium facultate
parisiensi obtinuit die 20 mensis augusti anni 1784 ut testantur litterae a M.o
fourneau subsignatae. de bonis moribus et bonâ famâ testantur clarissimi
collegae Mahon, roussille chamseru, bourdois.

haec sunt Viri medicinae proceres quae vobis exponere possumus luce de litteris, nunc ipsa justitia vestra judicate quid a vobis decernendum.

Le Zunier, Desquillon, Marteau
Baget, le tenneur, Bradier

Doctor sapientissime moneatum te velim 1° candidatos mae doctrinae periculum esse facturos coram facultate, diebus lunae martis et mercurii proximis hujusce mensis et anni, ab hora quarta pomeridiana, die vero veneris sequenti secundas esse inquirimum commentationes a quarta pomeridiana ad quintam et semissemque. Datum parisiis die sabbati primo mensis aprilis anni 1786.

p. carolus li Decanus

convocantur doctores omnes medici in scholas superiores die 8a mensis aprilis anni 1786, hora decima matutina, relationem examinatorum candidatorum audituri et postea deliberaturi. Datum parisiis die quinta ejusdem mensis et anni.

p. carolus li Decanus

itaque saluberrima facultas die 8a mensis aprilis rite convocata audivit sequentem relationem deputatorum:

Decane vigilantissime viri medici

uti pauca est hoc anno candidatorum novitiorum familia, ita et paucissimis vobis enarrabimus quo modo se gesserit in suo examine. tres sunt numero qualitate unusquisque patria dissimili, cuncti doctrina fere pares. verumtamen non existimetis horum doctrinae specimen fuisse tale quod vel ultimas quaestiones statim et soleriter eluderet, quod fusius et eleganter explicaret phaenomena ad res medicas spectantia, aut quod tractare valeret ad unguem singulas quasque vel physiologiae, vel hygienes vel pathologiae partes. minime quidem. neque etiam intelligenti, eos e contra fuisse adeo levis armaturae ut ad quaslibet quaestiones haeserint ancipites ac nescii quid responderent. secundus error foret pejor priori, quippe cum inter utrumque tenuerint. primus ex polonia natus, verborum potius quam rerum defectu peccare nobis visus est. secundus ex hibernia pollet intellectu et ea quae cogitabat nitide expressit. tertius demum ex nostra gallia nempe huessinaeus, responsa dedit admodum nec facili caruit eloquio. verum cuncti brevissime sententiam suam aperiebant quod quidem nobis fuit commodi, at intra semihorulae spatium eo plura eos interrogare nos immisit: eminde res magna nobis superfuit, quemadmodum corpora dura a simul incisa diuturno

et continuo affrictu paululum poliuntur ac postremo adamantinam speciem concipere queunt, similiter et tres illos candidatos ad baccalaureatus gradum semel provectos, per licentiae stadium, usu dicendi contracturos et licentiae complementum acquisituros esse: illud eo lubentius vobis vaticinamur, propter uberiorem copiam puriorem que stilum quibus quarto examinis die aphorismum hippocratis commentati sunt nec non varia argumenta quibus post commentarii lectionem interrogati responderunt itaque unanimi consensu censuimus M.os bottman, lanigan et petit postremo examine tentatos admittendos esse ad principium: unum vestrum est viri medici ultimam nostro judicio sanctionem imponere
bourdois centaroz … la serre
audita relatione saluberrima facultas unanimi consensu admisit candidatos ad principium et sic conclusit j. carolus le Decanus

convocantur doctores omnes medici in scholas superiores die jovis sexta mensis julii anni 1786 hora decima matutina 1.º examinatores qui emeritos baccalaureos de praxi medica, 2.º alios etiam examinatores qui novos baccalaureos de omni materia medicinali interrogaturi sunt et 3.º in locum clarissimi collegae nostri M.i goubelly fato functi, pathologiae professorem electuri. Datum parisiis die sabbati prima ejusdem mensis et anni. j. carolus le Decanus
eadem igitur die electores deputatorum pro examine praxeos medicae fuerunt MM. gentil, le preux, guilbert, thiery, roye de lépinoy, examinatores vero MM. pourfour du petit, dahaume, hallot, corvisart.
pro examine materiae medicae, electores MM. ligier, millin, le zuris, pimonnet géraud, electi vero MM. gentil, le preux, la fisse, nollan;
unanimi voce acclamatur M. dahaume M. goubelly fato functo in pathologiam docendi munere sufficiendus.
convocantur Doctores Medici omnes in scholas superiores die Lunae decima septima mensis julii, anni 1786 et diebus martis, mercurii et veneris ejusdem hebdomadae, novos baccalaureos de omni materia medicinali interrogandos audituri et si libuerit interrogaturi, ab hora quarta ad sextam. Datum parisiis die martis undecima mensis julii ejusdem anni j. carolus le Decanus
convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores, die sabbati vigesima secunda mensis julii, anni 1786, hora decima matutina post sacrum clarissimorum virorum qui novos baccalaureos de omni materia medicinali

Examinaverunt relationem audituri et suum postea judicium per sententiam laturi. Datum parisiis die martis decima octava ejusdem mensis et anni

j. carolus li. Decanus

facultas autem eodem die rite convocata fuit et audita sequenti relatione examinis rata et grata habuit responsa baccalaurei. et sic conclusi

j. carolus li. Decanus

· Relatio deputatorum

quam nobis demandastis provinciam, Vigilantissime decane, Viri academici, quantum potuimus adimplere omni ope atque opera fuimus conati. tres baccalaureos quos de omni materia medicâ interrogandos habuimus, sigillatim et remota qualicunque praeoccupatione, severo examine prout res copiam suppeditavit, tentare utiquis nobis se nihil obtulit. Responsionibus suis, expectationem nostram si non superasse, huic saltem satisfecisse videntur; verum licet omnes doctrinae studiique laboris argumentum exhibuerint, eadem se non ostendit inter eos, neque singulis diebus dicendi copia quod eorum timiditati ac modestiae tribuendum est et tacere iniquum judicarimus, attamen quinam aliis palmam praeripiat statuere difficillimum: [illegible] manet nobis exoptandum et nempe suscipere muneri ab academia concesso rite functi fuerimus, quod si contigerit, tantae oblectationi nostrae nihil potest superaddi. Vestrum est Viri academici pronuntiare an baccalaurei vestri quorum pro officio nostro responsa ac doctrinae specimen probavimus, suffragio vestro digni pariter nobis esse videantur.

Gentil Nollau Le Sifie

convocantur doctores medici omnes in scholas superiores, die lunae vigesima quarta mensis julii anni 1786 et diebus martis mercurii et veneris ejusdem hebdomadae, baccalaureos emeritos de praxi medica publico examine tentandos audituri, et si libuerit tentaturi ab hora tertia ad sextam. Datum parisiis die jovis vigesima ejusdem mensis et anni. j. carolus li. Decanus

convocantur doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati vigesimâ nonâ mensis julii, anni 1786, horâ decimâ matutinâ 1° clarissimorum deputatorum qui baccalaureos emeritos de praxi medica publico examine tentaverunt relationem audituri et suum postea de iis judicium per sententiam laturi 2° candidatorum jubilaei favore admittendorum supplicationem audituri et postea

deliberaturi. Datum parisiis die 27a ejusdem mensis et anni

j. carolus li. Decanus

itaque eodem die saluberrima facultas rite convocata audita relatione sequenti deputatorum ad examen praxeos medicae rata et grata habuit responsa emeritorum baccalaureorum et sic conclusi j. carolus li. Sallin Decanus

Relatio Deputatorum

Clar. Vigilantissime decane, Viri medicinae proceres rerum omnium necessaria vicissitudo ut oriantur, paulatim crescant, mox declinent, tandem que intereant. homines ipsi praestantissimum sane naturae opus iisdem subjiciuntur legibus. Verum ubique ex morte veluti nascitur vita, individuorum que perpetua destructio, perpetua creatione reparatur.
sic vere novo amoena quotannis virens camporum facies
sic omnis humana societas continuo successu alterum
succrescente prole perennat.
Providus hortorum cultor plantarium instituit ubique vicarias gaudet in pomario sui decus adolescere arbores. illas propriis colit manibus
nunc fontibus irriguis teneris praebet radiculis escam
nunc ferro luxuriantes rescindit ramos.
Caret praesertim ne ignobili curvatura, venusta illorum detur potius proceritas
inter omnes tandem illas potissimum signat quae meliores uberiores que polliceantur fructus, ut cum stirpes annosas mors perauferet, hac nova plantatione horti reviviscat honos. Septem habetis in plantario vestro arbores, Viri medicinae proceres, duobus abhinc annis bonam feliciamque expertae manu culturam, illas ultimo nuper examine, jubente vestro lustravimus, omnes eximio turgidas succo, omnes mirum in modum fore fructiferas asserimus.

heu quot sunt nobis lugenda! quot reparanda! en instat tempus plantationis, spemigitur vestram oculis laetantibus intueamini, vestrasque arbores alienae jam telluris impatientes, vestrum tandem in hortum transferatis. Verum ne judicium vestrum inconsulto videamur augurio praevertere, illas in qualicunque meruerint sede collocare, et quocumque volueritis modo ordinare Viri medicinae proceres, vestrum est.

Poissonnier du petit — Lallot

Sorpin du Hameau — Orvisart

eodem die experiendum esse jubilaeum censuit unanimi consensu saluberrima facultas et sic conclusi j. carolus li. Decanus
et subsignavere Gentil
Aldet simmonet Larerne

convocentur doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati vigesima tertia mensis 7bris anni 1786, hora decima matutina post sacrum, candidatorum jubilaei favore admittendorum supplicationem audituri et postea deliberaturi.
Datum parisiis die lunae decima octava mensis 7bris ejusdem anni
j. carolus li. Decanus

convocentur doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati trigesima mensis 7bris anni 1786 hora decima matutina post sacrum, relationem examinatorum litterarum candidatorum audituri et postea deliberaturi.
Datum parisiis die lunae vigesima quinta ejusdem mensis et anni j. carolus li. Decanus

itaque dicto die convocata saluberrima facultas relationem praedictam audivit et admisit ad examen subeundum unanimi consensu candidatos
et sic conclusi j. carolus li. Decanus

Vigilantissime decane viri medici
